Biblioteca estense universitaria
Largo S. Agostino 337
I-41121 Modena MO
Tel ++39 + 59 222248
Fax ++39 +59 230195
b-este@beniculturali.it
http://bibliotecaestense.beniculturali.it

alfa.d.8.8

VALTURIO, ROBERTO

De re militari

Giovanni da Verona, Verona 1472

ISTIC # iv00088000

Img: V. Negro, 2010

-R. BIBLIOTECA- -ESTENSE · DI- -MODENA-
D
8
8

LENCHVS ET INDEX RE-
rum militarium quę ſingulis codicis huius ĩ uolumĩbus continẽt ut ípromptu ſint uniuerſa hoc eſt ne talium rerum curioſi perlegant:ſed potius ſine labore ac moleſtia cum quidpiam hinc uel inde intelligere uoluerint id tantum quęrant ſciantq; quo in loco paratum inueniri quęat;exquibus q̃q; elegantiſſimis auctoribus ſumptum comprobetur.

Et primum Prohemium cum rei militaris ſcriptoribus.

De prima ac ſecunda rei bellicę origine apud quas nationes primũ orta et unde res bellica dicta ſit.

Quid res militaris et in quot partes diſtributa ſecundum Iphicratis traditionem et q̃ tribus rebus ut reliquę actionum natura doctrina et exercitatione conſumitur.quodq; plurimis liberalium artium ſtudiis inhęrendum ſit ei qui ſe cum gloria cęteris imperaturum profiteatur.

De litteris hisq; qui maximi duces earum ſtudiis incubuere plurima memoratu digna.

Ex auctoribus:Demetrio:Iuuenale:Horatio.Democrito:Heraclyto: C:Caligula.M:Vipranio:Cornificio:Euangelo:Cabillo pictore: Herennio:Perillo:Fauſtino:Octauio auito;Q.Sulpitio Gallo:Q. Fabio Iabeone.M. Pompilio:Martiano:Capella Gallo:Aſinio: Caluo Largio:Licino:Vatinio Pollione:Xenophonte:Cicerone.Platone:Virgilio:Germanico Cęſare:Antiloquo:Heſiodo:Druidibus: Hiphicrate:Ariſtotele:Philippo rege:Apollonio Tyrio.Emniſte Imbrotomneſiphillo:Archita Pictagoreo:Ennio:Oroſio:Seneca: Agelio:Aminiano:Marcellino Liuio:Cor.Celſo:Theophraſto.Naſone:Socrate.

Quammaximos huic diſciplinæ fructus afferat philoſophię et hiſtoriarum cognitio quiq; maximi duces hiſtoriam ſcripſere.

De eloquentia quantũq; huic ipſa rei conducat.

De poetis q̃ ai fructus ex eis:et qui audiendi;quiq; repudiandi ſit.

De muſica:et in quo cum re militari comercium eius ſit.

De Arithmetrica et militari geometria.

Ex auctoribus Cicerone;Herodoto;Tuchidide:Thimotheo;Probo

B.E.

Hemilio;Hannibale;Q .Fabio:Sylla;Cęſare:Aſinio Pollione,Hircio:Suetonio.Opio:Iulio Cæſare:Priſciano:Philippo Antipatre: Antigono: Piſone:Plinio;Valerio:Seneca:Homero:Xenophonte: Euripide:Neuio;Terentio:Platõe:Archiloquo:Hieronymo:Gregorio: Ambroſio:Athanaſio:Auguſtino:Virgilio:Naſone:Eudoxo: Archita:Archimede:Scopina.

De Aſtronomia uariaq; perquirendorum futurorum arte ſiqua eſt.
Ex auctoribus Lucano.Cicerone:Ariſtotele;homero;Hermodoro: Dione:Macrobio Cenſorino.C.Flacco;Euclide Socratico: Appulio:platonico:Triſmegiſto Anneo Floro: Aminiano Marcello:Menandro:Epicurro;Bruto:Ouidio; Apolline;Ennio:herodoto:Virgilio Beroſo.Antipatre.Achinapolo.Apoſtolo.Iſaia.Firmiano. Auguſtino.Ambroſio.pacuuio.Actio.Flacco.Statio.Iuuenale.Socrate.Democrito.Fauorino.Dicearco.Anaſarco.Demonacte.Demoſtene halicarnaſio.Catone.Cenſorio.M.Manirio.

De legibus De medicina
De gimnaſtica equeſtriq; exercitatione Deocio militari
Ex auctoribus Cicerone Carcino Tragoedo homero platõe paradio Fauorino:Demetrio;Pictaco:Dracone;Solone:Demade:Alexandro:Comico;Liuio:Fabio pictore:Marone;Lucano:M. Varrone: M.Catone;Nigidio;Caſſio parmenſe.Martiale·Aufidio.Namuſa. Helio.Lampridio.Marcello.Ouidio;Laureo.Tullio.Agarchide.Galieno:Diaſcoride:Demochrito;Xenophõte.C:Eualgio.Leuco;Iubba:Theophraſto;Flacco Floro Seneca Saluſtio Plinio Claudio Cęſare;Herodoto.

De quadruplici uirtutum ſpecie;et earum diſtributione;quiq; in his bellorum duces clariſſimi habiti ſunt.
Ex auctoribus Catone:Cicerone;Oppio:Plinio;Agelio:Plinio: nepote:Actio Homero:Flacco;Criſpo:Helio:Socrate: Ariſtotele: Xenophonte:Virgilio:Seneca Heſiodo;Liuio;Gimnoſophiſta:M. Var.Val.Max.Sempronio;Aſſelio;Catõe:Polibio;Antagora:poeta Apollonio:Fauorino tragico;Ariſtophane comico:Laberio;Athenodoro philoſopho:
Ex claris ducibus Agide:Cyrro;Eſchillo:Braſida: Cabria;Seſoſtre Q .Fabio;Tar;Scipione ſuperiore;Auguſto;Scipione iuniore

Sciluro:Tigranne:Agatocle:Amase:Antigono Antagora:Limaco Memnone:Themistocle:Anthiocho.Lucullo L.Sylla.Eumene.Demade:Arctoxerse.Aureliano:Iuliano:Alexandro.C.Pompilio.Hadriano.Antonio:Fauorio:theochrito Mitridate Ciceroe.M.Crasso P.Licinio.Crasso Pellopida Portio Catone Epaminunda Pomponio.Licurgo.P Emilio tiberio Gracco Lysandro Pompeio.A.torquato Iugurtha:Philippo:Cleomene:Lycene:Pirrho:Dario:Leo.Periandro:Theopompo:Helio:comodo:M.Sertorio:Antonino.Pio Hannibale:Claudio:Nerone:Camillo:Domitio:Appio Claudio:Q.:Metello:Scipione nasica:Melanco:Dionysio Seniore:Leone Birantio.Hermocrate:C.Pontio:Hannone:carthaginense:Pericle:Xerxe:Cimone:Iulio Cesare:Antigono secundo:Alcibiade:Timoleone:Thimotheo:Lysimacho.P.Syllano.

Belli indicendi gerendiq; aut feriendi foederis antiquorũ rationes
De euocationis et deuotionis formula.
De religione antiquorum ducum.
q religiosa usq; adeo res militia erat:ut non nisi sacramento miles fieret.
Quando ex uoluntario inter ipsos foedere militare sacramentum ad tribunos ac legitimam iurisiurandi ad actionem trãslatũ est quidq; iurarent se facturos.
Tribuni militaris uerba cum delectus antiquus fieret.
q Imperium belli habentibus sceptri eleuatio iusiurandum erat.
Gentium diuersarum ratio in deligendis militibus.
De delectu equorum.
Rationes gentium in deligendis ducibus.
Agminis siue incedentis exercitus ordo secundum grecam Romanamq; disciplinam.
Acierum instruendarum uaria ratio.
Ex auctoribus Liuio:Marone:Oui.Varrone:Heraclyde:Agatocle Samonico:Serano:Furio:Cincio:Aristotele:Diodoro:Iulio Celso:Cicerone Epimenide:Calimacho:Lucano:tuberone:historico:Homero:Xenophonte:Sathiro:theophrasto.Salustio:Seneca tragico Floro:Eutropio:Asinio:Polione;Antipatre Catone:Lucretio.

De religiosis hoc est ĩfastis atris uel ĩfamibus mensium quorudã

diebus ac tempore ad bellum idoneo.
De loco metationis insidiisq; hostium deligendis quid speculator et quid explorator in quoq; differant.
De oppositi loci positione; multitudine uolũtate studiis ac consiliis
Castrorum forma offitiorumq; castrensium ritus.
Legationes cum hostibus si agendę sint quales esse debeant.
Qua cautione consultationes cum hostibus habendę.
Armorum hostilium ratio habenda
Multitudo partium spectanda. Quicq; maximi exercitus præter hominum opinionem ab minimis fusi profligatiq; sint;
Quid si oppugnari castra contingat
Obsessorum exploranda studia
q; rebus bellicis quisquis finis obuenerit nunq; negligendus.
Quid si bello pulsi munitionibus recepti sint
Quid si hostes bello sine munitionibus pulsi
Non esse multorum ducum sententia pertinaciter neq; omnino usq; ad pernitiem fugientibus instandum.
Dolabra hostem esse uincendum nullamq; rem summo duci magis conuenire q̃ moram cunctationemq; nullamq; minus q̃ festinationẽ et temeritaem
Cauendum ne succensu rei Quisq̃ ellatus in periculum perniciẽq; trahatur
De conuiuiorum apparatu in castris uitando;
Quæ usui uideantur utrinq; id danda uel euocanda subsidia si exercitum nostrum castris aut locis munitis obsideri cõtigerit aut alios obsidere deq; notis militaribus; quoue tẽpore qui notarii appellantur denominationem acceperint.
Ex auctoribus Nigidio; Ephoro; Calisthene; Damasce; Philarcho; Varrone; Seruio Flacco; Ouidio; Claudio Catone Clesbio Alexandrino Anaximene Milesio tale Marone Liuio Sathirico Fabio historico Lucano Iuuenale Fabio pictore; Cincio; C. Cęsare Augusto Cesare; Cicerone; Seneca. Probo. Valerio; Tullio tirone; Philargio; Samio; petro; Diacono. Ennio.

Vocabula militaris ac publici honoris prisca atq; præclara;
Ex auctoribus Homero; Aristotele; Diodoro; Marone; Seneca; Lucano; Plutarcho; Liuio; Ciceroe. Fusebio. M. Var. Q. Mutio; Scęuola

Iosepho in appiouem Platone:Festo:Pomponio iurisc on.Paulo iurisc on .Terentio:Ascanio Pediano:Val.Maximo.Vlpiano.Lauinio:Pomponio poeta Tito.Lucretio:Fabio pictore:Masurio Sabino Plinio Ouidio:Propertio:A.gelio.Actio Quitiliano:Calidio Valgio Ruffo: Tirone:Tullio :Cassiodo:Gratiano:Iunio:Trebatio.Fenestella:Numma Pompilio:legexii.Tab.Modestino:Valerio anciate. Iulio Capitolino :Marcello :Flauio: Vopisco :Labeone: Antistio: Atheio:Capitone:Probo Emilio:Suetonio Prisciano:Iuuenale:Sathyro:Comico:Macrobio:Libro Regum :Spartiano: Tertuliano Caes.Curtio:Act.apostolorum:Eutropio:Elio:Crispo:Hiphicrate: Catone:Sisenna:Orosio:Iustino:Põponio Mella:Vegetio:Plauto: Pictaco Offilio:Cecilio:Cassio:Iulio Celio: Modestino:Seneca: tragico:Nonio:Marcello:Iuliano:Frontino.

Quid quotuplexq; bellum et unde Ceteraq; bellici exercitus uocabula eorumq; denominationum causę.
Ex auctoribus Seruio:Cassiodoro:Festo Horatio: Ouidio:Liuio: Cicerone:Labeone:Lucilio:Lucretio:Calistrato:Salustio:Statio Virgilio:Terẽtio:Doãto:cĩtio:A.gelio:Vegetio:Plutarco:Ephoro Calisthene.Polybio: Iosepho:Martiale:Cæsare:Curtio :uarrone: Frontone:Herodoto Columella:Quintiliano Diodoro Valerio Anc. Lucano :ulpiano:Helio Spartiano Sabino:Cassio:Lactantio:Cornificio :uictorino :Propertio :Bannio Casso.Prisciano:Herodoto: Hennio:Plinio:Martiano. Fenestella.Gaio.Iulio.Capitolino.Trebatio Scęuola.petronio Arbitro.Seneca Didimo.Aristotele.Aurunctio.uictruuio.Dardano.t rentio.Care plauto.Homero.Flacco.foca. Mesalla:Aurelio. Opilio.fabio.placiade Memmo tragico.L.Apuleio. Augustino. Cesare. Massurio.Sabino.Q. Claudio.Cęlio.Sabĩno.Catone.Iustino.Lucilio Claudiano.tibullo.

De militari cultu qui pro consuetudine gentium et inuentu hominum uarius reperitur
De armis et unde dicta sint.
De armis q..ibus tegimur.
Que arma ad noceudum apta.instrumentaq; bellica quibus nominibus explicentur
Designis militaribus.

Ex auctoribus Val.max.Virgilio:Iulio Capitolino Verio.Flacco:
Varrone Suetonio:Iobba:Liuio;Seneca.Spartiano:Helio: Lam-
pridio:Iuuenale.Consentio:Cicerone: Quintiliano.Labeone:pom-
ponio:Cassio.Horatio.Martiale: plutarco.Lucretio: Vlpiano. Gaio
Diodoro: Statio: A.Gelio.Hieronymo: Neuio:plinio.Salustio.Iu-
stino.Capro.Homero.Trebellio.pollione.pacuuio.Seruio.Herodoto
festo.Q.Curtio Iulio. Higino.Euripide Aristotele uegetio Xe-
nophonte:Socratico:Lucano.Acrone:Macrobio:Neuio.Prisciano
Nonio Marcello :Rabano.Apul.Persio :Emilio:Probo: Lucilio
Ennio: Victruuio :Solino. Amiano :Marcellino.Hieremia.Fabio:
Placiade:Claudiano:Tibullo:Boetio:Genesi:Foca.Orosio:Ancõn.
Iosepho:Firmiano:Seneca tragico:Laertio:Diogene:Stratone:phi-
losopho :Cæsare. Sacra historia :Pindaro. Calimaco :Antipatre:
Stoico:Cornificio:Platone:Eusebio:Propertio:Petronio

De bello nauali et quando primum apud Romanos quiq; primus:
nauali triumpho:dignus habituset.
Que materies fabricandis nauibus utilior cesionis lunęq; tempus
spectandum.
De clauis quibus iungenda est materies et cuiusmodi esse debeant.
Primus nauium usus et prima earum forma a priscis probata nomi-
na earum quiq;.
Gubernandi adminicula seorsum primus inuenit.
Ventorum numerus eorumq; nomina rationes et effectus.
Astrologia nautica secundum lune solis syderumq; obseruationes.
Pronostica tempestatum ab elementoꝝ passionibus et eoꝝ quę ĩde
ortum habent.
Remedia periculo affectis.
Quid agendum anteq; cursus in hostes dirigatur.
Quid si classis classi obiiciatur.
Fluminum transitus ex inuentis memoratu dignis.
Qui terrestres quiq; maritimi maximi exercitus.
Ex relatu terra et mari clarissima militum gesta.
Emulatio glorię et ducum comparatio atq; prestantia.
Pene desertoꝝ et militũ animatuersio uaria ducibus nõ obtẽperãtiũ
Ex auctoribus.L.Pisone;Catone;Aristotele;Tibullo;Varrone;Ce-
cilio Affricano :Cicerone Liuio;Salustio;Isaia:Daniele; philo.

Stephano Lucano :Diodoro :Virgilio :Horatio :Seneca: Plinio: Lucretio:Oribasio :Homero:Andronico:Cireste Ouidio :Pampinio:Herodoto:Cecina:Metrodoro:Tranquillo Nigidio:Arato Martiale:Celio:Floro:Suetonio:Claudio:Quintillo: Xenophonte:Hetesia:Emilio:Probo:iustino:Orosio Dione:Plinio:Fabio historico: Plutarco:Eusebio:Cornelio:Egisippo:Iosepho:Iuuenale:Eschillo Antioco:Aurea capra:Darete phrigio:Ennio:Trogo:Augustino: Theophrasto:Curtio:Eutropio:Solino.

De triumphis q̃idq̃ triumphus et unde.
Detropheis et unde et in quo a triumpho differat q̃ꝫ ouem alii uictoria potiti alii bouem hũcq̃ alii uel gallum īmolare cõsueuerãt.
Varia secundum diuersas gentes et nationes triumphorum genera.
q̃ non omnibus triumphi decernebantur et quibus.
Triumphantium insignia et ornatus.
Romanorum mores in triumphis.
De coronis leges. Priuatorum honores.
Merita uictorum et triumphantium prẽnominibus siue cognominibus celebrata.
Extrenue gestis maiorum premia.
Suprestitum non solum, sed defunctorum ducum memorię celebres tituli et de colũnis obeliscis pyramidibus arcubus statuis clipeis.
Tabulis cantariscq̃ aliis ex edificatis ludorum celebrationes prĩcipum ex bellis diis oblata.
Ex auctoribus plutarco:M.Varrone:Tranquillo:Liuio:Crispo:Virgilio:Iunio Iuuenale: Sabino Masurio :Dionysio Catone.Verio. Aristotele.Nasone.Homero.Diodoro:Ferecide.Actio plauto.Cecilio.Claudiano.L.pisone pĩdaro Calimaco.Mnesteo Theophrasto Claudio Saturnino:Cicerone Gracco Neuio possidonio cęsariensi Helio Sexto Menandro Edipode Sophocleo Valerio anciate plinio Euemero Herodoto Durisiano Aristagora.Dionysio Arthemidoro Alexandro polihistore.Butoriade Antistene Demetrio Catone Censorio.L. actio Ouidio.C. Actacilio.Q:Floro. Q. Asconio Firmiano Martio uate Sisinio capitone Gelio Flacco

B.E.

REDO EQVIDEM NEC SVM
neſcius Dux & imp. inclite ſigiſmunde pā-
dulfe; Tanta eſt liuoris & inuidiæ noſtri hu
ius ſęculi malignitatisq; puerſitas quāmul-
tos hoc meum inceſſuros opuſculum q̄ in
tanta ſcilicet probatiſſimoꝝ utriuſq; linguę
ſcriptoꝝ copia; qui accurate et ælegāter rei
militaris Præcepta tradiderūt; Ego potiſſimū
auſus ſim temere ac ieiune libros de tanta re cōminiſci; in qua pri-
mum cenſoꝝ aciem ſtruā q̄ coepti mei rationem reddā q̄ de pręſcri-
ptione operis huius diſerendum quicq̄ putem: Inter iſtos itaq; qui
mea legent nouum immo antiquum & admirabile hominum genus
fore ſcio; nec mihi ſoli ultimo hominum; uerum primis ac maximis
importunum Quibus nihil rite fiat; quibus cum loqui ſi cœperis:
faſtidiant ſingula ſua; licet non eddant indignēturq; nunq̄ iſtētentia

BIBLIOTECA ESTENSE MODENA
B.E.

permanentes;ſi veluti muta & rationis expertia uitam ſilentio prę-
tereas:Non nulli ueluti ſues in luto grunientes;quum norint for-
ſam ad hanc immortalitatis & glorię partem;ex litterarum & inge-
nii ſui conatibus aſpirare non poſſe;nec inuenire nec explicare ſer-
mone quod fuerit inuentum in caſſum me laboraſſe contendent:Et
quoniã nixu ipſi ſuo minime iuuabuntur nullum adiuuari poſſe cẽ
ſebunt.Alii ueluti apum fuci et improbiſſimi Sicophãtę ſolita li-
bidine omnibus detrahendi et ad ſingula quęque carpenda proni &
ingenioſi non deerunt interpetres.qui calumniabuntur ſigulorꝫ or-
dinem eo pacto ſcientię phamam ſibi aucupari credentes qui pueri-
lis iactantię ſtudio tenebuntur obnoxii.Quum olim conſueuerint
adoleſcentes ab inſigni accuſatione aliqua primum nomen auſpicari
Formioĩs peripatheticę ſectę philoſophi:Aut Sergii Galbę perſimi-
lem me dicent:Alii cum nitida ego ut illi cute et corpore ꝓpter um-
bram molli nullo unq̃ uulnere admiſſo de re militari de fortitudine
ac ignauia ducũ.de inſtruenda acie:de loco caſtris capiendis idoneo
multiſq; id genus uerba facturus ſi ad eũ maxime ducẽ:q̃et caſtris
nutritus ſit;Et exercitus maxĩos duxerit ſẽper inuictus Erunt et alii
porro difficiles monſtruoſi:lucifugi qui falſã ſcientię perſuaſionẽ in
duent:Sub peritię tamen oſtentatione ac doctrinaꝫ ſuaꝫ opinione
multa ſibi arrogantes;et intra ſeſe neſcio quid inepte cornicantes:
quiq; nõ tam criminibus q̃ maledictis anitentur obruere;quoꝝ uoces
tumentiaq; uerba minime perhorreſcens nihilo pluris ego faciam q̃
Demetrius ille quẽ dicere ſolitũ accepimus eodẽ ſibi loco uoces eſſe
ĩperitoꝝ:quo & uentre redditos crepitus;quũ nihil pene interſit qua
parte corporis ſurſum an deorſũ turpiter ſonent.Acrius urgebunt
alii et conculcabunt mihi illud ſathyricũ;Tenet inſanabile multos
ſcribendi Cacethes illius obliti non minoris in Sathyra;Eſt quoddã
prodire tenus ſi non datur ultra Quos omnes et ſi poſſum iure meo
repercutere.malim tamen æquo animo intactoſ linquere; Maxime
quom haud quaq̃ ex eorum ſim numero qui emulis carere uelint .et
eo ſint ſtudio & ingenio prouecti ut nihil repræhenſibile.nihil niſi
ad unguem perfectum habeant.Non pigebit igitur ſiqua me incõ-
ſulte prętierierint;quanq̃ mea diligentia & curioſa perſcrutatione
ueterum ex libris explorata omnia eſſe ſciam uel amicorum uel eru-
ditorum monitu .Si uera fuerint emendatione corrigere; Si Minus
democriti potius riſum;q̃ heraclyti lacrhymas ſequi uelle;Non enĩ

ęgre feram hanc esse de scriptis meis existimationem ut qui nesciunt doctissimos:grauissimos:sanctissimosq; uiros ab emulis quibus refeta sunt omnia perperam talia perpessos esse intelligant:atq; ut a poetis initium summam:qui sunt multo antiquiores q̄ historici:q̄ oratores q̄ Cętera scriptorum genera: Homerus primus omnis philologię dux et antiquitatis parens:diuinarumq; omnium inuentionum fons et origo fuit:Haud quaq̄ tamen sic posteritatis studia restrinxit quin emulos haberet q̄plures qui et labantem et cedētem onęri et dormitantem eum non nunq̄ appellent:Sed zoilum illum in primis quod mirabere:qui a macedonia Alexandriam profectus optauit sibi cognomen ut homeromastix appellaretur:quū sua ptolomęo regi cōtra iliacē et odysseā scripta cōparata recitaret: quāq̄ ante annos mile diem obisset homerus:Maronē uatē mantuanū disciplinarq; omnium cognitione ad unguem excultum. Et cuius anima:ut ĩquit Flaccus:Candidiore malia non tulit terra Ab:C:Caligula nullius ingenii:a:M:ui pranio reperterem:ab Cornificio euangelo:Cabillo pictore:Hærennio perillo: Faustino:Octauioq; auito:ac multis aliis non tanq̄imitatorem uerum etiam tanq̄ defloratorem et ueterum cōpillatorem publicumq; furem nouimus esse notatum: Hæc eadē a maliuolis passus est. P. Terētius Comicorum summus. qui comoediarum prologos in defensionem scęnis dedit:Vrgebant enī comoedias eum omnis a polydoro:ac menandro transtulisse:& a Lęlio:Scipioneq; inscriptis sic adiutum:ut merito non sua sed aliena pro suis edentem criminarentur:Sunt qui non tam ab his qui tum adolescentuli forte fuere :quam a. Q. Sulpicio gallo qui consularibus ludis fabularum dandarum initium fecerit-uel a. Q. Fabio labeone: &. M Pompilio consulari utroq; ac poeta iuris ut pote quorum operam & in bello et in otio:et negocio nedum terentius sed. S. P. quęplerunq;. Ro. fuerit expertus. Quis. M. Tullio Cicerone doctrinarum luce in eloquendo ornatior. quis foelicior in explicando:quis in persuadendo potentior:qui in arce Romanæ eloquętię stetit:id nec dū inter ętatis suę homines:uerum apud posteros assecutus ut eius nō arpinatis cuiuspiam hominis sed animatę diuineq; potius eloquētię nomē habeatur:Obtrectatorum tamen morsus euitare non potuit quominus in eorum linguas incideret:Hunc enim Greci Repetundarq; dignum accusari censent:q̄ ea litteris mandaret quę haud primum ex se forent inuenta; Criminantur alii incomposite eum

loqui:et non modo tumidum:ſed redundantem in repetitione nimium:deniq; atq; uerboſū:quū tamen mos ſit ei profundam rerū ſcientiam ſub breuitate uerborū tegere:Martianus capella uitioſiſſimū in clauſulis reperiri eū turbantem numeros quadam permixta confuſione dicit: Non nulli quoq; inter maximos uiros tā prodigioſi extiterunt:inquibus ſunt Gallus aſinius Caluuset largius Lycinius. cuius liber inſugillationem eius:atq; notam etiam inuulgatus;fertur infami titulo Ciceromaſtix ut ſcribere auſi ſint Oratorem maximū improprie atq; inconſulte locutum.Quos itidem ut in oratione etiam ſua Vatinius teſtis eſt:ob inſignem linguę feſtiuitatem conſularem eum ſcurram minus puduit appellare:quodq; magis mirabere: tanta eſt iudiciorū uarietas Extat eiuſdem Ciceronis de optimo genere dicendi liber: tale tamq; ex alto ſumptum opus:ut idem in epiſtolis egre attigit:a.M.tamen Bruto ad quem:et cuius precibus ſcriptus erat erudito uiro licet et ſcribentis amico non probatur.Quis Demoſthene in tanta graiorū hoīum eruditione oratorię artis pręceptis.& dicendi uſu ac maieſtate preſtantior;Et quanq; quū dicturus eſſet concurſus in audienda cauſa ex omni grecia fieri ſolitos monumentis atticis atq; latinis memorię proditū ſit:Attamen hic ipſe huius quem modo diximus Ciceronis aures Perſępe non implet.Quisepicurū ī tollerāda ſuperbia detrahentē omnibus non audiuit:pythagorę Empedocli:Timocrati:quem amicū licet.totis uoluminibus laceraſſe traditur:q; īphiloſophia paululum a ſe ſuiſq; inſanis opinionibus diſcordaret democritum.a quoque ſciebat in philoſophicis cuncta didicerat et quem exigua mutatione uerborū in omnibus ſequebatur:hunc acrius inurebat:nempe qui magiſtro carniſſe gloriaretur:et uideri uellet:Secuti ſunt in hac detrahēdi libidine Epicurum Metrodorus atq; hermacus ſupradictos quoq; philoſophos lacerātes:nec ullius magnitudini parcentes aut glorię:quandoidē epicurus mirumimmodum Platonem ſpernit:et contumelioſiſſime Ariſtotelem uexat:aduerſus Tritanum hominem in dicendi nitore tantum:ut ob diuinam eius eloquentiam Ariſtoteles Theophraſtū appellaret Scito Sermone et Attico inuenitur ſcripſiſſe etiā foeminam ac meretriculam quidem:Fuit &.zeno ipſe maledicus et aſpernator non immodice :qui & chryſippum philoſophum acutiſſimum et eiuſdem ſectæ nominanſ contemptim non chryſippum ſed chryſippam ſemper diceret:nec modo qui tumerant .Appolodorū

repetitione nimi-
fundam rer; scien-
pella uitiosissimũ
m permixta con-
s tã prodigiosi ex-
largius Lycinius.
inuulgatus;fertur
Oratorem maximũ
in oratione etiam
tatem consularem
gis mirabere: tan-
de optimo genere
idem in epistolis
precibus scriptus
patur.Quis Demo
artis prẽceptis.&
quũ dicturus esset
solitos monumen
nen hic ipse huius
n implet.Quisepi
n audiuit:pytha-
is uoluminibus la
isq; insanis opini-
t in philosophicis
oꝝ in omnibus se-
istro caruisse glo
hẽdi libidine Epi-
quoq; philosophos
glorie;quandoidẽ
contumeliosissime
n in dicendi nitore
eles Theophrastũ
scripsisse etiã foe-
e maledicus et as-
osophum acutissi-
n chrysippum sed
ant .Appolodorũ

siue ceteros coetaneos conuitiis ac maledictis incesseret:sed parentẽ immo deum philosophie Socratem latino uerbo usus quo mordatior credo esset scurram Atticũ appellaret:Similiter qui de Platone Xenophonteq; duobus Socraticæ amenitatis luminibus exquisitissime scripsere non abfuisse ab ipsis motus quosdam tacitos et occultos simultatis et emulationis mutue putauerunt.Fuit et annei Senece in Fabium:Quintilianum et Quintiliani in Senecam detractio non leuis:et quanq; ambo excellenti ingenio et doctrina uiri eodem cae-lo geniti:quos etas:quos professio pene uinxerit:seiunxit tamen ideo pariumimmo disparium pestis liuor:ut nec Fabius Senecam ore pleno probare possit:nec ille de Fabio parpari referens:nisi con temptissime loqui:Liuiũ historicum celleberrimum:tam et si lacte-um sibi alii:Alii uberem et Beatum eloquencie fontem uocent Ca nis tamen ferox fateor princeps:sed minime rudis:ut Senece dicta cõmissiones moeras et sine calce arenã esse dixit:Sic uerbosum hũc in historia negligentemq; carpit:Cui et pollio patauinitatẽ quam piam dicit in esse Salustiane orationis breuitatem qua nihil apud eruditos elegantius nihil potest esse perfectius:Maligne etiam re-prehendere insciteq; obtrectare pleriq; conati sunt:Vtq; ad sanctos patres conuertatur oratio:quis hieronymi cõtentiones non audiuit: non legit:cũ Ruffino aquiliẽse:cũ iouiniano:cũ Vigilantio quem non nũq; proprio:non nũq; mutato nomine:dormitantẽ appellat:qs eiusdẽ cum Augustino nõ uiditepistolas:aqnibus quũ contẽtioꝰis studium et uoluntas forte absit:More sanctorum:in quibus illi duo omni genere doctrine et uite sanctimonia omnium iudicio excellue-runt:Emulationis tamen non parue speciem quandam pre se tulisse haud dubie uisi sunt:Cyprianum iu omni genere oratorie artis ad-miramur omnes:a peritis tamẽ quibusdam accusari deriderique solitum legimus:et una sui nominis littera imutata Caprianum appellari: q; ingenii tam diuitis uenam ad dominicam orationem;ac humilia quedam alia litterarum ignaris solum enodanda conuertisset:Ad postremum quum constet ingeniis omnis æui precellentibus unum hoc uenenum unamq; labem inuidiã extitisse:Non mirum tibi Si gismunde nec cuipiam uideri debet:si contra me pusillum hominẽ et indoctum:Scolastici quidam et circumforani rabule latrent atq; deseuiant;quo circa lectorẽ etiã humanitatis iure postulo quisquis

ille erit qui uiderit hęc ne iurgijs insectetur conterat uel detestetur: Verum si ab initio legerit perlegat quoqꝫ:et in legendo:quæ alibi norit:quum nihil scribi omnino noua inquisitione possit minime tanq̃ iniqua repudiet:satisqꝫ esse iudicet non esse hæc nec in cõpitis:neqꝫ in tabernis litterarꝫ rudi ualde protrita: Illud deniqꝫ peto ut non eruditi ostentandiqꝫ noui aliquid magisq̃ restaurandi gratia quę deperdita erant clarorum uirorum monumenta quasi maiorꝫ demonstratione uestigiorum scripta hęc existimentur: Atqꝫ ut eiusce deperdite rei notitia plenior habeatur: Ab ipsis ut ita loquar cunabulis scriptores eius auctores recensebo:quos et multos et pręclaros tam grecorum q̃ latinorum aliarumqꝫ gẽtium fuisse comperio: Demetrium scilicet phanostrati filiũ: Phalereũ Democritũ: Xenophõtem Pyrrũ Epyrrotarũ regẽ maximũ: Iphicratẽ atheniẽsẽ: Anacharsim Sythã: Cinciũ: Iuliũ: Higinũ: Catonẽ Censoriũ: Marcũ Varronem M:T:Ciceronẽ: Corneliũ celsũ: Martianũ: Modestinũ: Marcellũ: Sextũ Iuliũ: Frontinũ Vegeciũ renatum patrinum His minus omissis quę a Romulo: Numma pompilio: Tullio hostilio: Ancho Martio: Tarquino Prisco Seruio Tul. ex regibus: Ex Caesarꝫ uero et Augustorum familia Iulio Caesare Diuo Aug: Diuo Traiano Adrianoqꝫ instituta inuenta: cõmutata: uel reuocata sunt: quorum pene omnium libri qui scripserunt: cum uel temporum uitio: uel iactura quadam nostra deperissẽt: illiqꝫ ipsi qui fato minus essẽt absumpti in multis deficerent: quę ad rem spectare uidebantur: Suscepi laborem noue huius commentationis: tuo tantum nomini dedicandum: Nullus enim occurrebat alius neqꝫ amore aut errore tenebor in tanto nobilium ducum et imperatorum numero: cui iure suo munus hoc dedicari dignius posset: Quippe qui hac solus tempestate castrorꝫ filius: exercituum pater optimis quibusqꝫ doctrinis: & artibus belli imbutus clarissimis exacti temporis ducibus peculiari quadam amoris gratia militaris huius rei afficeris: uitam illorũ ac gesta studens emulari eoqꝫ libentius id effici q̃ concilii in caelestium terrestriumqꝫ insedibus ĩmortalitatis te collocasse uidebam: omnemqꝫ inclitę domus tuę gloriam subditorumqꝫ populorum spem in tuam potestatem transtulisse: ut non aliter ac dei nutu sine dubio factum sit q̃ tam arduus ecclesię. Ro. casus emerserit: quo heroicam diuinaãqꝫ illam uirtutem tuã facile posses ostendere: Nec egreferes de te audiens quod aliquando de summatibus uiris et illustribus

dictum est:et litteraꝝ custodi:eraditū ut:enim Hectorem et Achilē troiani belli cellebritas claros fecit:innumerabilis Xerſē exercitus et Marathonia pugna Miltiadem: Camillum Galli. Mālium capitolīa defenſio:Scipiones Chartago:cymbri et theuthones marium Pompeium Mitridates atq; pyratę. Cęſarem Britannia Gallia:atq; theſſalia:Sic te diuina ſigna per omnis italię oras:per omnes exteras nationes notiſſimū:clariſſimūq; reddiderūt:Cū Eugenio pontifice maximo omniumq; ſanctiſſimo prędide:tu gentibus eius aduerſuſ Egtegiū ſane ducem Franciſcū ſforciā ſoceꝝ tuū potētiſſimū ac acerrimū dominici tūc gregis hoſtē: Aduerſuſq; Fluentinū:Venetumq; populū Imperator inuictus adeſſes ac ſacroſanctam eccleſiam eius gentibus lacerā:& armis oppreſſā breui tēporis curriculo contra comunē omniū opinionē adſummū dignitatis fuę culmen inſtinctu diuinitatis mentis magnitudine ductuq; tuo. conſilio et auctoritate prouexeris. Neq; aliter illum ipſum caſtrenſem impetū atq; conatum tuum:qui prędeſſerat contra hec ipſa eccleſiaſtica ſigna et illu. Tarraconenſium regem Alphonſum: Philippūq; mariam inſubrium:Iygurumq; ducem bellicoſiſſimum reor extitiſſe niſi quia maxima ui maximoq; diſcrimine: modeſtia tua illuſtrāda erat ac ueluti cęli temperiem uenti imbreſq; commendant. Ita ad augēdum tuę dignitatis cumulum apud pontificem apud omne genus hominum illum tumultum:hunc ſpectantiſſimum triumphum prędeſſiſſe crediderim:ut quot in illo turpitudinis notas extingueres tot in te triumphales coronę refulgerent. Conuenientiſſimum prę terea uidebatur ut cui merito oīa debeo:et imperioſubſum ipſi meum:ſi quid eſſet prędeteris dicaretur ingeniū:Speras deniq; id fore: morte obita ut ad poſteros aliquando non in glorius cōmigrē ſed uiuam:Vbi ſi īmortalitatem illam quā omnes expetunt:pauci uero aſſequuntur. uel ipſe non aſſequar:Gaudebo tamen tuo auguſto paternoq; nomine:Cui hoc de re militari opus inſcripſi cōſecrauiq;:Me diuturnam lucem et ſempiternam quandam gloriam adepturum:qui fortaſſe ſine te:qui multis me ad ſcribēdum rationibus impuliſti ītenebris abiectus iacuiſſem:Sit itaq; tuo tantum nomini dicatum:et quid de te mihi pollicear uideas obſecro:Nunq̄ enim huiuſce libri exordio nomen ipſum legetur tuum:quom paſſim et ubiq; gentiū ſublime Māgnificūq; prędicetur:quī mihi ſplēdoriset gratię plurimum ſit allaturum:Putabunt enim ſinguli ad quos liber

iſte peruenerit non parua nec inutilia ſe pcepturos Dum tam ſplẽ didum tam pręcellens tam illuſtre ipſis primis apicibus nomen tuũ intuebũtur etlegẽt. Suſcipe igitur clemẽtiſſie ac optĩe princeps Sigiſmunde pandulphe gratiſſis ulnis Munuſculũ hoc exiguũ licet ab animo tã tibi deditiſſimi tuiq; amantiſſimi profectũ: intẽtiusq; leges quom aſpirare tibi inter plurima ſtrepentiũ occupationũ tua rũ agmina licebit; inuenies profecto plurima in hoc opere; quę tibi ſint aut uoluptati maxime legiſſe: aut ornamento uidiſſe: aut uſui meminiſſe: quippe quę pręceptis et exẽplis ſuis oblectare: atq; inſtruere bene inſtitutũ animum poſſint: De cuius cauſis nil attinet plura nunc differere: quom quidem ſingule partes eius deſtinatis aliquod uoluminibus explicandę ſint; quas ordine ſuo tunc demũ perſequar: quom prefatus fuero pauca quędam de ipſius rei origine ab aliis pene omnibus omiſſa ſcriptoribus: quam reor ad uniuerſę etiã rei deſcriptionẽ ab aliis quoq; pluribus ĩtactã maxĩe pfuturam:

VOM itaq; inter omnes priſcę auctoritatis uiros: qui Xenophõte ac. Ci. duce clariore mentis ratione uiguerunt: non dubium ſit per ſe hominis uĩ ĩbecillã ac fragilẽ nimis non ſatis eſſe quo res omnes domi et foris ſibi commodas ad uitam poſſet amplecti: alteriusq; indigere legitimam mariset foeminę copulam conſtat comparatam eſſe natura utet utiliſſima et maxime neceſſaria uite ſotietas iniretur: ut quod alteri plerunq; deeſſet pręſto ſumme retur exaltero: tum etiam quom uictus non uti primũ palam; & in propatulis campis; Sed intra domeſticos parietes accurandus erat: neceſſe fuit alterum foris ſub diuo eſſe: qui labore & induſtria cõparare: quę tectis includerentur fruges & alimenta: Quom uero ptę res intra limen eſſent cõgeſtæ alium eſſe qui & congeſta ſeruaret ad uſus uitę neceſſarios: Iure igitur & natura comparata eſt opera mulieris ad domeſticam diligentiam: uiri autem operam omnem & curam ad exercitationem forenſem & extraneam ad inediam et uigilias aeſtus; et Algores tum etiam itinera & labores paciſci belli: ceterarumq; artium et militarium ſtipendiorum perpetiẽdos id circo natura uiros q̃ mulieres fecit audaciores quod neceſſe eſſet foris; et ĩapto

uitam tuentibus non nunq̃ manu et uiribus iuriam propulsare Huiusmodi autem homines aliis belli propulsatores:et arma tenentes: aliis custodes:aliisq; milites;notiori uocabulo libuit appellare: quo fit:ut hęc militaris res ad commoda uitę insequenda secũdum naturam apud coetus iure sotiatos conciliaq; hominum quę nostri homines ciuitatem appellant:honestissimis orta:et procreata principiis ad salutem utilitatemq; hominibus tradita et concessa uideat Eius rei originem prisca illa et absoleta:a memoriaq; hominũ multum remota mecum ipse reputans cur ad urbium conditores seu rei ciuilis rectores referatur nonsatis intelligo:Antiquissima enim rei huius bellicę initia fuisse comperio longeq; ante urbes legesq; conditas ante aeris ferriq; usum adinuenta:siue ad iouem illum magnũ quem ĩ cęlo commitatum exercitu deorum pariter et demonum Plato describit:Procurantes prefectos et presides habentem radices agẽtia.siue ad priscos usq; illos homines ĩbertes et ex terra genitos ut poeta meminit:Terrea progenies duris caput extulit aruis:siue corruptione aliqua:alioue quouis modo absq; parentibus natos et reseruatos;iuris multarumq; rerum ignaros.quom nullum tunc neq; naturale neq; ciuile ius descriptum:nulla initia sapientie nulle dissensiones nec inimicitię neq; bella obortae forent:Nam nondum uessanos rabies nudauerat enses:ut Germanicus.Cae.in aractheo carmĩe loquitur:nec cõsanguineis fuerat discordia nota:immo nec alienigenis quidẽ:quom nulli omnino gladii:qui tunc stringerẽtur essẽt:quom poena ex cupiditate;amẽtia:nequitia:improbitate aucta:per scęlus prędas direptioẽs;sanguinẽ:& crudelitatẽ pfecta Bellica res a belluis uel q̃ belluarũ more propter alimoniam & specusq; tunc pro domibus illis erant;unguibus et dẽtibus pugnarent:uel q̃ belluarum sit pernitiosa dissensio dicta et appellata non iscite uidebatur:Hora.quom prorepserũt primis animalia terris:Mutum et turpe pecus glandem atq; cubilia propter:Vnguibus et pugnis dehinc fustibus;atq; ita porro Pugnabãt armis quę mox fabricauerat usus.Nisi rem Hanc ab initio secundum naturam profectã tuncq; rudem ac pene fortuitam ad disciplinam peritiecq; studia primi reuocassent:quales Assirii quos primos bella finitimis intulisse constat:quanq̃ non horrida multũ nec difficilia q̃ rudes ad huc ad resistendum gentes essent nec etiam multę nec magnę:quom post Noe dilluuium anni non multo amplius q̃ mille fluxissent:ubi

R. BIBLIOTECA
ESTENSE
DI MODENA

Ninus Rex Belli filius: ſupra quem nihil pręclarum in libris relatũ inuenio Veſorem illum egyptium et Scithię regem Taneum terroris bella populis inferentes: nec imperium ſibi: ſed populis ſuis gloriã quęrentes victoria ſola contentos: ſemper excipio: Omneſq; a Syrię finibus ad uſque ultima Libię: gentes: nationesq; ſubegit: quo tẽpore inter ſe ſe inſidiari coepere: et gloriam ex humano ſibi ſanguine cõparare: ſiue quales abantes: qui prope pugnandi ac preter ceteros manus cum hoſtibus conſerendi ſolum peritiã habuere: Nam ut antiloquus refert. Nec crebros tendunt arcus: nec uerbera funde: expediunt Sęuasq; ferox mars ęquore cędes infert: Sed rigido geritur res cominus enſe. Hac illi apprime pugna certare periti: Euboiae genus acre uirum belloq; ſuperbum: Siue quales Cretenſes: quorum patria prima remis et ſagittis inclaruit: Siue quales acertini omniũ bellatorum calibes: per quos erutũ & domitũ eſt primitus ferrum: uel ut heſiodo quoq; placet in creta eos qui uocati ſunt dactyli idei afriſ & theſſaliſ: hanc alii partim gloriam dabunt q; ex hiſ primituſ pugnam ex equi centauri ſecnudũ pelion montem incolenteſ docuerint inire: laſciuaſq; uertigineſ implicare: illiſ uero q; primi contra egyptioſ preliũ fuſtibuſ quoſ phalangaſ uocant feciſſe memorẽtur Erunt & qui cõtra hoſ pugnẽt ueluti Daci: Medi: ſiue thraceſ quoſ bellicoſoſ adeo fuiſſe ſẽper non dubiũ eſt ut ipſũ Martẽ apud ipſoſ fabule natũ eſſe confirmẽt: Galli uero ſuo quodam iure ab hiſ quoſ modo diximus hanc palmã reperent ſuamq; omnino eſſe contendẽt quom ſe Druidũ ſententia omnes a Dite patre cui terrena uis omis atq; natura dedicata eſt: pugnę natos predicẽt: liberoſq; ſuos niſi quom adoleuerint ut munus militię ſuſtinere poſſint palam ad ſe adire non patiantur: Athenienſibus hanc tribuent alii: quoniam eorum ciuitas qua nihil habuit grecia clarius: nihil antiquius a minerua eſt principe et iuentrice belli armorũq; dea: quę grece athenea dicitur: ut pote quę bellicoſa et ſapiens regionem eligendam cẽſuerit talem quæ ſui ſimiles uiroſ editura eſſ&: Permulti denique ſparciatis concedẽt quorũ diſciplina quid quantumue bellicis actionibuſ conduxerit ut reliquoſ miſſos faciam: Maharbalis preſtantiſſimi ducis et Xantippi declaretur exemplis: Huius enim mercenarii militis: ſiue ducis opera et arte: Triginta milia Romanoꝝ cæſa ſunt: Regulo eorum duce cũ quingentorum equitũ numero in uincula coniecto: illo lacedemonio quoq; Hãnibal ſecundo punico bello

postq̃ alpibus patefactis in italiã traiecit usus ductore et accicto & acri et expedito semper ad bellum milite occidisse populi supra ducenta milia quinquaginta et eo ãplius hostiũ milia coepisse memoratur: Quo quidem duce ut cetera sileam illa maxima cannẽsi mirabiliterq; horrenda clade De Rom. procul dubio esset actũ: nisi mora peruadendę urbis obstitisset: Ipsaq; militia tanta rerum agitatione longo postliminio ab interitu pene reuocata fuisset in lucem: quę deniq; omni studio exculta, non prĩcipatum omniumq; circa se essent Sabinorũ: Hetruscorum: Latinorũ: Hernicorũ: Volscorũ: et Auruncorum totiusq; italię populorum solum romanis peperit: Verum omnium fere remotissimarum gentium ac nationum terrarum orbis reges ac dominos fecit.

ILITARIS res est ciuilis quędam pars facultasq; honoratissima ad reliquas ciuilis potentię partes tuendo continendas Secundum naturam maxime necessaria legĩeq; ad hoc ipsũ uariis diuersorũ temporũ exemplis electione ac sacramento adacta: Hec ut Hyphicrates tradit ĩ pedites: equites: phalangem: ducẽq; destributa est. Manibus pedites similes sũt pedibus uero equites: Ipsa phalanx thoraci et pectori: Capiti autem Imperator: qui ut Aristoteli placet: mentis atq; animi instar est: Rursus tribus hęc rebus natura: doctrina et exercitatione consumit̃, nature nanq; principiis fortes creantur ex fortibus et bonis estq; in iuuencis: est in equis patrum uirtus: nec ĩbellem progenerant aquilę colũbam: ut Flaccus inquit: Maxima quoq; huic rei adiumenta cõferre doctrinam et institutionem quis dubitat: quom in prelus quõdam omnibus artibus studiorum liberaliũ excultis ueluti seminario ducum prefectorumq; precipuus honos haberetur: quomq; ad militiam euntibus apud maiores nostros dari soliti sint custodes atq; magistri: quibus primo anno erudirentur: quod nec Poetam maximũ preterit de pallante canentem atq; dicentem: Sub te tolerare magistro militiã graue martis opus: Porro consuetudinis et exercitationis ea uis est: ut dimicantiũ animus semper sit pronus ad cedem ardensq; in preliis: ad quę si in consuetũ militem duxeris, non secus

ac mulierem uideris: Etquañ tironum aetas ueteranorũ potior eſ-
ſe ſoleat: Veterani tamen ex conſuetudine caeteris audendi exemplũ
præ ſeferent: quom uideamus ex militũ turba ſaepenumero ſaucios
efferri: et quidem Tironem illũ et a conſuetudine pugnę alienum
leui quañ ictu uulneris ſuſpicione pallentẽ efoeminatiſſimũq; eiu-
latum edentem ueteranum uero prędis aſſuetũ: uulneribus innutri-
tum: ac poſt ſanguinem ſępe etiam uictoria potitũ: cum non nũq̃
grauiter impellatur: Feriatur. dejiciatur: alacrem iterum ad cędem
exurgere. chirurgũ et unguenta ſpernentem: quom itaq; ad perfectã
huius rei actionem hęc tria inſint: ut ante diximus natura: doctrina;
et exercitatio. neceſſe eſt undecũq; expolitũ eſſe debere: qui ſe præſtã
tem cęteris profiteatur. quo circa rei huius ducem ingenioſũ. et ad
diſciplinas ſingulas maiorũq; inſtituta capeſcenda: docilẽ: atq; uer-
ſilem eſſe oportet. haud enim ingenii uis abſq; diſciplina et rerũ
plurimarũ maximarũq; exercitatione: aut diſciplina ingenio; et exerci
tatione deſtituta cõſumatũ ducem poteſt effingere: quod ſiqui ali-
ter forſan putẽt fallũtur maxime: et in ſũmo omniũ errore uẽrſãt
quomq; nulla ſit ars: nulla diſciplina tam ſuis abſoluta partibus ut
non quoq; ceterarũ adiumẽta deſideret. ut ĩbellicæ huius rei quota
maxime parte uiſitut inſtrumẽtis quom alter ſpicula telis & ſagittis
exacuat: Alii baliſtarũ ſcorpionũq; ſymmetriis et tẽperaturis inſi-
ſtant: Celatis alii frænis. Ceteriſq; id genus quę ad hominũ equo-
rũq; ſtructura pertinẽt occupẽtur: Non alienũ cẽſeri debet: Si huic
militari diſciplinę plurima liberaliũ et optimarum artiũ ornamẽta
conſtituta: quibus inherendũ putem: Sit itaq; in primis litteratus
dux: et ſaluberrima philoſophię præcepta emuletur hyſtorias mul-
tiplices memoriter complectatur: oratorię poeticęq; facultatis non
ſit ignarus: Muſicę: Arithmetrice geometrię Aſtrorũq; cęliq; rationes
pro facultate cognitas habeat Iuris ac legũ diuerſarum gentium
uarietatem caleat: Medendi cognitionem haud aſpernetur. Gimna-
ſticę; et militari exercitationi ac ocio: Bellicoſq; poſtremo rebus aliis
ad laureas et triumphos: tanq̃ maxime neceſſariis totus incumbat:
que cur ita ſint; ſeorſum he ſint cauſæ.

ITTERATVM Ducem eſſe oportet inprimis eterudi-
tum; ut diximus; ſunt enim litterę ad excollẽdam uitã & ad

comparãdam gloriam ſempiternamq; rerũ geſtarum memoriã propaganda adiumentum ei maximum roburq; ualidiſſimum: Litteraturam autem intelligo non uulgarem: non craſſam et barbaram iſtã qua utuntur qui nunc in caſtris uerſantur duces: Sed pręclaram et accuratam illam cum rerum multarum ſcientia coniunctam: Nam neq; pręcepta illorum qui ſcripſerunt nec eorum exempla: de quibus ſcribitur ſatis intelliget: qui non iſta fuerit eruditione perpolitus: Ad quam comparandam quom diligentia noſtra maxime opus ſit et cura: cum incidant tempora non nunq̃ et horę quibus abhuiuſmodi rebus bellicis uacare neceſſe ſit: quom non ſemper gerantur bella: et ſinguli dies ac noctes aliquid habeant intercapedinis: quo domi contineri: et cum ueteribus amicis ideſt libris eſſe ſeorſũ poſſis: ante omnia tinctũ eſſe oportet ingeniũ et quaſi iniciatũ pręceptoris optimi opera: quod conſiderãs phillippus macedonũ rex ſapiẽtiſſimus: Alexandrũ filiũ pręceteris litterarũ ĩductoribus: quibus eius curã demandauerat: Ariſtoteli ſũmo id ętatis philoſopho tradidit litteris ĩbuẽdũ: quo illam quam modo dixi litteraturę & eruditionis excellentiam adipiſceretur: quod nec rex ille prudẽtiſſimus feciſſet niſi forte ab Alexandro fratre thebanis obſes datus triennio apud Epaminundam ſtrenuiſſimũ ĩperatorem et ſummum philoſophum eruditus eſſet: nec tantus philoſophus hoc ſibi munus ſuſcepiſſet ſi non honeſtiſſimarum artium ſemina ab optimo tractari pręceptore debuiſſent: in quare extat illius adhuc epiſtola ad Ariſtotelem de Alexandro filio in hunc modum conſcripta: filiũ mihi genitum ſcito: quo equidem diis gratias habeo: non tam proinde quia natus eſt q̃ pro eo q̃ eum naſci contigit temporibus uitę tuę: ſpero enim fore ut educatus eruditusq; a te dignus exiſtat: et nobis et harum rerum ſuſceptione: O ſapientiſſimam et tanto prĩcipe dignam uocem: qui ita demum eum putauit dignum fore ſuſceptione regni: et tantarum rerum adminiſtratione: ſi litteris et diſciplinis eruditetur: atq; plane ita fuit: ſuapte enim natura primum cõuerſationi deinde doctrina: et pręceptis tanti philoſophi ornatus Rex ita egit: ut ipſe deo genitus: deoq; ſimillimus crederetur: Ariſtotele enim primum exacta puentia per quinquennium: et porro Caliſtene uſus rhetoribus: orbem terrarum aggreſſus: innumeras hoſtium copias ac gentes expugnauit: et totum pene orbem ſuis uictoriis illuſtrauit: cũq; ea tempeſtate armis exercitum comunẽ prope

aſiam teneret. Potentiſſimumq; & perſarum et moedorũ regem dariũ preliis et victoriis surgeret: quanti litteras et ipſe rex feciſſe: quantumq; ornamenti illis poſuiſſe uiſus eſt: ex his liquet inſpicere; ĩ illis enim tantis negotiis litteras ad Ariſtotelem miſit: quibus in hunc modum queſtus eſt. Haud abſte recte factum eſt q; ſpeculatiuasediſti diſciplinas: qua enim re ceteris iam nos ipſi pręcellemus. Si ea quibus eruditi ſumus ſtudia omnibus coeperinteſſe cõmunia: Quippe ego doctrina anteire malim: q̃ copiis atq; opulentiis: Cupidi ea fortaſſe uox et inuidi hominis ad utilitatẽ ſuam omnia reuocãtis: Sed exhoc faciliot eſt coniectura: quantum litteris tribuerit: Quippe qui cum ceteris rebus concertatores ineſſe ſibi non egre feret: in his ne emulum quidẽ uellet habere: quę animi excolẽdi cura quod ſtudium Antigono preclaro etiam macedonũ regi fuerit facile percipi poteſt: ex Perſeo philonideq; eius p̃ceptoribus: atq; ex his: ut refert Appolonius tyrius: quę de zenone ad eum: in hunc modum conſcripta ſunt: Antigonus rex zenoni philoſopho ſalutẽ Ego fortuna me quidẽ & gloria uitam tuam anteire exiſtimo: Cęterũ diſciplinis ſtudiisq; liberalibus & p̃fecta foelicitate: quam tute poſſides: longe abſte precelli ſẽtio. Quo circa te orare ſtatui: uti ad me proficiſcaris: id mihi perſuadens te preces meas minime irritas fieri paſſurum: Tu igitur modis omnibus enitere: ut tuo contubernio fruamur hoc pro certo habens: te non mei tantum: Sed omnium ſimul macedonum eruditorem fore: nam qui macedonię regem erudit: atq; ad uirtutem imbuit eum et ſubditos quoſq; inſtruere ad fortitudinem et probitatem certum eſt: nam cuius mihi fuerit dux tales ut plurimum ſubditos fieri neceſſe eſt: nec abre: aliamq; ob cauſam: Si principi litterarum homero credimus: Peleum regem Achilli filio phenicem pręfeciſſe ferunt: q̃ ut attrito non ſolum dicendi: Sed gerendi quoq; uſu pariter incaleret clarior q̃ euaderet: Quid ille themiſtocles: quem ego graii ſanguinis uirorũ clariſſimum et unum ex omnibus totius grecię calleditſſimum et prudentiſſimum imperatorem auſim dicere: Nonne in diſciplinis percipiendis pręceptores habuit et eos quanq̃ Anaxagoram et melliſſum philoſophum Emniſtes rmbrotus affirmet: tamen tẽporum ratione diligenter inſpecta qua illum erraſſe conſtat: Mneſyphilo aſſentiendum magis uidetur: quippe qui eum phrearei diſcipulum fuiſſe aſſeueret ad eum ſolum eruditionem: quam bellicę

rei facultatẽ dicimus capeſcendam:quanq̃ naturę bonitate fidens prius ipſe contempſerat;Dionem Syracuſanum omni diſciplinarũ genere erudiuit Plato;cuius quanto deinde ſtudio dionyſius iunior ad ſe flagitarit aduentum :quantiq; eum fecerit; ut pote qui illo tempore pluscęteris amauerit Architę pythagorei ſcripta ad eũ demõſtratę piſtola ;Valuit etiam apud ueteres diu eiuſdem Platonis ſententia:qui tum deniq; res publicas cẽſuit eſſe beatas Si aut philoſophi regnarent;aut reges philoſopharentur .Nec Iſocrates aliis artibus Thimotheum Cononis pręſtantiſſimi imperatoris filiũ ſummum ipſum imperatorem;hominemq; doctiſſimum inſtruxit; Quid ipſius Epaminuudę ſummi philoſophi;ſummiq; ducis eruditio;quam in eo pręcipuam fuiſſe accępimus;non ne ea quoq; in lyſiam pythagoreum refertur;Archelaum prudentem rei bellicę naualiumq; commẽtorum pręliorũ adeo litterarum ſtudiis inhęrẽtem nouimus;ut euripidi tragico conſiliorum ſũmã crederet omnem Cuius ſupręma haud proſequi contentus rex;et ſumptu et impenſa funeris ſecta barba et attonſo crine moerorem quem animo ĩgentem concoeperat uultu publicauit :Pyrrhum quoq; epyrotarum regem maximum bello non ſolum lectitaſſe libros:cum eſſet rex;uerum etiã multa litteris demandaſſe rei militaris pręcepta nouimus Poenorũ dux inclytus Hannibal uir .tautus tantiſq; confractus bellis:non nihil temporis etiam litteris tribuiſſe dicitut cum eſſet in caſtris: Quippe qui pręter Syllenum Soſylao lacedemonio litterarum gręca uſus eſt doctore .Tradunt et muſas uirgines cum libero patre profectas in caſtra :hiſq; cum bonis artibus apprime eruditę eſſent dux ille oblectabatur ;Secutus eſt eum Syllenus quoq; pedagogus ac nutritor ;optimorumq; inſtitutor ſtudiorum qui ei plurimum ob uirtutem ac gloriam reſq; bellicas contulit ornamenti .Nec admiraberis Mitridatem ponti regem ;clariſſimumq; ducem annos duos & Septuaginta natum ſecum philoſophos omnis inmenſę ſublimitatis ſemper habentem :omniumq; ante ſe genitorum ſtudia litteraq; ęquantem facile uel ſuperantem ;latini uero duces uel Romanorum proceres;et ſi non ſint eruditione exteris forſam pares :omnes tamẽ fere docti:et litteris clari euaſere .Nam Cato primus portię gentis animi uigore pręſtantiſſimus:litteris etiam expoliri pręſtantiſſimũ cẽſuit; q̃ ſero ĩde exiſtimari poteſt :cp latinis iam pridem ab. Q. Ennio uero iam ſenex et in ſardinia prętor gręcis litteris eruditus

eſt:adeoq; ut probabilis priſca illa eloquentia non ſolum oratoret hiſtoricus:Sed iuris conſultiſſimus litterarumq; omnium cupidiſſimus fuerit:quarum et ſi ſenior ut antediximus :ſtudium arripiunt tantum:tamen in eo progreſſus eſt:ut non facile reperiri queat; neq; grecarum neq; latinarum rerum quidpiam quod ei fuerit ĩcognitũ:Huius quoque ſucceſſor ac ꝓprior etati noſtre alius Cato in litteris:diſciplinisq; percipiendis tardior licet eſſet;Sarpedone tamẽ pedagogo primum & Antipatro philoſopho ac tyrio excultus:Deinde tam inexhauſta legendi auiditate ferebatur;ut ueluti librorũ heluo maxime ſtoicorũ ne dum inter domeſticos et priuatos parietes Sed ne in curia quidem contra inanem uulgi opinionem quom Senatus cogeretur ſedens ſe ſe ꝯtineret:quominus obuoluta circum toga eos lectitaret ad animi cultum quaſi quendam humanitatis cibum nihil ſtudio rei publice adimens:Et Scipionem Africanũ ſuperiorem a re militari atq; urbana ſtudiũ ad litteras reuocantem legimus:et quanq; ingenii eius monumenta nulla extent:nulla litteris mandata inueniantur:non tamen ſine litteris:pieriiſq; artibus arma exercuiſſe ſcimus;Semper enim eius ut poeta Claudianus meminit Herebat doctus lateri caſtriſq; ſolebat;Omnibus ĩ medias Ennius ire tubas:quũq; foelicibus auſpiciis victor rediens:ſubacta carthagine triũpharet;Sicut ſuũ bellica:Ita Ennii caput Martia uoluit laurea inſigniri:Et ꝙ maius mirabili uſq; fatebere ipſius poete ſtatuã & effigiem ĩ monumentis et ſepulchris cornelie gentis collocari clarũq; illud nomen:immo uero ſpoliũ ex tertia orbis parte raptũ in itinere cũ poete titulo legi ratus:rerũ ſuarũ memoriam extĩgui non poſſe;ſi litterarũ illius diuini poetæ lumẽ accederet:Paulus Emilius deuicto perſe Romana diſciplina:qua ipſe doctus erat ut filii etiam imbuerentur ſummopere curauit:quumq; ob rẽ ipſã petiiſſet ab Athenienſibus:uti ſibi q̃probatiſſimũ philoſophum mittere ad erudiendos liberoſ;uictorem item ad triumphum exequendum Athenienſes Metrodorum elegerunt profeſſi eundem in utroq; deſyderio preſtantiſſimum;quod ita Paulus quoq; iudicauit; neq; hoc contentus Paulus:quum quid ocii ex publicis muneribus ſupereſſet;eorum eruditioni intererat:Miro erga filiorum eruditionem amore ſuccenſus:Nullum a ſtudiis litterarum diem intermiſiſſe Iul.Cae.traditur:quem poetarũ collegium comunium ſtudiorũ cauſa;cũ per ocium liceret ingredientem:& inmaxima difficultate

itinerum:et ī mediis bellorum ęstibus scribentem libros et legentem simulqꝫ dictantem et audientem frequenter accepimus:Diuus Caesar Augustus Diui Iulii filius:tanto paternis uestigiis studio in hęsisse traditur:ut grauissimis bellorum et īperii curis oppręssus & coniuratorum obsessus insidiis:horas et momenta colligeret:nec ullum tempus inutiliter labi sineret: Apollodoro pergameo dicendi magistro usus:nec eo contentus:ad diuersa litterarum studia ĩeunda:pręter Sperareum philosophum:& Asinium Pollionem:Valerium Messallam:Patriumqꝫ geminum clarissimos dicendi artifices:Virgiliū Maronem et Plerosqꝫ alios illius temporis poetas habuit secū non tam imperio:ꝙ dulci conuictu:et morū comitate a sodalitio in omni uita comites:Horatium Flaccum inprimis ut ad Iulium Florum de se taliter scribentem legimus:Ciuilisqꝫ rudem belli tulit æstus in arma Caesaris Augusti non responsura lacertis:Vnde simul primum me dimisere philippi:decisis humilem pēnis:inopemqꝫ paterni:Et laris et fundi paupertas īpulit audax:ut uersus facerē Ouidium nec minus deinde:qui hęc ait: Illa dies libicis qua Caesar in oris Perfida magnanimi contulit arma iubbę:dux mihi Caesar erat sub quo meruisse tribunus Glorior officio prępfuit ille meo:Hāc ego militia sedem:tu pace parasti Inter biscquinos usus honore uiros.quanꝙ hunc suo indignū contubernio.tandem uindicans in Scythiam Vbidiem obiit relegauit Cuius relegationis asperitatem diuturnitatemqꝫ his uerbis suis quęstus est. In Scythia nobis quinquennis olympias acta est. Iam tēpus lustri transit in alterius: Perstat.n. fortuna tenax uotisqꝫ malignum Opposuit nostris in uidiosa pedem:Ex his autē et utriusqꝫ linguæ auctoribus quos studiosus Augustus lectitabat:illa cupidus hauriebat:quę uel præcepto:uel exemplo ad eruditionem uitæ morumqꝫ elegantiam pertinerēt priuatæ uel Publicæ disciplinæ:Hęc et memoriter annotata tenens:quum rex exigeret uel amicos uel notos exercitus.uel prouinciales aut urbanos magistratus tali annotatione ad uerbum excerpta commonefacere solebat:ut eanon sibi primum:Sed anti quisiam tunc curæ fuisse persuadere:id deniqꝫ ex talium auctorū eruditorūqꝫ hominū ingeniis uno tempore confluentibus affecutus ut non minus his:quam omnibus Romanis legionibus illustratus sit:Nam quid tantum sibi confetre potuerunt quinque:et triginta ille tribus romani po.uel tot Bellicosissimę legiones quantum uel

Maro ſolus heroico uel Flaccus heꝛoico ſimul et lyrico carmine con-
tulit ad nominis ſui diuturnitatem: interiere ille quidem cum duce
ſuo. Caeterum tantorum poetarum: preconio eius resclariſſime ge
ſtæ nunq̃ defuturæ ſuperſunt. Fuit in Luculo mirabilis quędam in-
genii prędelentia maxima litterarum totiusq; ueteris achademice
Philoſophię cognitio ac elegans dicendi copia: qui et Aſcalonitam
Anthiocum acutiſſimum doctiſſimumq; dicendi artificem: amicum
ſibi ſotiumq; uitę fecerit: Simili quoq; ardore. P. Craſſus in caſtren-
ſi expeditione: quum in Aſyam ad Ariſtonicum regem debellandũ
conſul traieciſſet; tantum pręter latinam graię linguę ardor inſe-
diſſe perhibetur; ut eam in plurima diuiſã genera per ſingulas par-
tes eius ac numeros penitus cognoſceret quę res maximũ ei omni-
um amorem conciliauit: Nec Syllam illum beatum atq; foelicem:
nec Pompeiũ quidẽ magnũ Imp. Nec. Q. Fabium; nec. M. Brutũ:
nec Traianum; nec Adrianum nec Maximum; nec. M. deniq; Anto-
nium Aurelium; qui ob litterarum ſapientięq; ſtudiũ et ardorẽ phi
loſophus dictus ẽ: ab hac egregia litterarũ cognitiõe alienos fuiſſe
comperio: quum et orationes et epiſtolas: et libros ſcripſiſſe memo-
rię proditum ſit: In maximã quoq; & ampliſſimam tui nominis lau-
dem cedit magnanime prĩceps Sigiſmunde: multum lectitare: mul-
tum audire: diſputare; patienterq; refelli; quumq; plurima ſcias: et
omnia bonarũ artiũ ſemina caelitus tibi cõceſſa cõmunis omnium
eruditorũ teneat opinio quottidie tamen aliquid diſcere nonnul-
lis bonis libris ſapientũq; colloquiis inſiſtere ĩ conuiuiis publicis et
priuatis grauiſſimis ac profundiſſimis rerum naturalium queſtio-
nibuſ & rationibus oblectari: ingeniiſ illuſtribuſ oratorũ et poetarũ
tui temporiſ fauere: copiiſ et honoribuſ illuſtrare; Sacras ędes in-
ſtaurare: bibliothecaſq; nouas maximis impenſis tuis illis errigere;
data mihi ac pleriſq; aliis librorũ perquirendorum facultate: non
etati tuę ſolum: uerum poſteritati profutura: quo quid melius: quid
ſummo duce ac principe ad ĩmortalitatẽ dignus eſſe queat nec ſcio
nec ſatis intelligo: Maxime quom ea tria hac in iuuenili ętate tua
adeptus uideare: quę multis ſenio denegata ſunt: uel gerendo ſcili-
cet aliquid magnum et illuſtre: quod de te ſcribant auctores idonei
quod pleriq; tam poetę: q̃ oratores: et hiſtorici faciunt: uel ſcri-
bendo aliquid; quod legant poſteri qualia ſunt plurima materna
humanarum diuinarumq; rerum carmina elegantiſſime per te ędita

et multis iam oris ac uariis regionibus decantata: uel insigne aliquod opus extruendo; erigendoq; ueluti arx nobilis; siue maius castellũ tui nominis eo astu militari et arte bellica pręcellens: ut eius pulchritudo. situs: atq; dispositio: non ciuium modo; Sed omnium oculos intuentium in semet haud immerito allitiat atq; perstrĩgat. Campi enim planitie undiq; est perspicua; loci species moenibus paribus. Primo uersus urbem ambitu Emicicli formã habens. promuralis eius urx credibilis relatu; profũditas; quę pyrrhamidũ instar procliuis a fundamentis erigitur; Amplissima latitudine ad sũmitatem altitudinem pedum quinquaginta; phenestris centum sexaginta supra terram; totidemq; infra ex ordine per interualla quædam dimissis; ubi balistę lapidum; ac sagittarum ad Propulsandos hostiles ĩpetus; ac omnem intestinam seditionem si quando cõtigerent collocentur. Fastigii aũt spatiũ crassitudoq; tanta. ut plures occurentes se se minime impediant. fossa prima interioq;. quam pennis fontis aqua interluit centum pedum: latitudine quinq; et triginta. eoq; amplius altitudine. Totius molis ambitus; qui coctili laterculo et perpolito est lapide trecentos quiuquaginta passus pe uniuersum complectitur spatium. ex altera parte et postrema quę uergit in quadrum: pomerium et murus communis urbis est duplici ponte ac turri latitudine supra quam cuiq; credibile sit ad eius tutelam: cum minis propugnaculis; et crate ferrea area interius ampliss ima; et puteo utrinq; mirabiliq; habitationum serie. suoq; custode distincta a fronte urbem ipsam prospicit; Primoq; in uestibulo uallum custodibus munitum porta perexigua; duabus deinde latissimis supra fossã turribus parum de industria æditis uiridi prima puniceo colore: altera ligneo ponte gemino uersatili ac pensili. Hoc transgresso. Spatiũ et Area quędam molem totã ambiens ineſt quę terra ad primi muri firmitatem egesta oppletur; Alterius deinde muri altitudo quinquagintaquinq; ; latitudo uero uiginti pedum eminet spatio. Turres sex octuagĩta pedũ altitudine a fundamẽtis latissimis ad summum pene fastigium terra opplere ; unde uiginti ulnisq; murus iste altiores sunt. In summo autem; consumationeq; cuiuslibet turris pedum latitudo decem et quinque: ubi ab omniũ turrium latere habitacula defensorum octo phenestris ad balistas simili modo lapidum; sagittarumq; sexdecim æque dispositа sunt; Huius autẽ muri mediũ a dextris occupat lapis quadrato marmore

ornatiſſimus:qui ut carmẽ litteris aureis inciſum indicat: Sigiſ-
mundũ Pandulphum totius molis auctorem celebrat:porta deinde
prẹluſtris adlẹuam paulo ingredientibus cernitur;marmore cẹlato
ac præclaro artificio ad unguem expolita:Et cuius ſũmum Elephã-
tus ex alabaſtrite ĩdico antiquiſſimũ malateſtarũ ĩſignae;auro plu-
rimo;et auctoriſui Sigiſmũdi Pandulphi nomine maiuſculis qui-
buſdam litteris prẹfulgens circunſeptus eſt:Media autem loci to-
tius intercapedine murus quidam medius arcem geminoſq; eius
cuſtodes areaetiam ſua:puteo &fabrili domo diſcriminat:Pe nes
quẽ ſublimis regia tua eſt:non ẹque quadri latera baſi a fundamẽ-
tisq; latiſſima; triplici portarum obice chateractis imminentibus
minis ac propugnaculis minitantibus ſuo cuſtode multiplici ha bi-
tatione puteo profundiſſimo;ornatiſſima ad aſcendendum coclea
Armamentario omni telorum et tormentorum genere referto mi-
naci proceritate mirabilis ut pote quẹ altiſſimorum cacumina mon-
tium ſuperet;ac maris æquora late proſpiciat;Prætereire deniq; ne-
queo:quod ab initio inſtitueram quom ſit non Ariminẹ tãtum ur-
bis et arcis firmiſſima ſalus et tutela:Sed italicẹ magnificentiẹ uera
admiratio;Tota nanq; mole penſilis quum ſit plurimos aditus atq;
receſſus habens et a quibus armati exercitus urbem uerſus per ab-
ditos ſpecus educi poſſunt;nullo incoleutium ciuium percipiente:
quoque ab omni exter na oppugnatione ĩteſtinaq; ĩiuria eſſe queat
immunis;altera extrinſecus late patens inſtar ſimiliter amnis irri-
gua circũfluit foſſa magnẹ mentis et prẹcellentis ingenii opus ſa-
ne utrinq; enim per ambitum latiſſimis eſt firmiſſima muris cũ pro-
pugnaculis et aggeribus:Denſiſſimis deinde turribus a fundamẽ-
tis errecta:anguſtiſq; ut ſupra munita pheneſtris aqua ac terra te-
nus cum defenſorum habitaculis paruis machinis ac ſagittariis
eque diſpoſitis tanta firmitate tammirifica utriuſq; foſſæ interſti-
tii habitationum diſpoſitione ad peditatum omnem eqtatumq; cõ-
tinendum ut diſſoluere eam nec crebri arietum impulſus queant:nec
metalicẹ uis ulla machinẹ poſſit dirruere;incertumq; munimentum
loci huius ne tutius an pulchritudo plus admirationis apud homi-
nes ſit habitura:Taceo ſacras celebresq; deo dicatas edes;Prẹtereo
fortunæ fanum Scenam gallicam;Cæteraſq; per te inſtauratas urbes
errecta oppida conſtructas arceſ;Sexcentaq; id genus nomen tuũ
litteris oſtẽdẽtia;qua una ĩ re;ſi te cæteris huiuſcẹ ẹtatis prĩcipibus

conferamus:et regibus omni genere laudis excellere:iure ipso prę-
diceris:Maxime quum hęc quidem lauslatiſſimis defixa radicibus
initatur.et ſolida adeo ſtabiliſq; ſit et infinita ſæcula duratura ut
nec uetuſtate corrumpi poſſit:nec ex memoria hominum obliuione
deleri;q̃ laudabilis igitur et imittatione digna tui et hoꝝ quos mo-
do diximus principum uitæ inſtitutio:qui Prima uitę tempora:et
media patriæ;Extrema uero ſibi ĩperent;ut ipſe leges monent:quę
maiorem annis ocio reddunt q̃ lycini:domicianiq; .Cęſaris et alioꝝ
quorũdam improbãda deteſtãdaq;:quos fortuna opibus loco ima-
ginum domeſticarum ſplendore ac dignitate cęteris præfecit:econ-
tra uero ipſi uitio ſuo libidine ignauia turpiq; ocio inquinati exci
dere:Ille enim litteras uomicam uirus ac peſtem publicam appel-
lare ſolitus erat;Alterum quom ſatietas hominum aut honeſti cu-
iuſpiã negotii aliquando odium occepiſſet;uellentq; illam expuere
curã et ſolicitudinẽ ex animo:et uoluptate aliqua refici Incomi-
tatum ſe intra regios parietes ſingulis diebus recipientem:clauſis
foribus nihil aliud amplius q̃ muſcas captantẽ:acutiſſimoq; ſtillo
prefigentem accepimus;Sed origo illum ruſtica forſan excuſat:Et
ſi enim ad ceſareum uſq; nomen aſcenderit naturã tamen ſubruſticã
et agreſtem haud quaq̃ exuerat:Verum enim eſt illud Flacci fortu-
na non mutat genus:Huius uero tã foedo ſtudio tã abominãdę oc-
cupationi et ſuis principatus initiis quibus is dele ctabatur aucu-
piis uenia fortaſſe danda eſſet modo tẽporis reliquum claris actio-
nibus conſumpſiſſet;nec exoſum ex tetris facinoribus maiore odio
q̃ ex hoc ridiculo negotio nominandum ſe poſteris prędſtitiſſet:
Quid plura:Nullum deniq; Romanum fere imperatorem;qui cete-
ris omnibus exemplo ſunt;præter .C .Marium unum:ſiue .M.Mar
cellum huius egregie litteraturę expertes fuiſſe comperies quiq;
litterarum ſtudia ſaltem præter hunc unum quem pauloante dixi-
mus Licinum non probarint;non admirati ac ſummo quodam ſtu-
dio proſecuti ſunt:Obſtrepant ut libet et irrideant alii noſtri tem-
poris duces;noſtriq; reges et principes:qui uirtuti bellum ac litte-
ris indicunt:Simulatoq; contemptu uel ingenii tarditatẽ uel ſegni-
tiem ſuam ac ſocordiam tegunt:Audacter tecum dixerĩ Sigiſmũ-
de:ſupellex regia et auguſta et ornamenta ducũ et principũ erant
olim libri et litterę:Vnde illud pvſiſtrati probatur ab omnibus:qui
Athenienſium tyrannus quom eſſet hãc diuinã librorũ ſupellectilẽ

ciuibus ſuis primus ad legendu ꝫ inuulgaſſe publiceq; prębuiſſe dictus eſt :quos deinceps accuratius eorum numero ab Athenienſi, bus aucto Xerxes athenarũ urbe potitus abſtulit aſportaritq; iuſ- ſit in perſas quoſq; itidem multis poſt ſæculis interiectis Seleucus rex hic et Nicanor dictus in gręciam :inq; ipſam Athenienſium ur- bem uti condignum fuit rurſus cenſuit reportandos: Increbuitq; ſic cura et uoluptas quędam permultis cogendi in unum uolumina diuerſarum gentium diuerſarumq; artium :ut Alexander et ei qui ſucceſſere in conficiendis bibliothecis animũ intenderent :Sic ma- gnus atq; ingens poſtea librorum numerus ac pene incredibilis in egypto conquiſitus atq; confectus eſt :ad quadraginta enim uel ut alibi reperio quadringenta :ut Oroſio et Senecæ Septingenta ferme ut Gelio et Amiano Marcellino placet Septingenta uoluminum mi- lia ptholomeis regibus uigiliis intentis cõpoſita bello priore Ale- xandrino dum dirripitur ciuitas dictatore Cęſare a militibus forte auxiliariis incenſa claſſe flamma partem urbis inuadente :qua tum Singulare profecto monumentum curę ſtudiiq; maiorum cõdeba- tur conflagraſſe prodũtur :quod elegantię regũ cureq; opus egre- gium fuiſſe ait Liuius :quem Seneca carpit :non id elegantię cureq; regię opus dicens :Sed ſtudioſe luxurię :imo ne id quidẽ ſed ſe ipſũ conquiſitis ſpectaculis inaniter oſtentantis et Liuii tamen dictum et ptholomei factum ut cumq; forſan regię opes excuſant :et in lon- gum publicis uſibus perſpiciens primum ac conſulens immortali- tati tantorum uirorum in hoc tamen certe laude digniſſimus ꝙ ſa- cras litteras non utiles modo ſed neceſſarias ſumma diligentia atq; impenſa perelectos ad tantum opus uiros in grecã linguam ex hę- breo fonte tranſſudit :parem curam et ſtudium cogendorum ſimul librorũ ſecuti ſunt exducibus primoribusq; urbis romę plures eo- rumq; primus Aemilius Paulus Imp. perſe potentiſſimo Macedonũ rege deuicto :Dehinc Lucullus e pontica prœda: Poſt hos Iul. Cę- ſar dato M. Varoni negotio Bibliothecas utriuſq; linguę q̃maxi- mas poſſet comparandi dirigendi publicandiq; :Probatur quoq; in hoc Domicianus qui liberalia ſtudia :licet imperii initio neglexerit Bibliothecas tamen incendio abſumptas reparare curaſſet exempla ribus undiq; petitis miſſisq; Alexandriam qui deſcriberent emenda rentq; :Tollitur in cęlum preceteriset aſinii Polionis Rome ſimile in- uentum :qui primus bibliothecas gręcas :ſimul atq; latinas additis

auctorum imaginibus dicando ingenia hominum R.P. fecit; quæ an priores et maiore librorum copia inibi an Alexandrię et pergami qui bibliothecas magno certamine instituere; non facile dixerĩ De priuatis ausim dicere nõ regios huiusmodi apparatus: Sed alios ęquantibus facile uel superantibus: Sereno quidem Samonico ingenti doctrina uiro: Sed maiore cura pulcherrimarum litterarum multorumq; uoluminum: duo et sexagintamilia librorum fuisse legimus: quos omnes Gordiano iuniori cuius patri fuisset amicissimus ille moriens reliquit nobilem sane thesaurum et præclaram generosi animi et humani generis hereditatem: Hanc igitur Gręcarum ac latinarum litterarum copiam diuinamq; librorum supellectilem atq; peritiam tanq̃ maximum absolutissimũq; mortalibus bonum summo opere perquirendam in delitiisq; habendam futuris ducibus ac ĩperatoribus censeo: interdumq; Cor. celso assentiri cogor qui ait summum bonum sapientiam; summum autem malum dolorem corporis: quom nec eius ratio mihi uideatur absurda. Nam quoniam duabus inquit partibus constamus animo scilicet et corpore quarum prior melior Deterius corpus est: sũmum bonũ est melioris partis optimũ Summũ autem malum est pessimum deterioris. Est autem optimum in animo sapientia: est in corpore pessimum dolor ut igitur sũmũ malum dolere sic sũmum hominis bonũ sapere ut opinor sine ulla dubitatione concluditur; quod qui assequi poterunt si non ad ostentationem sed ad decus dignitatem ad commodũ ac patrię utilitatẽ hi mihi uidentur foelicitatẽ ac beatitudinẽ facile posse contingere: Alia quidẽ bona humana si cum hoc conferantur parua sũt. ea quidem et exigua et ab huius q̃ longissime dignitate pręstantiaq; remota: Pręclarum quiddam scio dices Sigismunde est multis imperio eminere. sed spetiosa magis q̃ tranquilla imperii facies est: et qua nulla curiosior nulla minus libera; immo nulla magis serua: ut Senecę placet condictio est: Gladiis enim ceruicibus appendentibus imminent hastæ undiq; et spicula: ipsi custodes timentur et comites: nihil non ausuri ira illa uel ĩopia uel auaritia militari ad quęuis facinora facile irritante: Sic pertinax non ab alio q̃ a suis militibus interfectus est. Sic postmodum duo maximini pater et filius: Sic Balbinus et maximus: Sic probus dux clarissimus sic Gratianus et ualetinianus iunior optimi fratres: ille a suis legionibus hic a suo comite proditus: Sic innumerabiles alii a suis hostibus inuicti a suis

hoſtibus ĩuicti ſuis exercitibus pierę:et quos milites ſotios ac comites appellabant inuenere carnifices;Adde q̄ omnis ętas in imperio reprehenditur ſenex enĩ quiſq̄ inhabilis uidetur.iuueni quoq̄ additur et furor:Pulchra eſt generis dignitas:ſed quid aliud q̄ quę dam ex progenitorum meritis proueniens laus uidetur;Prętioſę diuitię:ſed externa rapacis fortune munera quę dum quęruntur cruciant;Parta oblectando molliunt;cupidinemq̄ ſuccendunt; quę illa pro ſua libidine perturbat atq̄ permiſcet;cui uidetur tradit;aufert habentibus;et rurſum quom uiſum fuerit non ſperātibus reddit;eorumq̄ bonos ſimul et malos ſine ullo diſcrimine atq̄ delectu participes fieri ſinit;Illuſtriſſima rerumq̄ omnium blandiſſima eſt gloria ſed inſtabilis et periculis multis obnoxia;ut pote quę ſępius fortunæ q̄ uirtutis eſt beneficium;qua et nihil inanius eſſe Theophraſtus dixit;nihil pernitioſius ſatyricus;Patriā nanq̄ obruit olim gloria paucorum et laudis tituliq̄ cupido;Formæ dignitas grata eſt;Sed uel fragile bonum;uel nulla potētia formæ eſt;Inquit Naſo;quā et alienū quoq̄ bonū;Bion.deceptionē tacitā;Theophraſtuſ;modici uero temporiſ tyrānidem appellauit;Socrateſ;nature priuilegium;Plato;regnum ſolitarium;Carneadeſ;eburneum detrimentum;Theocrituſ uitæ floſculū celeriter decidentem;Satyricuſ;feſtinat inquit decurere uelox floſculuſ anguſtæ miſereq̄ breuiſſima uitę portio;Dū bibimuſ;dū ſerta unguenta;puellas;poſcimus;obrepit non intellecta ſenectus;Iocunda ualitudo;Sed inconſulta iocunditas;quę negligentes et incautos ferre ſoleat poſſeſſores;et perſępe morbos accerſere;quos malæ ualitudinis intentio declinaſſet;Optabile robur;at nullę tantum corporiſ uires quę uel labore īmodico uel morbo acri;uel cuncta rodēte ſenio non frangātur;non conficiantur;Sic Herculem domitorem gentium ab hominibus inuictum uis latentis mali uicit;Sic Milonem crotonienſem Athletam illuſtrē patulis ī parte media hiſcens ramis arbor una detinuit;Dilacerandumq̄ hominem fertis prębuit;Litterarum autem et humanarum rerum diſciplina cum uirtute coniuncta hæc omnia declinare et effugere poſſe uidetur incommoda;Hanc.n.non caſus;nec fortuna uiolare;nec calumnia auferre;nec morbus corrūpere;nec ferrū minuere;nec labefactare ſenectus poteſt;Immo quom Cętera tempori cædant;Sola hæc litterarum monumenta temporis diuturnitate pubeſcunt.

VLTA IGITVR litterarum ſtudia quom ſint ut ante diximus Imp.inuicte Sigiſmunde Pandulphe quæ ſummum decus et ornamẽtum ducibus queant afferre:Erit et in re hac illa prepollens philoſophię tum hiſtoriarum omnis ęui ſummopere peroptanda cognitio:nam qui docti et excellentes uiri et uſq; ſunt grauiter ac perite locuti omnem uiuendi rationem ita diſtribuũt:ut pars altera ſit in preceptis et inſtitutis pars altera in hiſtoriis collocata:illa enim uiuendi rationem et legem quom præ ſe ferat tradatq; hominum offitia quid ſit honeſtum:quid turpe:qd utile:quid quẽq; deceat:quid non:et cętera quidem acri ingenio excogitata in medium afferat:cum tamen perſeſe explicantur ſegnius legentium animoſ irritant factuq; quodam modo incredibilia iudicãtur:ubi uero preclara rerũ ac temporum teſtiſ accedit hiſtoria faces quaſdam ac ſtimuloſ ſic comparat ut obſcurũ haud ſit menteſ hominũ ita tepeſcentiũ clariſſimorũ facinorũ memoria ad gloriæ et immortalitatiſ ſtudiũ uehementer accendi:quod genuſ Pythagorę Democriti:Platoniſ:et Ariſtoteliſ:Ceterorũq; philoſophorũ precepta iubent ut accerbiſſimoſ cruciatuſ et maxima uitę diſcrimina ineamus.ut fidem iureiurãdo hoſtibus datam non fallamus:ut coniunctiones:pactioneſq; bellicas et hoſtiles non perturbemus:eorum quidem probabitur oratio:ad rem autem proficiſcentibus torpebit animus perhorreſcet cadetq;.quod ſi.L.Bruti facinus in expellendo Tarquinio: aut Scipionis Naſicę inuicti animi magnitudinem et robur contra Tyberium Graccum:aut M.Actilium Regulum Caſſium Scęuam Centurionem Actilium militem:aut .L.Siccinium Dentatum plebeium Tribunum uel Cynegirum

quempiam ex hiſtoriarum monumentis quaſi teſtes adduxeris quis
eſt adeo uecors adeo exanimis u" eorum exemplis non excitetur; nõ
animetur: non impellatur ad patrię incolumitatem: ad ſui ſuorũq;
ſalutem uindicandam conſeruandam: Diſcrimina morteſq; pro ni-
hilo ducat: Sic enim Mylciadis trophea ſomnos eripuiſſe themiſto-
cli ſic alii ſunt ad imitando pręſtantiſſimos Duces Alexandros:
Scipiones: Fabios: Catones Regulos: Curſores: Valerios. Marcellos:
Aemilios. Cæſares: Deniq; ac reliquos innumerabiles crebro rumo-
re uirtutum ſuarum incredibili ardore compulſi. Porro ſi aliam hi-
ſtorię uim libet inſpicere reperiemus eam non minimam nec medio-
crem ducibus inconſultando auctoritatem et ingerendo peritiam
accomodare poſſe. quod ſi ueterum res geſtas memoria repetamus
inueniamusq; maximas res publicas præcellentiſſima regna: Potẽ-
tiſſimos diuerſarum gentiũ populos grauiſſimo ſenum adoleuiſ-
ſe floruiſſeq; conſilio. q hi temporum diuturnitate multarum gen-
tium uertigine et experientia multa ſciſſe: permulta uidiſſe crede-
rentur: quanti fatiemus totius antiquitatis ſtudioſos homines atq;
peritos quibus non unius ſenatus et imperii: neq; unius ętatis ſed
omnium poenę gẽtium omniumq; ſeculorum res uiſę cogniteq; ſint.
quę omnia Cicero noſter hiſtoriam deſcribens paucis et his quidẽ
uerbis expreſſit: Hiſtoria eſt teſtis temporum: lux ueritatis: memo
rię uita: magiſtra uitę: nuntia uetuſtatis: Ex qua deſcriptione tem-
porum rationes hominum res geſtas unius cuiuſq; uitam: naturã
formam: Cogitatus conſilia mores: naturæ ĩſolita opera fortunęq;
inſperatos euentus accipies: hac ĩ re aderit quoq; ſcriptorum genus
quaſi caſtrẽſe egregium ſane atq; pręcellens: quos ad pacis uſum
belliq; tempora legere atq; manuuerſare opere precium ſit: Verum
apud exteros quidem Herodotus ille inprimis atq; Thucydides ille
enim perſico bello moerens quo tẽpore Xerxes in gręciã duxit exer-
citum quantum hoc dicendi genere ualuerit eius hiſtoria elegan-
tiſſime ſcripta declarat: Hic uero non ſecus cũ in re bellica aliquã-
diu uerſatus eſſet tandem ſe contulit: ad ſcribẽdam hiſtoriã inqua
ita claruit ut cum eius fama in bello non obſcura eſſet maiorem ex
eo ſtudio q̃. ex armis ſibi laudem et gloriam compararet. idem etiã
de Thimoteo: Cononis filio liceret dicere qui quom ſummus Impe-
rator fuiſſet elegantiſſime perſcripſit hiſtoriam: et quod magis ſcio
admirabere: ſi probum non legeris Hannibal poenorum dux ĩclytus

tot tantiſq; bellis ĩplicitus de CN. Manilii Volonis rebus ĩ Aſia geſtis non nulla ocii ſolitudinis et ingenii ſui græcis litteris monumenta reliquit: Ioſephus hebreus genere et gallileorum dux a Veſpaſiano captus Titoq; filio eius relictus i heroſolimis romam ueniens nonne bellum quod cum romanis geſſere iudei omnium maximum atrociſſimumq; ſeptem libris digeſtum patri filioq; imperatoribus obtulit ſtatuamq; promeruit: Mitto alios antiquitatum libros ab exordio mundi ad quartum decimum uſq; domiciani Cęſaris annũ ab eo quoq; quorũdam ſententia ita uti ſunt apud nos latinis litteris et orationis uenuſtate conſcriptos; ſunt qui eũ ſcripſiſſe litteris græcis putent: poſtea uero in latinum uerſos illos e greco quidam a Ruffino aquilegienſi aliisq; ab aliis traductos malint: Ex noſtris quoq; ducibus nonnullis cum militaſſent hoc idem quod externis propoſitum fuit ut nec in armis ętatem totam contererent: Verum ab negotio caſtrenſi ad hiſtoricum ocium et ab hiſtorico ad caſtrenſe aliquando se mutuo conferrent: unde M. Portius Cato quem honoris ac differentiæ cauſa modo priſcum modo ſuperiorem aliquando maiorem sępe familiæ portię principem plerunq; cenſorinum docti uocãt originum libros ſcripſit egregium quidem opus atq; diffuſum et in quo ſi uſq; eſt hiſtorię Plutimę et antiquitatis monumenta extant eiuſce rei. vii. ſunt libri conſcripti. Sed prmus quæ ſint romanis a regibus res geſtæ continet. Secundus & Tertius cuiuſq; ciuitatis italicę conditorem ortum. & originem quãobrem originum libros inſcripſiſſe uiſus eſt: Quartus bellum primum carthaginenſe. Quintus ſecundum terribile atq; memorandum quod hannibale Duce cum po Ro. Carthago ſubiit · Quę autem ſunt eo ſuperſtite bella deinde confecta · Sextus & ſeptimus. usquæ ad prętura Sergii Galbę referunt expoſitis etiam in italia. & hiſpania quę aut eſſent aut uiderent admiratione digniſſima. Nobilem deinde ducem Q. Fabium qui etiam Romanę hiſtoriæ ſcriptor eſt & cuius orationes Thucydidis orationibus quam ſimiles fuiſſe aſſerunt miris ĩ cęlum laudibus ſuperior tollit aetas quanquam ex pictura magisq; ex litteratura nomẽ ĩuenerit Cõſimili ratione Syllam luculli res clariſſime geſtas memoriæ hominum demaudantem accepimus et ad eum ipſum quippe qui comentariis maiore quodam orationis cultu et ſplendore eam ipſam hiſtoriam expolire potuiſſet: Magna etiã huiuſce rei D. Iulii Cæſaris iter cęteros acta cura ẽ ĩ ſcribẽ dis

ſi quidem Gallici ciuiliſq; belli Pompeiani comentariis ſic enim li
bros ſuos appellauit hanc diligentiam adhibuit ut ſingulis libris
ſingulorum annorum res geſta colligeret libros igitur vii. Gallico
de bello et tres de ciuili Pompeiano ſcripſit ſuperioribus autem
octauum poſt eum necatum addidit hirtius: Is nanq; libro uno quę
deerant Gallico de bello ad finem cũ integritate ſuppleuit: Poſtre-
mo libri ſunt tres .de Alexandrino de Affricano de hiſpanienſi bello
ſcripti horum auctorem Suetonius qui antiquis et nobilis eſt ſcri-
ptor eſſe incertum refert q̄ eos ſcriptos alii ab hirtio alii ab oppio
eſſe putent: Hirtius autem ſuo in octauo qui eſt ut dixi gallico de
bello ita prę̄fatur q̄ iſti etiam tres de bellis quæ in Alexandria de
inde geſſit. Cæſar ſcripti ab eo dubie uideantur quę hoc in loco; a
me dicta ſint uera ac teſtimonio hirtii et Suetonii approbantur
inſcriptiones tamen ſolent memini quædam haud minus falſę q̄ ua-
rie inueniri q̄ aliqui Iulio Ceſari quidam iulio celſo nonnulli hir-
tio multi Suetonio non iſtos aut illos modo ſed quos nominaui li-
bros omnes de Cęſaris geſtis ſunt enim numero iiii. et decem inſcri-
bant: ſed ut libet diſponant illi hirtium nos ac Suetonium. ſecuti
ſumus eadem Cæſariana tempeſtate Aſinius Pollio dalmatico tri-
umpho etiam inſignis prętermittendus nec uidetur: et q̄q̄ eloquen-
tię ſuę nulla ſuperſint: eum tamen hiſtoriarum ſcriptorem nobiliſ-
ſimum fuiſſe memoriæ proditum eſt. M. autem Varro quem etiam
militaſſe cõſtat quãtũ hoc ſtudio romanis rebus profuerit detẽpo-
deſcriptioĩbus de patrię ætate libri ab eo accuratiſſĩe ſcripti clare
teſtantur: Quid Ci. noſter orator ampliſſimus et imperator nonne
cum militaſſet: hoc litterarum genus ita excoluit ut de temporibus
ſuis ſcripſit: Totamq; Cyri hiſtoriam a Xenophonte conſcriptam
legendo contriuerit pariter et excuſſerit annali etiam ab eo eſſe cõ-
ſcriptos atq; de coſmographia libros. Pri. Cęſarienſis refert et fra-
gmentum adhuc ſupereſt fuerunt et alii prę̄ter hos romanorum Au-
guſti maximi ac nobiliſſimi principes duceſq; orbis ac rerum ſũmã
adepti hoc ſcribendi munus minime aſpernati: Octauianus Augu-
ſtus inprimis et Claudius ille enim rerum a ſe geſtarũ libros tres
ac decem cum eſſet in hiſpania cantabrico tenus bello edidit hic
uero hiſtoriam Tito Liuio ortante in adoleſcentia Sulpitio uero
adiuuãte aggreſſus eſt in principatu: etiam suo plurima cũ litteris
huiuſmodi complexus fuerit hiſtorięq; ſuę initium ſumpſerit poſt

cæ dem obitumq; cæter. ad glorioris prioris materię duos posterioris unum et xl. libros reliquit. Iulius etiam litterariæ et historice famę tam cupidum Hadrianum fuisse nouimus ut rerum suarum uolumina notauerit; familiaribus libertisq; suis nominibus eorum inscriptis inuulgãda contulerit. Gordianus deniq; senior panegyricũ siue laudes Antoninorum omnium qui superiori tempore fuerant oratione soluta congessit in libros et etiam Antoniniados hoc est Antonini pii et Antonini. M elegantissimis uersibus in. xxx. libris uitam illorum et bella publice priuatimq; gesta perscripsit. Taceo alios innumeros rerum gestarum auctores quibus sine pręclara superioris temporis utriusq; linguę regum et ducum acta: aut pene deperissent: aut essent in tenebris perpetua obliuione sepulta. utq; ad urbium iam maximarum uomina conuertatur oratio nõ ne suo iam igne consumptum esset Ilion: Num consumptę Thebæ nummicenę lacedęmon; Athenę; num corinthus: carthaginis byrsa ac ueteris moenia babilonis: Quid roma deniq; ipsa unica quondam mundi gloria ac clarorum tot uirorum patria et domicilium nihil profecto: nisi et grecis et latinis rerum gestarum scriptoribus suscitaretur: Hac enim re una muti loquuntur: absentes adsunt: mortui uiuunt: Mortuorum enim uita ut inquit Cicero ĩ uiuorum memoria consistit: quo fit ut res ab nostra ętate memoriaq; remotas melius cognoscamus si modo sint claris auctoribus illustratæ q̃ quæ recẽtior dies attulit. eum qui ne unq̃ urbem uiderint Illustres tamen Romanos resq; eorum magnifice gestas ita norint ut res omnis pene longe melius q̃ qui a multis seculis citra inde oriundi sunt cognouisse uideantur Postremo ad ea quę adeũda ineũdaq; sunt locorum genera nihil conducibilius q̃ regionum terrestrium aut maritimarum scientia cum non solum agros: syluas: nemora: saltus: mõtes flumina: lacus; stagna: portus: et maria: Sed tot oras orbis et urbes sparsaq; imperia et populorum dissonas dissidentesq; linguas ita describit: ut non tam ore ac mente q̃ oculis legere te reputes: Quocirca et pręclarum ut inquit Flaccus et utile nobis exemplar proposuit Vlysses qui domitor troię multorum prouidus urbes Et mores hominum inspexit latũq; per æquor Dum sibi dum sociis reditum parat aspera multa Pertulit aduersis rerum immersabilis undis illud quoq; in eodem genere Alexandri Cę. institutum sępenumero. scitũ et memoratu dignum mihi uideri solet qui sapientes obeũdis in rebus

consiliarios historicos consulebat et . . . . . uetereset benemeritos ac locorum gnaros ut si quid huiuscemodi superiori ætate bene actum esset:uel usu probaret uel melius ac prudentius cerneret: Pręclarum et illud quoq; Demetrii phalerei.Ptolemeũ Aegyptiũ admonentis ut libros in quibus iusti regis offitia et illustriũ principum uitę ac mores litteris demandati essent et studiose legeret et de manibus nunq̃ emitteret :huic consentaneum non minus est: quod a scipione Affricano diuino homine obseruatum inuenimus: qui non tantum studii operęq; Xenophontis lectioni in qua Cyrri uita contineri dicebatur impendisset ni bello uel pace existimasset eam sibi lectionem plurimum profuturam:nec Cato ille priscus aliam obcausam manu se sua nato res gestas.maiusculis litteris exaraſſe testatur:nisi ut domi maiorum uirtutis simulacra filio usui forent et adiumento:quę cum ita sint egregium sane consumatũq; belli ducem neminem esse posse arbitramur qui non harum rerum cognitione et doctrina ad ea quę sibi pręposita sunt munera tractanda instructus atq; ornatus accesserit:qui non ea:quę de bonis rebus et malis de contemnẽda pecunia:gloria propaganda frãgẽdis cupiditatibus conformandis hominum moribus excipiendis periculis ac morte;pro honestate appetẽda sapientissimi uiri maiores nostri:monumentis suis scripta nobis reliquerunt :non modo audierit legerit uersauerit uerum etiam in his exercuerit se diutius et earum exempla ab omni memoria antiquitatis cognouerit cognitaq; tenuerit non minora deniq; priuatim publiceq; Pythagoram Democritum;zenonem:Crysippum;Platonem:Aristotelem:Liuiũ: Salustium:Herodotum:Tucydidẽ:Ephorum;Theopompum.Cęteroscq; sapientes egisse asserentes q̃ si duxissent exercitus gessissent honores leges tulissẽt nec solum palmas et coronas his tribui oportere sed etiam decerni triumphos et inter deorum sedes eos dedicãdos iudicari.

DIICIENDA est huic ni falimur illa:quę recte a præclaro poeta flexanima dicta est omnium regina rerum oratio:hac quam modo diximus historia formosior multo et illustrior:Sed cum duplex sit orationis ratio et in altera sermo sit in altera contentio:non est id quidem dubiũ:qn orationis cõtẽtio

maiorem uim habeat ad gloriam: [illegible] est enim quan eloquentiã dicimus. Sed tamen difficile dictũ [illegible] utopere conciliet animos comitas affabilitasq; sermonis: Extant epistolę philippi ad alexandrum Antipatris ad cassandrum: et Antigoni ad philippum filiũ quibus precipiunt ut oratione benigna multitudinis animos ad benuolẽtiam allitiant: militesq; blando appellando sermone deliniant: Quæ autem in multitudine cum cõtentione habetur oratio ea sepe uniuersam ita excitat gloriam: ut flagrantes cupiditate animi ab ĩprobitate: Auaritia: Luxuria: Ignauia: Desidia: Flagitio deterrantur Remissi uero atq; languentes metuq; abiecti ad uirtutem: Dignitatem: decus: ac gloriã excitentur: Inducanturq; insp̃e cogitationẽq; meliorem: quę singula licet ab his nisi qui naturas hominum: uiq; omnem humanitatis: causasq; eas quibus mentes aut incitãtur aut reflectuntur: quos philosophos esse nouimus: et quibus hi loci potissime debentur prospiciantur tamen nescio quo pacto et ira et misericordia omnilq; animi suscitatio in potestate est oratorum: quorum foelicem ac beatam eloquentiam ab omni populo fuisse spectatam: et ueluti numen quoddam celebratam non ambigimus: quom neq; nos lateat ab ea: quam sepe tyrannos urbibus eiectos atq; sublatos: Sedatas discordias: mitigatam inuidiam: turbulentos ac seditiosos ciues oppressos: Plurimos ad honores ac imperia magna proiectos: plurimasq; partas urbes: quę ita fuisse superiorum temporum demonstrat euentus: et clarissimorum uirorum illustriumq; rerum publicarum testantur exẽpla: atq; ut a nostris his ĩ rebus qui multũ ualuere nostra fidem summat oratio: Quis dubitat aliter hac comitate et sermonis affabilitate militariq; facundia et bellis accomodata fieri potuisse quod a. L. Bruto spectate nobilitatis uiro factũ esse scimus: qui potentissimũ regem expulerit: Ciuitatemq; perpetuo iugo liberarit: Paulo etiam post reges exactos qui nescit hac ipsa oratione plebem armatam uariis stimulatam iniuriis et a patribus dissidentem prope ripam Anienis fluminis eumq; montem qui sacer dicitur: Siue cuius Piso testatur Auentinum occupantem Menenium Agrippam grauem ea tempestate uirum dicendo sedasse Possumus Appium Claudium amplissimũ uirum senectute ac oculorum orbitate confectum his annumerare: qui a filiis lectica per forum deuectus in curiam: his auditis quæ in senatu et pręclare et humaniter a Cynea dicta erant: quom: et liberationem captiuo-

et auxilium ad ſubigendam italiam Po. Ro. Pyrrhus afferret: ac pro
his nihil aliud q̄ Amicitiam ſibi tarentiniſq; ſecuritatem poſtularet
Pluribus ad eam rem inclinantibus: Magnifica oratione auctor fuit
ut eiuſmodi pacis quę plurimum turpitudinis et inſidiarum habi-
tura erat: foedus nullo pacto reciperent. Poſſumus merito. M· Tul
lium Ciceronem ſermonis et contentionis pręſtantia omnipotentẽ
dicere qui Verrem audaciſſimum hominem ſceleſtumq; criminibus
ſuis oppreſſit: et ferociſſimis ſeptum armis: nihilq; non auſurũ Ca-
tilinam in ermis exteruit: ac de incendio urbis et ciuium ſanguine
cogitantem truſit in exilium: qui moenia romana tecta templa ca-
pitolii arcem: bonorum lares: totum deniq; corpus imperii impẽ-
denti iam prępripuit ruinæ; quo merito primus omnium ut inquit
Plinius parens patriæ appellatus: ut qui primus in toga triumphũ
linguęq; laureã meruit; facundiæ litterarumq; latinarum eque parẽs
omnium triumphorum lauream adeptus maiorem q̄to plus eſt inge-
nii romani terminos in tantum promouiſſe q̄ imperii: Addidit etiã
Cæſarem dictatorem ipſius quondam Ciceronis hoſtem de eo talia
ſcripſiſſe: ex teſtis inimicitia fidem ſibi ſummens: qui et ipſe quã-
tum militari ualuerit eloquentia nemini mediocriter etiam erudi:
to. ambigendum eſſe cenſeo: quippe qui aut diſertiſſimos dicendi
artifices æquauit aut exeeſſit eloquio: accuſator nanq; dolobelle
pluſq̄ militare ſit munus ſummi oratoris officium impleuit: in qua
quidem accuſatione extorqueri ſibi cauſam optimam L. Cottę pa-
trocinio quęſtus eſt quo uerbo facundię uim expreſſit: ut Valerio
uidetur. Ni mirum uerbum extorquere hanc uim habet: ut reus ille
non ex facili: ſed ex arctiſſimo quidem indiſſolubiliq; laqueo uerbi:
ubi Caeſareo eloquio uictus erat; prereptus uideretur; poſtq̄ accu-
ſationem ut Suetonius inquit: haud dubie principibus patronis ad
numeratus eſt: Enumerare poſſem quibus pręliis eius oratio ita mi
litum animos incenderit ut periculi omnis īmemores; lęti etiam et
exultantes in ferrum ruerent; quas ingentis exercitus ſeditiones
compreſſerit; quot armatorum milia ſolus et inermis oratione terru-
erit uſq; adeo ut ad nutum perorantis inuenti ſint; et qui colla por-
rigerent; et qui ferirent: qui uero gemeret nemo niſi et narratio lō-
gior foret; Nec Auguſtum inter multa animi ingenijq; ſui bona ab-
huius quam modo diximus paternę eloquentię ſtudiis abhorrentem
nouimus; Nam ut de illo ſcriptum eſt: genus eloquendi ſecutus

elegans et temperatum precipuam curam dixit / ensum animi quam aptissime exprimere :et amicos irrisit uerba insolita et obscura captantes:et hostem increpuit ut insanum ea scribentem:quę admirationis plusq̃ intelligentię allatura essent animis audientium : Nec est mihi de eloquentia clarorum ducum scribenti Asinins ipse Pollio silentio obruendus:quem ut appareat suum cuiqs iudicium fore medium inter duos eloquẽtissimos latinorum. M. Tullium et. T. Li. Seneca constituit ita non spernendus auctor. Tres enim uult esse eloquentię principes :quos in epistola quadam uidetur omnibus preferre :secundum faciens Pollionem cuius orationem Ciceronianę dissimilem salebrosam et exiliẽtem dicit:et ubi minime expectes relicturam :Si uero Portii Catonis quispiam quærit eloquentiam ĩ oranda causa oratoriæ artis magnum ea ætate decus illi partum dices quippe qui omnis generis eloquentię eius orationes tam multas pro se pro aliis et in alios egerit :sicqs perorauerit ut non ab re romanus in urbe Demostenes diceretur : Id etiam sibi nactus prę ceteris ut eius propriũ sit quater et quadragies causam dixisse nec quẽq̃ sepius odio et inimicoꝝ simultate petitum : Ac semper inuictum et absolutũ :Cuius eloquentiæ uim atqs naturam quum ipse probe noscet :ac iuuentutem hortaretur ad audacter pugnandum :asserebat uerbo magisq̃ ense et uoce quam manu plerũqs euerti et cõsternari hostes solere :Excellentem et egregiã quoqs. L. Crassi facundiã si aliunde nesciremus hinc liceret intelligere quod in libris de oratore. M. cicero mortem eius magnificentissime deplorans omnes illum semper eloquentia paucis uero ante obitum diebus se se etiam uicisse commemorat Certatim quoqs secum eloquentię studiosis ad eũ locum quem nouissime pedibus ille calcauerat post ipsius mortem rediisse :Captus dulcedine et recordatione sermonis quem ex eo nuper audierat et uelut iterum auditurum :Addit etiam id uni crasso singulariter contigisse ut quotieus peroraret: totiens solito altius ac sine exemplo locutus uideretur :Enimuero quia phama huiusaliquãto apud uulgus ignotior est non alienum existimaui duo etiã M·Tullii dicta subiicere :quibus de hac re pręcũctis fides habenda est: Nanqs apud eum ita scriptum inuenio .Crasso dicente nemo tam arrogans :qui similiter se unq̃ dicturum esse confideret & iterum omnibus auditis oratoribus sine ulla dubitatione sic statuo et iudico neminem omniũ tot et tanta quanta sint ĩ Crasso habuisse

ornamenta dicendi: Idem de. M. Antonio teſtis adeſt: Si quidem cũ quodam in loco de hoc deq; ſuperiore ſimul loquens dixerit; fuiſſe utrunq; tum ſtudio et ingenio et doctrina prẽſtantem omnibus tum in ſuo genere perfectum ut neq; in Antonio deeſſet ornatus orationis neq; in Craſſo redundaret: Alio tamen loco omnium quos ipſe audiſſet eloquentiſſimum ait Antoniũ quaſi de induſtria Dubiũ relinquens: quo tantaq; laudum ſtateram potiſſimum inclinaret: Verũ phama huius uulgatior uidetur: cui multum adiecit nouiſſimus dies: quo migrauit e uita: in illa enim tempeſtate mariana ubi nullus miſericordię portus erat: iuſſi ſcelerum miniſtri Antonium trucidare: ubi domum eius peruenere: Antonium intuentes ac aliũ alius ad cędẽ hortaret̃ prẽmitteretq; Tãta fuit oris illiuſ dulcedo: Sed quędam perſuadendi dea potius: ut loqui quom inciperet: Milites omnes: prẽter unum annium: eius oratione deliniti: Diſtrictos iam et uibrantes gladios incruentos uaginis redderent: ac a ſummo furore protinus ad ſummam miſericordiam conciderent: Huius eſt etiam ille ad perſuadendum eficax actus orationis cuius in oratore ſuo aliiſq; in locis meminit Cicero cum enim M. Acquilium qui conſul fuerat et dux apud ſenatũ et populũ clarus: omni tandem honore ſpoliatum et ad extrema fallacis fortunę prẽcipitatum ſenem in capitali cauſa defenderet in medio orationis ardore et deformem ſqualentemq; reum ſubſtulit: putremq; eius diſcindens tunicam: ac generoſi quaſdam tunc miſerandi pectoris cicatrices iudicibus oſtentans ſimulq; ad. C. Marium; qui inter aſtantes erat uerſus et ut collegę dudum miſereretur multis cum lachrymis oſtẽtans miſericordiam omnium concitauit. Vtq; ad exteros prolabatur oratio: quibus carere in hoc quidem ſermonis genere non poſſumus Occurrit nũc qui primas militaris huius eloquentię partes ſibi uẽdicat Piſiſtratus. quem rara quadam eloquentia florentem athenięſibus imperitaſſe patientibus atq; ultro ei deferentibus imperiũ cõſtat: quod ne magis obliuione q̃ iudicio factũ exiſtimetur: ex eo conici poteſt: maxime quom Solon orientem Piſiſtrati tyrãnidẽ multo ante proſpiciens: euocata contione profectus in publicũ lorica armatus et clypeo inſidiaſet improboſ conatuſ eiuſ operuiſſet: neq; ſolum orientem: uerum quom relicta patria depoſitis ante curiam armis in ęgyptum indignabundus nauigaſſet: atq; inde cyprum profectus poſt ad Chreſum peruenięs: atq; ide in ciliciã Piſiſtratũ

in tyrānide perſeuerantem didiciſſet;eos rurſus per ępiſtolam ſic monuit:Si quidem per ueſtram uecordiam dira toleratis nihil in hac parte diis acceptū referatis ipſi enim uobis horum cauſa eſtis;qui pignora:ut duram ſeruitutem pateremini dediſtis :ueſtrum uero unuſquiſq; uulpis ueſtigiis incedit;omnibus autem leuis et ſtolida mens eſt:quippe uiri linguam ſermonemq; uarium et plenum aſtu et fallatia attēditis:rerum exitum cōſiderare neſcitis :Huius quoq; tyrānidis et eloqueutię ſucceſſor Pericles dicendo tam ſimilis fuit; ut qui hunc audirent:illum ſe audire arbitrarentur.ſi modo unq; eū audire contigiſſet:hoc tamen iſte præſtantior q alter eloquentiam armis adiuuerat:huic eloquentia ſola ſatis fuit ad imperiū:quod et diuturnum geſſit et magnificum:Quadraginta enim annos rem pu. tenuit;eodemq; tempore et urbanis rebus præfuit:et bellicis inermis ipſe:Sed tam armata fultus eloquentia dictu mirabile ut quom aduerſus omnium ſalutem diceret;cum uoluptate ſumma omniū audiret:Quid Alcibiades Clinię filius Athenienſiū et ipſe imperator ſummus;mari ac terra;non ne tāta eloquētia pręſtitiſſe;ad tantāq; rei militaris gloriā peruenisſe peribetur;ut utraq; in illo duce laus de excellētia certare uideatur :qui quoad reliquos attinet;tantū dicēdo ualuiſſe:ut nemo ei dicēdo poſſet reſiſtere;hanc itidem oris orationiſq; uim atq; potentiam apud Homericum Neſtorem:ueluti quodam ingenti ſpeculo clarius licet īſpicere:nam quom duo totius exercitus collumina diſſident Agamenon regno pollēs:et Achilles potens bello deſideratur:uir cuius ore melle dulcior proflueret oratio:et peritia multa memoratus qui Atride ſuperbiam ſedet;Pellide ferociam compeſcat;atq; eos auctoritate auertat:exemplis moneat oratione permulceat:ſimiliter apud eūdem poetā quom in cōcilio grecorum Agamennon ſopitis ſomno membris:quod de inſtruēdo prælio uiderat efferret in medium Neſtor fidem relatiſ conciliās exercitui non minus eloquentia q̄ reliqua omniſ multitudo ferro et uiribus fuit adiumento:Eadem ratione dux ille inclytus grecię non tantum;immo nunq̄;ſi Ciceroni credimus optabat:ut Aiacis ſimiles haberet milites;ſed ut ſapientes ſimiles Neſtoris;Quid ſi ſibi concederetur non dubitat quin:breui tempore troia foret peritura; Ad hęc etiam accedit ſocraticus ille Xenophon:qui optimum dicebat uel tribunos;uel equitum prefectos eloquentia pręſtantes parare;uel oratores idoneos ī cōtionibus caſtrēſibus adhibere;q equtibus

peditibusq; ui orationis et cōpra terrorem īcutiant metu quom meliores fiant :Sedent etiam et ad tranquiliorem partem traducāt Si quando temere concitati fuerint;Nec aliam ob rem deniq; Pyrrhus ille sapientissimus rex et imperator dicere solitus est:Plures a Cynnea uerbisq̄ ab se armis urbes esse partas;nisi ꝙ omnia Euripidis sētētia cōficit oratio:quæ haud hostile ferrū cōficere potest

VMQ finitimi sint oratoribus poetæ :regesq; superiori tempore et inclyti duces quom bellum inituri essent sacrā musis de more :ante persoluerent;ut pote quæ disciplinæ: iudiciorūq; meminissent quo et faciles;ac prompte periculis adessent :et facinora prēliantium memoratu digna redderent̄ :eos audiendos: legendosq; quom inhereant penitus.mentibus esse opere Precium arbitramur;maxime quom magnā speciem doctrinæ atq; sapientię prę se ferant:Cęterum hi quom multiformes uariiq; sint;ut Tragici:Comici:Epici:Melici et Iambici;ac ditirambici;apudq; alios poetarum alii censoria notatione digni: alii habeantur in precio:ut facile secerni possit ex his qui lectione nostra digni;quiue exigēdi sint diuisionis gradibusexplicādū est;Poetę itaq; omnes aut tantum conciliandę auribus uoluptatis;aut orationis quoq; ad meliores uitę uias gratia fabulas finxere:Auditum inprimis mulcent;ueluti Senici;de quibus nihil est aliud quod dixerim in prę sētia q̄ quod romani ueteres apudquos nunq̄ Tragoedię siue comoedię probare sua i scenis ac theatris flagitia potuisset;nisi cōsuetudo uitę pateretur;a rebus diuinis liberi patris: Apolliniq; sūpto principio: ab hisenim tragoedia et comoedia sumpserunt exordium dictaq; tragoedia proinde eodem nomine quo sacer himnus liberi patris cum himnus ille fortia facta et laudes liberi patris concinebat;ita et hęc tragoedia non nisi magnorum et fortiū uirorū uitia reprehēdebat;uel ex uocis uastitate nominata quæ concauis repercussionibus roborata talem sonum uidetur efficere ut pene ab homine non uideatur exire;errigitur autem in hyrcinos pedes:quia si quis inter pastores tali uoce placuisset capri munere donabat̄ :uel ꝙ hyrco ornabatur inter alia prēmia eius carminis scriptor:uel quia corium hyrci plenum musto solenne premium cātoribus erat:uel

ꝙ ora ſua fecibus perliniebant. Scenici ante uſum perſonarum ab heſchilo repertū fex enim grece dicit. Et his quidem cauſis tragoediæ nomen inuentum: Simili modo quom poſt longo tempore Apollini nomio uel Ariſteo ideſt paſtorum uicinorumue preſidi deo ſacra et ludi inuenti celebrarentur circum atticę pagos et uicos et uillas et compita ubi ruſtici geſtientes humanos actus letiſſimis carminibus irridebant ſacer himnus apollinis cantus eſſet qui comoedia dicebatur: ut opinor: a pagis et cantilena compoſito nomine uel a greco quod eſt commenſatum ire cantantes conſuetū eſt ibi quoꝙ ſicut in ſacris liberi reprehenſoria carmina recitari: Sed quæ non reprehenderent niſi uitia agricolarum et medicorum hominum quorum erat ille conuentus maxime apud grecos etiam primum fuit lege conceſſum: ut quod uellet tragoedia ſiue comoedia quodam quaſi ludo ſalſa et faceta reprehenſione compoſita et dignitate orationis et utilitate corrigendorum morum nominatim de quo uellet diceret: quod ſuis temporibus profuit multum: quom unuſquiſꝙ caueret culpam ne publico ſpectaculo derideretur: Poſtea uero q̄ uictor populus et prius athenienſis poſtmodum italicus coepit agros et urbeſ extendere et multitudine ciuium creuere factioneſ et uitia tantoꝙ poetę pro materia uitiorum acrius reprehē derent ut etiam ad nobiles uſꝙ conſcenderent: nec ſolum homines improbos in repu. et ſeditioſos: Ceterum nonnullos uirtute ac magiſtratuum dignitate preſtantes nulla laceſſiti iniuria. ut Neuius ſępenumero in metellos laceſſerent atꝙ uexarent: Nobilitas indignata legem dedit nequis nominatim reprehenderet quenq̄. Horatius luſit amabiliter donec tam ſęuus apertam ī rabiem uerti coepit iocus ac per honeſtas ire domos īpune minax. Doluere cruente dente laceſſiti fuit intactis quoꝙ cura condictione ſuper communi quin etiā lex poenaꝙ data malo quę nollet carmine quēq̄ deſcribi Hac lege ſiue poena quom aliquanto tēpore ſiluiſſent a conſuetudine priſca deterriti nihilꝙ dictarent rurſus aliud genus dictaminis adorti ſunt: ibi enim ſatyra ſumpſit exordium quæ a ſatyris quos in iocis ſemper petulantes deos ſcimus eſſe uocitata eſt qui aliunde nomen praue putant. Hæc igitur ſatyra eiuſmodi fuit ut in ea quis duro ueluti et agreſti loco de uitiis ciuium tamen ſine ullo proprii nominis titulo carmen eſſet quod item genus comoedię multis obfuit poetis: quom ī ſuſpicionē potētibus ciuibus

uenissent:illorum facta descripsisse, in peius ac deformasse stilo carminis.Hoc igitur malo coacti sunt ōmittere satyram et aliud genus carminis;hoc est nouam comoediam inuenire quod grẽci quanq̄ impudentius tamen conuenientius licere uoluerunt;cum uiderent suis diis acceptaet grata esse opprobria non tantum homi num uerum etiam ipsorum deorum inscenicis fabulis siue a poetis essent illa confecta siue flagicia eorum uera commemorarenturet agerentur in theatris atq; ab eorum cultoribus uti nam solo risu ac non etiam imitatione digna uiderentur quale est illud apud terẽ-tium;Dum flagicio iouis optimi maximi aduleſcentum nequitiã incitaret.Quid enim ingenui iuuenes aut uirgines ipse facient: quom hęc et fieri sine ruboꝛe et spectari ab hominibus libẽter cer-nent;non ne admouebuntur quid facere possint et inflammabuntur libidine quę uisu maxime concitatur;At Romani q̄uis noxia iam suspitione præmerentur ut illos deos colerent quos uidebant sibi uoluisse scenicas turpitudines cōsecrari.suę tamen dignitatis mo-res ac pudoris actores talium fabularꝝ haud quaq̄ honorauere mo-re grẽcorum Sed artem ludricam scenamq; totam in probro duxere genus id hominum non modo honore ciuium reliquorum carere;sed etiam tribu immoueri notatione censoria uoluerunt.Nam quanq̄ ibi actus musici et prudentissimi seculi dicta floruerint ætas tamen subsequens miscens ludrica priscoꝝ inuẽta traxit ad uitia et quod honeste causa delectationis repertum erat: ad uoluptates corporeas precipitatis mentibus impulerunt;quo factum est.ut paulatim ho-nestissimæ disciplinę improborum consortia fugientes uerecunda se exinde considerationa subtraherent.et cōsulte id quidẽ.Quid enim aliud q̄ libidines edocent et instigant histrionum impuden-tissimi motus quorum eneruata corpora et in mulierum incessum habitumq; molita impudicas foeminas immodestis gestibus men-tiuntur :Quid de minimis dixerim: corruptellaꝝ impudentięq; oĩs disciplinam humanarum rerum imitatione prẽferentibus qui docẽt adulteri adum fingũt ;et simulatis stupris erudiũt aduera;q; sinul-lus scęnicis ad honores dabatur locus cōsentaneum uidetur;ut ipi poetæ talium fabularum compositores:qui duodecim etiam tabu-larũ lege prohibentur phamam ledere ciuium non minus q̄ scenici actores habeãtur electi:Plato etiã quom recte formaret qualis esse ciuitas deberet quam finxit q̄q; optimis moribus et optimo reipu.

ſtatu tanq̃ aduerſarios poetas omnes:Homerum tamen excipiens
quem honorabiliter admouet.fanum ei conſtituens et unguenta
ſuperfundens:urbe pellendos cenſuit ne rectam opinionem de deo
fabulis forte deſtruerent:deorum iniurias indigne ferens animoſq;
ciuium talium lectione fucari corrumpiq;.Huic illud quoq; apud la
cedęmonios perſimile probatur qui. Archilochi poetæ libros e ciui-
tate ſua aſportari iuſſere :quod eorum parum uerecundam parum
continentem ac pudicam lectionem nō uirtutum ſemina ſed labem
quandam potius et iuuentutis corruptellam uiamq; ad obſcena ſin-
gula perſtruentem arbitrarentur:His proximi ſunt qui auditum
etiam mulcent Sed illecebris ac fedis amoribuſ referti laſciuiæ
omnis et intemperantię legem pręferentes:quales Marſum pedonē
ædiuium zetulicium portium Theium lacedemonium: Memimium
Titydem:Cynnam:Cornificium:Anſerem:Hortenſium:Seruium
Gallum:Catullum Caluum :propertium:Tibullum :Apiciū; Mu-
lierem lęſbiam:Naſonemq; poſtremo omnium laſciuiſſimum; Siue
M.Valerium Marcialem:et quicquid melicorum:ſiue lyricorū ſiue
ditirambicorum erit huiuſmodi:quod dictū Licētius ac procatius
uideatur:quom horum omnium libri:potius ueneris militiam q̃
Martis ſtudium et inſtituta perſtruere uideantur:Molliunt enim
fortiſſimoꝝ hominum animos dulcedine ſua:et ita molliunt:ut non
legantur modo ſed ediſcantur :Sicq; ad malam rei domeſtiecę diſci
plinam uitamq; omnē quum acceſſerint neruos uirtutis omnis eli-
dunt:Sunt epici alii qui ſumma ui eloquentiæ :carminiſq; p̄cellē-
tia:per turpia licet et indigna non nunquam effluant;per plurima
tamen ac maxima per clariſſimos duces:bella memoratu digna ſub
honeſtis rerum figmentis ac uellaminibus aduarium:optimumq; de-
niq; uite genus propius uidentur accedere:Hi ſunt qui ſupplicīis:
et poenis improbos homines uariis terrent agitantq; terroribus;eos
qui econtra iuſti probiq; fuerint:Et ob patriam pugnādo uulnera
paſſi:Quiq; ſacerdotes caſti dum uita manebat: Quiq; pii uates &
phoebo digna locuti inuentas:aut qui uitam excoluere per artes
Quiq; ſui memores alios fecere merendo puros:impatibiles & bea-
tos incęlum prouehi uirtutū meritis;uel in campos quoſdā fortuna-
tos rapi hi ubi mira uoluptate fruantur:Hoc in genere quum multi
nobis occurrant poetæ omniū clariſſimi. Homerus & Maro primi
ſe ingerunt: Apud illum nāq; operep̄cium eſt uidere quę prouiſio

ducum in bello:qui aut aſtuſ aut fortitudo militum:quod inſidia-
rum genus uel cauendum uel inferendum que deinde monitio;quod
conſilium:quod genus æneas prelio troianoꝝ dux græcos magna
ui pulſos in caſtra redegerat;quomq; audatius ſurgeret:ac iam to-
tum agmen obiiceret caſtris:aduolat ad eum hector et ſenſim circũ
ſpectęq; agere monet;affirmans eum qui exercitum ductitet non
tam audacem q̄ cautum eſſe debere.quod quanti exiſtimandum eſt
præſertim ab hectore audaciſſimo traditum tu te Sigiſmunde te-
cum uerſa atq; peruolue:apud eundem quoq; poetam iris ſiue ſom-
nus ut alii interpetrantur:non ne ad atridem miſſuſ quom dormi-
entem comperiſſet corripit eum uerbis negatq; dormiendum eſſe;
cui tot populorum:tot gentium ſalus commiſſa eſt:ac tantarum de
niq; rerum incũbit prouiſio.Poſtremo quom rebus dubiis et affli-
ctis ſpectatores deligendi ſunt qui noctis intempeſtę ſilentio ca-
ſtra hoſtiũ penetrent.Nonne Vlyſſes inibi cum Diomede deligũ-
tur;ueluti conſiliũ et auxiliũ ueluti mens et manus animus quoq;
et gladius;Quiſquis igitur contionator aut imperator ſummus effici
uoluerit:Achillis aut Agamemnonis ſe ſimilem fieri cupit;iſ ſe in
huius poetę diſciplinam tradat:libruq; de manibus nunq̄ deponat
quod ab Alexandro ſicut ex ipſius percipi poteſt epiſtolis factum
fuiſſe proditum eſt:is enim rex diſcendi legendiq; auidus Illiadem
quam rei militaris uiaticum exiſtimare ſolebat et appellare Ariſto
tele exponente prędidicit eam ſemper una cum pugione ſub:pul
uino iacentem tenere ſolitus;qui itidem quanti eundem poetam fa-
cere uiſus ſit:ex hoc maxime liquet:Hic enim quom inter ſpolia
darii regis deuicti unguentorum ſcrinium reperiſſet auro gẽmisq;
expolitum ac eius ſcrinii uarios uſus amici oſtentarent:immo ĩquit
librorum homeri cuſtodię detur;ut præcioſiſſimum humani animi
opus q̄ maxime diuiti opere conſeruetur:Apud hunc uero huius
quem modo diximus homeri in omnibus fere emulum Maronem de-
eſſe quid poteſt cuius poeſim ne dum uiaticum: Cæterum totius
pene rei militaris eſſe diſciplinam non dubium eſt in belli tempo-
ra pacisq; diuiſam:Quod et ſi ſatis diuini operis eius conſtet initio
apud eos tamen qui mentem eius enucleatius Perſcrutantur po-
tiſſimum eſt intueri.Nam ſi militaris iuſticię formam et tremen-
dum conſulis imperium ab eo queris:Occurrit tibi illico inprimis
Brutus:deĩde Torquatus rigidis faſcibus;immo ſeeuis ſecuribus

in filios patriam:et rei bellicę diſciplinam accerrime uindicantes
Si fortitudinẽ :aderitHoratius Cocles;qui pro põte Sulpitio ſtãs
minitantem porſennam exercitumq; eius qui grauiſſimo bello ro-
manos urgebat auſus eſt et potuit dum pro ſalute patrię dimicat
donec pons ipſe ſolueretur a tergo in arcendo hoſte ſuſtinere.Si lu
endis periculis publicis priuata piacula Decii pręſto ſunt ut illis
cadentibus:et iram deorum ſanguine ſuo placantibus romanus li
beraretur exercitus:Prętereo Camilli uictoriã de gallis;Coſſi cla-
riſſime res geſtas;Fabricii et Curii uictus tenuitatem eorumq; du
riciam et continentiam;Fabii moram et plurima huiuſmodi in bello
et pace non minus egregia mentem ſubeuntia:quę omnia poetam
nobilem minime latuere dicentem Interea muſis animus dum mol-
lior ętas et quę mox in itinere legas:Nec deſinat unq̃ tecum graia
loqui:tecum romana uetuſtas Antiquos euolue duces aſueſce futu
ræ militię Latium retro te confer in ęuum.libertas quęſita placet;
mirabere Brutum Perfidiam damnãs:metii ſatiabere poenis Triſte
rigor nimius torquati reſpice mores:Mors impenſa bonum:deti-
os uenerare ruentes:Vel ſolus quid fortis agat te ponte ſoluto Op-
poſitus cocles Mutii te flamma docebit Quid mora proſpiciat fabi-
us Quid rebus in arctis dux gerat oſtendet gallorum ſtrage Ca
millus:Diſcitur his nullos meritis obſiſtere caſus:Prorogat ęternã
feritas tibi punica phamam regulę ſucceſſus ſuperent aduerſa cato-
nis :Diſcitur hinc quantum paupertas ſobria poſſit: Pauper erat
curius regem quom uinceret auro:Pauper fabricius Pyrrhi quom
ſperneret aurum Sordida Seranus flexit dictator aratra:Luſtrate
littore cęſæ faſceſq; ſalignis poſtibus affixi collectę conſule meſſes
et ſulcata diu trabeato rura colono.Prętereiens itaq; reliquos ex no-
ſtris exterorum non nullos Thirtheumq; lacedęmonio q poetam ac
ducem dicam inprimis Cuius compoſito carmine et pro contione
habito: tanta ui animorum deuictis Meſſanis deniq; concurſũ eſt
ut raro unq̃ eruentius prelium exarſerit tam et ſi antea conflicti-
bus lacedęmonii a Meſſanis fuſi metuq; periculi propterea territi
certamine deſiſtendum arbitrarentur Tuchydidem prętereа non
ne quem imperatorem Athenienſes in exilium egere Tragoediarum
conditorem reuocauere Athenienſes deinde maxima bellorum tẽ-
peſtate permoti: duos duces non abre delegere periclẽ ſpectate
uirtutis uirum:et ſophoclem tragoediarum ſcriptorẽ: Qui diuiſo

exercitu & ſpartanoꝝ fines late populati ſunt;et multas aſiæ ciui-
tates atheniẽſium imperio adiecerunt: Quid diopitem et Meneſche-
um: Leoſchenem:et Charedem ſubticeo:nonne his artibus et rei
bellicę peritia amplitudinem adeptos ſcimus:Rempu. periclis ari-
ſtidis et ſolonis more gerendo:utpote omni ex parte abſolutam et
utrinque exculptam et idoneam: Quiſq; enim horum uirorum ui-
debatur :ut ĩquit archiloquus:et Mauorte deo gratiſq; elycone ca-
menis:Aſſiduus cultor munus utrunq; tenens. Apud agreſtiores
deniq; barbaros et nationes nonnullas:ut apud Gallatas tanti ſunt
poetę tanq; ſapientię cedit ira:Marſq; reueretur muſas:ut quom
ĩſtructa acie exercitus eductiſ enſibus:iactiſq; iaculis; propinquãt
non ſolum amici uerum hoſtes quoq; eorum interuentu a pugna cõ-
quieſcant.

ISCIPLINA autem cãtuũ et modorum quam mu-
ſicen dicunt non minus in ſtudio erat q̃ dicendi emulatio ac
nitor:Ipſa nanq; modulis ſuis et numeris inſtitutio erat ad inge-
nuos animi mores ratione moderandos:et ſtimulus quidam ad eũ
concitandum:et ad impetum quaſi furentem atq; ſtrenuum indu-
cendum et enim quom hęc ipſa diſciplina ſit in modos ſiue tonos;
numerosq; diſtributa repente ut diſſimilium concordia:quam armo
niã uocant diſtinguitur. Sic audientium animi diſponuntur ad
unũquẽq; ipſorum ad alios quidem compoſite et me diocriter:ut ad
doricum quem fatentur omnes conſtantem ac firmum eſſe moremq;
continere uirilem prudentię ac caſtitatis auctorem ad alios uolen-
ter ut ad eum qui phrigius eſt:qui et ita excitat diſtrahit rapitq;
animum ad pugnas;uotumq; furoris inflammant;ut uix apud ſeſe
uideatur quem ad modum de pythagora ſcriptum eſt:qui uinolen-
tos ac debachantes adoleſcentes ſub huiuſmodi ſono incitatos ſpõ-
deo ſuccinente ad compoſitę mentis tranquilitatem reddiderit:nã
quom mulieris cuiuspiam dilectę domum uellent amburere foreſq;
perfringere ubi pythagoras intellexit: tibiarum phrigiiq; modi
ſono adoleſcentes raptos furere et multorum perſuaſionibus coeptis
nolle deſiſtere mutari modum pręcepit:atq; ita tarditate modorum
furẽtem illorum petulantiã conſedaſſe:Simili modo de thimotheo
mileſio inuulgatum eſt:qui quom in Alexandri conuiuio eſſet et

hunc quem phrygium diximus modularetur usq; adeo regem excitasse fertur ut ad arma capienda prosiliret atq; iterum ad cõmensatores epulasq; reduxisse modulatione mutata;eundem etiam ferunt Alexandrum xenophonte canente manum ad arma misisse.Sunt et modi alii diuersorum etiam Idiomatum uocabulo dessignati ut eolius qui animi tempestates sedat sonumq; tam placatis attribuit; Iascius qui intellectum obtusis acuit et terreno desiderio grauatis celestium bonorum appetentia operator indulget;lydius qui contra nimias animę curas tediaq; repertus remissione reparat et oblectatione corroborat Itidem enim et innumeris dicendum;quõ et alii morem contineant grauius;alii uero concitent;alii liberaliores alii uiolentiores afferant motus;quo fit ut morum animorumq; maxime mutationes fiant;Nam si numeri modiq; ad mentem usq; peruenerint ęque animum atq; ipsi sunt afficiant necesse est;Ideo lasciuia mollis dissolutaq; mens mollibus et impudicis modis delectatur asperior rursus durioribus gaudet mediocribus autem quę mansueta;ex quo interuosci potest quanta sit nobis cognatio cum armonicis modulationibus;quom et multi quoq; sapientum dixerĩt alii quidem animam esse armoniam;alii ut plato mundi animã musica conuenientia fuisse cõpactam;Proinde nullis quidẽ qui sapiẽtiam profitentur;Curam musicę quantum ętas illa recipiebat defuisse;quom pythagoras eius inuentor atq; eum secuti aliquot prę cipui philosophi imbibitam et assumptam a ueteribus opinionem cuncta compleuerint;mundum hunc quatuor elementis ea resonãtia esse confectum;quam postea sit lyra ad similitudinem.uerę testudinis imitata;cuius Mercurium quoq; neruis triũ cordarum trium anni temporum instar repertorem tradunt;tres enim instituit uoces acutam;Grauem;et mediam;accutam ab ęstate;ab hyeme grauem; a uere autumnoq; mediam tantaq; proinde utilissima procurantem Astronomi inter stellas requirendam esse Putauerunt; persuadẽtes cęlestem esse musicam;quando lyrę formam comprehendere potuerunt inter sydera collocatam.Detractoribus autem et humile et abiectum huius disciplinę exercitium esse dicentibns;quod aiunt sordidos homines ac uiles musicam exercere haud quaq̃ difficile est respondere.Si spectetur quibus modis et instrumentis et quousq; illi indulgendum ab his qui ad uirtutem ciuilem eruduntur;Quom usq; ad aliquid discere et exercere honestum sit atq; modestum ad

extremum uſq; proſequi et ab illius illecebris capi turpe atq; inde-
corum:et quom nihil uetet modos quoſdam et inſtrumenta muſicę
illud quod aiunt efficere:Clarum eſt oportere diſciplinā eius neq;
impedimento eſſe cęteris operationibus neq; corpus molle et ĩutile
reddere ad bellicas ciuileſq; exercitationes;quod utiq; fiet ſi neq;
illis temporibus multum ĩpartiemur:quę ad certamen artificii per-
tinent neq; circa admirabilia quędam et ſuperuacanea:Sed:eo uſq;
ut gaudere ualeamus probabilibus modis et nō cōmuni ſeſu muſicę
ſolum ut turba uilium ſeruorum ac puerorum Quom autem ſonoꝝ
qui materies cantilenarum eſt;triformem cōſtet eſſe naturam;quod
trium muſarum numerus efficit:quom aut ſcilicet uoce editur;ſi-
cuti eorum eſt qui faucibus canunt:aut ſpiritus:ſicut tubarum &
tibiarum:aut intenſione et pulſu:ſicuti in neruis et citaris et timpa
nis et quibuſdam aliis quę concaua feriendo canora ſunt:Ex his
qui fit uoce modus q̄ decens ſit q̄q; ingenuis progredi in ea liceat
ex philippi et Catonis ſententia intueri licet:Hic enim quia ſibi ui-
ſum eſt benecantare non ſerii hominis eſſe nimirum.M.Senatorem
non ignobilem ſpatiatorem et feſcemium uocat:ille uero in inſtitu-
tione ad filiū;quom eum accepiſſet ſuauiter quodā in loco ceciniſſe
urbane eſt obiurgatus. Non te pudet ĩquiens q; ita pulchre canere
ſcias;ſatis eſt enim regi canentibus audiendi ocio ſupereſſe at per-
multum quidem uidetur impartiri muſis.Si cęteris his de rebus cō-
certantibus ſpectatorem ipſe tantum ſe prębeat:Quom nec ullus
unq̄ ingenuus adoleſcens quom ipſe Iouem ſit intuitus:phidiam
ſe fieri concupiuerit neq; polycletum:et ſi uehementer eoꝝ ope-
ra ſit admiratus.Et quanq̄ hoc ardens muſicæ ſtudium:non horū
quos modo diximus duorum principum mentes inceſſerit;inuaſit
tamen et occupauit aliquorum animos peſſimorum:Caii maxime
qui adeo cantandi uoluptate efferebatur:ut ne publicis quidem
ſpectaculis temperaret.L.Sylla uir tanti nominis optime etiam cā-
taſſe dicitur;Nero quam uocis curam habuerit conſeruandæ uel au
gendæ;nemini quidem mediocriter erudito in dubium uenit:neq;
ab his id iniuria factum quiſpiam forte dixerit.Eſt enim haud du-
bie muſicę pars hęc potens multum:et effectus eius ſupra fidem
uarii:quom multos ad lęticiam inanem;ad amatoria carmina;ad re-
liquas uoluptatis illecebras:multos ad uirtutem;ſanctum et deuotū
gaudiū:piaſq; nōnunq̄ lachrymas moueat;quę uarietas ĩ diuerſas

ſententias magna etiam ſanctorum patrum traxit ingenia. Nempe Hieronymus canendi ſtudium improbaſſe uiſus eſt cum inquit deo non uoce ſed corde cantatur nec in tragoediarum modum guttur et fauces medicamine leniendę ſunt: ut in eccleſia theatrales modi audiantur: Vnde fit plerunq; teſte Gregorio ut in ſacro miniſterio dum blanda uox quęritur congrua uita negligatur: et cantor miniſter deum moribus ſtimulet: quom populū uocibus oblectat. Ambroſius pietatis appetens ut caneretur inſtituit: Athanaſius uanitatis fugitans canendi uſum in eccleſiis eum approbat: qui tam exiguo uoces flexu fit ut pronuntianti uicinior ſit: ne uoluptatis aut uanitatis aut laſciuientis et proſtitutę uocis luxu affectuq; ſtupentes emoliantur animulę. Auguſtinus difficile hinc inde ſibi negotiū dubietate exortum intuens; ita fluctuo inquit inter periculum uoluptatis: et experimentum ſalubritatiſ: magiſq; adducor non quidē irretractabilem ſententiam proferens: Cantandi dico conſuetudinē approbare in eccleſia: ut per oblectamenta aurium īfirmior animus in affectu pietatis aſſurgat: tamen cum mihi accidit ut me amplius cantus q̄ res quę cantatur moueat poenaliter me peccare confiteor: et tunc mallem non audire cantantem: quanq̄ alio in loco aperte denuntiet uos non propter ſuperſtitionem profanorum debere muſicam fugere ſi quid inde utile ad intelligendas ſacras ſcripturas capere potuerimus nec ad eorum theatricas nugas conuerti ſi aliquid de cytharis: et de organis q̄ ad ſpiritualia capienda ualeat diſputemus: Neq; enim et litteras diſcere non debemus: quia earum deū dicunt eſſe mercurium aut quia uirtuti iuſtitię templa dedicarunt et quę corde geſtanda ſunt in lapidibus adorare maluerunt: propterea nobis iuſticię uittus fugienda eſt Qui uero ex ſpiritu et ore fit modus non aliter improbandus nobis erit: ac de Minerua et Alcybiade rationabiliter teſtantur antiqui: aiunt enim illam tibiarum repertricem: eas abieciſſe ob deformitatem oris infenſam: huic uero ab auunculo pericle tibiarū ſtudio tradito ſimiliter obtigiſſe qui quom ab inſigni tibicine ad id ipſum accito: oblatas tibias ori applicuiſſet et collecto ſpiritu genas īflaſſet: animaduerſa uultus deformitate erubuit: et abiectas tibias aſpernatus fregit meruitq; tenera licet ętate exemplo eſſe: ut totius populi conſenſu ex tunc athenis tibiarum uſus: qui poſt uictoriam contra Medos aſſumptus et receptus adeo fuerat: ut ingenui omnes adiſcerent: īprobaretur


Nec athenienſium modo nec ueteris illius celebratiſſime quondam græcię quę poſt tellus itala dicta eſt uirorum illuſtrium ſolum ſed maiorum quoq; noſtrorum multarumq; aliarū nationum et populorum fides et tibias ſolennibus ępulis: choris et cōtionibus adhibere ueteris inſtituti fuiſſe comperio quom illorum laudes: qui fortiter pro patria occubuiſſēt & eorū uituperationes: qui metu id agere detractaſſent: cantu et tibiis proſequerentur: quippe quę etiam ludiseſſent pariter cōmunes et luctibus: Ouidius; Temporibus ueterum tibicinis uſus auorum Magnus et in magno ſemper honore fuit. Cantabat phanis: cantabat tibia ludis. Cantabat moeſtis tibia funeribus: Et quāq; ab ingenuis et grauibus illis ad meribibulos quoſdam heluones leuiſſimos et ſordiſſimos eſt eiuſmodi tibiarum ſtudium: ut antea forte prolapſum apud multas tamen nationes et bellicoſiſſimos populos in conſerendis bellis: ueluti diſciplinam quandam militarem fuiſſe multorum conſtat exemplis: Spartiatarū enim militia īprimis ad modum ad tibiam proficiſcebatur: nec adhibebatur ulla ſine modulo anapeſti pedis cohortatio: Itaq; illorum aſpectus pulcher erat: et formidabilis quiet numeriſ ad tibiam incederent: neq; phalangis ordinem miſcerent: neq; animis turbarent Sed manſuete et hilariter a modulo ī diſcrimen inducerentur: quom certum uideatur neq; metum neq; furorē nimium in illis oriri poſſe qui ita ſe habuerint: ſed firmam potius et conſtantem animi magnitudinem ſpei audientięq; admixtam: Nec aliter lydos alyacte etiam rege ſuo bellum Milleſiis inferente inire prelia ſolitos accepimuſ: quom non ſolum interpugnantis exercitus aciei tibicines habuerit: Sed fiſtulatores et fidicines quod crethenſes itidem non tibia: Sed Cythara quaſi magiſtra ac duce ſīgulos eorū bellicos actus regēte non ab re feciſſe memorantur: Nam ueluti laconicus ille poeta inquit: Serpit et in ferrum Cytharę ſonus ipſe canorę. Et quid aliud ī noſtris legioībus litui ſiue cornua tubę claſſica buccinæ ſiue tympana ſibi uolunt: q̄ ut et etiam in bello progreſſioni et item receptui cantentur: aut nimis remiſſos excitando: aut plus iuſto concitatos reuocando quod poetarum maximum minime fugit dicentem: Aere ciere uiros martemq; accendere cantu: Nec cantu ſolū accēdi remittiq; uirorum animos conſtat: uerum equorum quibus docilitas tanta eſt: ut uniuerſus ſibaritani exercitus equitatus ad ſimphonię cantum ſaltatione quadam moueri et excitari ſolitus in

ueniatur. Cęterum Sigiſmunde Pandulphe qui ex pulſu et fidium intenſione fit modus quo pacto in eo quiſq; agat; plurimum refert Nam ſi uti tu tecū aliquando ſoles ſapientiſſime princeps; poſt magnas curas difficiles et illuſtres bellorum occupationes relaxandi ac reparandi animi gratia uel amicorum uel propter uirtutem quis agat; non illiberaliter ſed modeſte ab his aliquid uoluptatis aſſū met; nec abſurde hanc muſice partem bellice fortitudini coniunxiſſe te quiſpiam admiretur; Mercurium maxime imitantem qui paleſtram docuit et lyram primus īuenit; qui uero ad ipſū ptopter alios ut audientes oblectet ſępe uti uidebitur turpiter ac indecore agere; quom finis cuius fit gratia improbus ſit; et merito improbandus uſus; nec aliter q̄ quomodo multa inſtrumentorum antiquorum improbata ſunt; ueluti pentades et barbiti et quę ad uoluptatem audientium intendebant ut epthagona et cuncta quę indigent perita manuum geſticulatione; Itaq; profitendum puto non hanc quæ iſtis īſtrumentis conſūmitur omni dedita opera pręcipi; et quę in theatris olim et in ſcenis efeminata et impudicis modis infracta non ex parte minima queue nec fera nec uaria ſit; Sed ſimplex morata prudens; maſcula atq; modeſta et qua laudes fortium canebant quaſq; ipſi canebāt; cuiuſq; qui tūc fuiſſet ignarus quiſq; ille eſſet habebatur indoctior; Quod themiſtocli attico gręcorum īperatori clariſſimo eo quod lyram interepulandum recuſaſſet accidiſſe. Citeſtis eſt; Epaminundam uero thebanum hanc fortaſſis infamiam declinantem pręclare fidibus concinnētem accepimus. et Achillem Homerus inducit a pugna redeuntem in hac re acquieſcere ſolitū non amatoria quidem Sed uirorum fortium geſta modulantē. Ouidius hunc non modo; Sed Alcydem fidibus doctum muſiciſq; inſtitutū diſciplinis his uerbis expreſſit; Ille manus olim miſſurus hectora lęto Creditur et lyricis detinuiſſe modis; Venerat Alcydes exhauſta parte laborū; Iuſſaq; reſtabant ultima pene uiro; Nero uero quātum ſtudio cytharę deditus fuerit incredibile dictum eſt Cum neq; quicq̄ ommitteret eorū quę eius generis artifices et īduſtria factitare ſolent; Id uero eiuſdem ſtultum penituſq; ridiculum quod nocte illa quę ſibi uitæ fuit ultima; in terris inter quęrellas quas uicina mors et preſens metus dolorq; dictabant; crebrius atq; miſerabilius non q̄ tantus princeps; Cęterum q̄ tantus muſicus deperiret defleuit īfoelix; Multa pręterea poſſēt Adriani Alexādri

seueriet aliorum maiorum exempla in medium proferri: Sed ue reor ne si fuero in talium enumeratione diutius īmoratus: aut oblitus esse propositi uidear aut crimen loquacitatis incurram.

ICNVM et consentaneum propterea uisum est eas disciplinas attingere quę Geometricis numeros rationibus et multiplicationes habent notas: Magnum nanq; adiumētum afferunt ad eorum quę supra nos sunt uim naturamq; explicādam maximum ad ea quę infra ut ad locorum interualla edificiorumq; magnitudines profunditates aquarum instrumentoꝝ quorumdam infrascriptorum arte dimetiendas quam rem ut est hominum genus nimis solers atq; solicitū caldei primi inuenisse et ęgyptii; non dissimili feruore callentes transtulisse memorantur qui rationē huius disciplinę generaliter colligentes ad hęc omnia quę diximus quicquidue potest formis generalibus contineri aptam ita esse docuerūt: ut ea sine nihil horꝝ possit ad agnitionē uerissimā per uenire: Eudoxum etiam et Architā inchoasse uariis eam formis et celaturis illustrantes memorię proditum inuenimus Hi enim artis obscuratis sub pectoribus ingenii latētes rationes obductas propositiones demonstrationesq; per sensum ac instrumentorum exempla inuulgarunt; ambo incomparandis produxerunt instrumentis semiscriptis qnibusdā lineolis figurisq; geometricis machinamēta formantes. Quocirca in eos molestē cōcitus est Plato q doctrinę hu-ius tantę dignitatem ac prestantiam sustulisseut quæ a cogitatiōe et rebus incorporeis ac sensibilia quędam prolapsa esset; quasi ad sui usum corpore et mercenaria indigeret inertia: In qua re operosā porro ac mirificam quoq; Archimedis; et Scopinę siculi Syracusis industriam a nominatissimis artium scriptoribus fuisse spectatam atq; probatam non ambigimus: Multa nanq; organica et gnomonica numero: naturalibusq; rationibus inuenta atq; explicata posteris reliquerunt; maximam sibi gloriam pręceteris uindicantes Archimedes præcipue ęrei concauiq; orbis; et globi cęlestis inuētor. Erat enim ea tēpestate obsessis dura obsidione a Marcello syracusis; uir ille huius disciplinę studio ātē alios omnes et doctrina pręcellens: Admirabilior tamen artifex fabricatorq; muralium ac bellicoꝝ tormētorum; quibus uaria missilium genera et īmensæ

magnitudinis ſaxa incredibili fragore et celeritate iaculata uexãtur hoſtes leuiq; momento labefactantur muri et moenia quatiuntur. quibuſq; uſus ad obſidionem patrię propulſandam aduerſus roma num exercitum et Marcellum ducem unus Archimedes ex tantę urbis ciuiũ numero haud dubie tardiorẽ effecit:Quam tarditatem quom Marcellus tandem urbe potitus uictorię ſue magno impedi mento fuiſſe cõperiſſet eius tamen egregia opera delectatus.quom eam urbem dirripiendam permitteret diſcurentium militum furo ri unum de tot milibus ciuium uita donatum excipit Archimeni dem:pluris illum merito q̃ uniuerſum populum faciens:Ceterum in tanto tumultu quantus captę urbis in diſcurſu eſſe poterat: dum artis ſuę lineamentis et formis quas in puluere ille deſcripſe rat totus incubuit;itrogreſſus iterea unus ex militibus.Ro.inter ra pinę ſitim et imperatorii pręcepti memoriam eſitabundus ſtricto mucrone ſupra uerticẽ cogitãtis:ut nomẽ ſuũ ederet iubebat:Sed is.cui oculos atq; aures ingens animi cura concluſerat ferociter percunctanti et quiſnam is eſſet ſciſcitanti certum aliquid reſpon dere non curans oppoſita quin immo tantum manu ne puluerem ſibi ſuum confunderet obſecrans militi contemptione irato truci dandi ſui cauſam prębuit:Cuius morti miſertus dux.Ro immu nitatem fruſtra ſibi deſtinatam ĩ affines eius tranſtulit ſibiq; quod unicum ſupererat fieriq; potuit:funeris ac ſepulturę curam exibuit Huius etiam ſepulchrum ſpera et chilindro ĩ ſummo eius ſculptum et inciſum multo poſt tempore diſiectum et ſuis etiam ciuibus in cognitum inter denſiſſimos uepres obſitum ſe reperiſſe et ignorã tibus indicaſſe dum in ſicilia queſtor eſſet Romani princeps elo qui. Cicero gloriatur:Hoc itaq; modo hiſq; auctoribus oblabantem paſſim et inuulgatam artis huius immutationem fabricandoq; in duſtria machinamentorem ageometria delapſa conſpicitur:ac diu tius philoſophia neglecta una militaribus ac mecanicis artibus inſtrumentis eiuſmodi enumerata ſecernitur.



ESTAT AVTEM NOBIS SI-
gismunde Pandulfe profundissimam quan-
dam Matheseos;hoc est Astronomicę rationis
tradere disciplinam;quam multi opportunā
maxime putant ad bellorum futurorum euen-
tus denuntiandos;Hanc nanq; inter cæteros
si non docuit sectam tamē erroris attigit Lu-
canus quom timorē urbis describeret bellūq;
ciuile necessariis huius disciplinę argumentis ineuitabiliter appro-
pinquante Cęsare futurum denuntiaret;Innuit enim poeta doctis-
simus si tamen poeta dicendus est;qui uera narratione rerum ge-
starum ad oratores uel historicos magis accedit;Saturni malitiā
quom solus in sui domicilii trono resideret emouendam fore quom
inquit;Quod cladis genus o superi qua peste paratis Seuitiam ex-
tremi multorum tempus in unum Conuenere dies summo si frigi-
da cęlo Stella nocens nigros saturni accederet ignes Deucalioneos
fudisset aquarius imbres;Totaq; diffuso latuisset in ęquore tellus
Si Sęuum radiis nemoeum phoebe leonem;Nūc pręmeres toto flu-
erent incendia mundo;Succensusq; tuis flagrasset curribus ether;
Hi cessant ignes tu qui flagrante minacem Scorpion incendis cau-
da chelasq; peruris;Quid tantum gradiue paras;nam mitis ī alto
Iupiter occasu pręmitur ueneriscq; salubre Sydus habet motuq; ce
ler Cylenius heret Et cęlum mars solus habet cur signa meatus De-
seruere suos mundoq; obscura feruntur Ensiferi nimium fulget la-
tus orionis Imminet armoꝝ rabies ferriq; potestas Cōfundet uis
ōne manu sceleriq; nephando Nomen erit uirtus multosq; exibit in
annos Hic furor;In hac igitur reꝝ altissimaꝝ cōtēplatione si quid
huiusmodi occurret quo talium curiosi stellarum uerā possint as-
sequi positionem;uel qualitatem pręscire temporum et speculati-
onis suę iocundissimum fructum capere tanta compleri uidentur
uoluptate ut nostra hęc omnia externa pręcipue ac fortunę mune
ra;quę singuli tanti faciūt tanq̄ exigua et minima ab eis cōtēnāt

Ex hac enim reliquaq; perquirẽdorum futurorum arte; ſi modo ars
ulla eſt potiuſq; uaniſſimum cuiuſq; ludibrium clariſſimorum phi
loſophoꝝ ſummorumq; uirorum conflictari uidemus ĩgenia Namq;
Democriti totius pene terrarum orbis peregrinatio fuit; patrimo
niiq; ampliſſimi diſſipatio Platonis Diogeniſq; captiuitas et Py-
thagorę longa ad uarias gẽtes peregrinatio; Hoſtanes uero et Em
pedocles ad rabiem non auiditatem modo eius percipiendę gratia
nauigauere exiliis uerius q̃ peregrinationibus; hanc reuerſi prę-
dicauere: hanc in archanis habuere quanq̃ animaduertã prẽter hoc
ſummam quoq; litterarum claritatem gloriamq; ex hac ipſa abdi-
tarum perueſtigatione rerum antiquitus et pene ſemper ſpectatam
atq; petitam: Talem dico Mileſium; Anaxagoram: Glazomenum;
zenophanem; Collophonium; Eudoxum; Caliſtum; Melonem; Phi-
lippum Euchemenonem; Arathum; Hiparcum: adde his Socratem;
Zenonem; Dicearcum peripateticum Crattippum; Cleantem; Chry
ſippum; Antipatrum; Poſſidonium; atq; Panetium; plurimoſq; ali
os quorum uoluntaria paupertas iniuriarum contumeliaꝝq; perpeſ
laborum prẽterea itinerum; uigiliarum; Algoris; ęſtus; inediq; ſu-
ſceptio memoratur; pro quibus eorum aliqui cultus et honores di-
uinos uel diuinis pares meruerunt et omnes quam ſemper uiui cõ-
tempſerant laudem gloriam et immortalitatem nominis mortui cõ-
ſecuti; ſunt. Nec uero ſolos philoſophos in hac rerum futurarũ co
gnitione tantum ſtudii et diligentię contuliſſe; Sed omnes fere nati
ones potentiſſimas respu. Imperatores quoq; maximos clariſſimos
reges et principeſ eadem mente et ſententia extitiſſe ut his ſine;
quę futura promittunt quę uaria multiformia q; ſunt ad maximas
res gerendas nunq̃ ſibi tute accedendum putarent; In qua re primi
occurrunt babilonii et ęgyptii; qui quoniam neq; domiciliis tege
bantur propter ęris qualitatẽ neq; ullis in ea regione nubibus ſub
texitur cęlum ſolis et lunę uarios curſus et meatus; ſyderum ac effe
ctus ſolo uſu egregie notauere atq; ĩuenere quom ea ſępius ac li be
rius cęteris intuerentur; Caldei deinde una cum aſyriis diuina cęli
obſeruatione ſummo ſtudio meditationeq; ſcientiam credũtur effe
ciſſe qua maxime reliquis antecellerent: Dicente Lucano; Quis
noſcere fibris fata quęat quis probat aues; quis fulgura cęli ſeruet;
et aſſyria ſcrutetur ſydera cura Aruſpicum autem diſciplina quo
pacto ĩomnẽ cariã diffuſa ſit peruerit q; ad thelmeſſũ religioſiſſimã

urbem; in his et in aduertendis oſtentis curioſam atq; diligentẽ non facile dixerim nec qualiter tranſierit ad theſſalis urbes: quam et ipſam Britanni tantis cerimoniis obſeruaſſe dicuntur ut dediſſe perſis uideri poſſint; Apud quoſ magos doctiſſimum hominum genus ęgyptiis antiquiores floruiſſe: Cicero teſtis eſt et Ariſtoteles in primo de philoſophia libro Druides habuit quondam Gallia religionum ſuarum interpetres: qui de ſyderũ cęliq; de terrę mũdiq; ambitu et forma; de immortalibus deorum ui poteſtate et uoluptate diſſerebant; et auguriis partim ac coniectura; quę eſſent euẽtura ſe ſcire profitebantur; quorum diſciplina quanq; in britannia reperta atq; inde in Galliam tranſlata eſſe exiſtimetur; poſt tamen qui diligentius eam rem cognoſcere uoluerunt eo diſcendi cauſa profecti ſunt; ubi annos nonnullos duo de uiginti et ultra conſumpſiſſe memorię proditum eſt. Diuinatoribus etiam utuntur et Galatę qui apud eos tum auguriis tum ſacrificiis futura prędicunt; qq; plurimi exiſtimantur omni eis obtemperante plebe quom uero de rebus magnis conſulunt mirabilem incredibilemq; ſeruant conſuetudinem; Iugulant enim enſe hominem quo decidente tum ex caſu tum ex membrorum laceratione tum etiam ex ſanguinis fluxu ex quadam antiqua rerum obſeruatione futura norunt; Græcia uero omnium bonarum artium nutrix: ut aliquo nullam unq; colloniam miſit; Sic quoq; nullum belli genus ab ea ſine ſuorum numine deoq; coeptum aut ſuſceptum eſt. Quid Hetruria: non ne ęſtorum inuentrix fuit; ac portentorum et fulgurum interpres hincq; propterea uel a thure et ſacrificiis; uel a ſacrifico ritu lingua gręcorum thuſcia cognominata; Phryges prętereo qui auguria inueniſſe credunt Cilicum et Arabum Piſcidarum deinde Pamphylię et Vmbriæ gentem miſſam facio: huic uni cognitioni ſemper inuentam: Hęc de uariis gentium nationibus: nunc nobilia rerum publicarum ſubtexãtur exempla; inprimilq; Athenienſium et lacedęmoniorum; Hi enĩ augurem regibus ſuis dediſſe collegam et aſſeſſorem illi uero ſacerdotes quoſdam diuinos quos ut ait Cicero Mantes appellant; ſingulis eorum publicis concionibus pręfeciſſe dicuntur: Quotiens deinde S.P.Q.R. quom armorum crepitus e cęlo auditus quom prodigioſe lapidum; laterum; ferri; carnis; ſanguiniſq; pluuię in terram cęcidiſſe; quum clipei ardentes emicuiſſe: Cęleſtes coronę arſiſſe; quom e foeminis mutari in mares; quibus omnibus non minĩa

R.P detrimenta imminere ſperabantur:nonne his diſciplinis cum Sibyllinis uerſibus uſi perhibentur neq; his cõtenti:omnia quoq; q; omnibus in rebus plurimum conducere poſſe arbitrabantur agẽ-dorum ſingulorum iniciis quod bonum:fauſtum foelix:fortunatũq; eſſet prefabantur:calcantem ſcimus tanto honore apud græcos habitum ob unam auſpicii diſciplinam qua profecto excellebat;li-cet aliis ĩ rebus multis eſſet inferior ut petentibus illion graiis innu-meroſiſſime claſſi prefectus memoretur. Amphiaraus uero et Thyre-ſias tam illuſtres eodem artificio feruntur:ut primum pro deo cole-rent;Secundus non modo uiuens hominibus preferetur; Sed defun-ctos etiam Homero dicente ĩferos Thireſiam ſolũ ſapere uagariq; reliquos umbrarũ more: Mopſus et Amphilocus reges quoq; ĩ gre-cia augurorum phamam percogniti:Hic uero mirari poſſe aliquos preclare uideo ubi nam ſcilicet urbis. R. parentem augurem opti-mum omiſerim Sed piget reminiſci Pudet cogitare urbem Romam omnium terrarum indubitatum caput auſpicio conditam et floren-tem porro prepotentis populi fortunam auibus credere maluiſſe q̃ deo quom ſub regibus et imperio conſulari multis quidem ſeculis nihil abſq; auſpiciis fieri ſolitum ſit:neq; comicia:neq; patrũ pro-uocationes:nec equitum conſilia:aut peditum deſcriptiones nec tota deniq; res militaris:ſtupet animus recolens uiros illos tam ce-lebres ac magnificos auium uolatibus:garritibuſq; ſubcubuiſſe fal-lacibus:ubi nam martios dimiſerim fratres apud uetuſtiſſimos roma-norum hoc in genere celebratos;Sed de his fateor nihil preter nomẽ habere me Pretereo Caſſandram uirginem Priami regis filiam cu-ius illuſtris ad modum et magne rei nuntius furor:Polibum de-inde quendam Coryathum:de quo eſt Apud homerum q; multis achiuorum troiam petentibus:et inprimis filio ſuo an furore:an aliter incertum eſt mortem prenũtiauit;Ego autem omne quod uel fabula eſt:uel fabulam reddet ſciens uolenſq; pretereo: Athlantem aſtrologie fuiſſe peritiſſimum:deq; ſpera primum inter homines di-ſputaſſe qua ex re uiſus eſt orbem ſuis humeris ſuſtinere:zoroaſtrẽ uero Bactrianorum regem quem primum magicas artes inueniſſe nominatiſſimi teſtantur auctores;nonne ut Hermodorus etiam tra-dit et Dion. in quinto de philoſophia libro et ſui nominis interpe-tracione aſtrorum conſtat fuiſſe cultorem mundi principia ſyderũq; motus curioſiſſime ſpectaſſe :qua curioſa ſyderum cognitione atq;

contemplatione pericles athenienſium animos ſolis obſcuratione territos eiuſce cauſis redditis quas ab Anaxagorę iſtitutione perceperat uano trepidantes metu liberauit; Alexandro quoq; Dariũ inſequente quom lunę defectus matutinis horis incidiſſet: Macedones rati numina ſibi indignari tanta ſeditione commoti ſunt ut armis abſtinere decernerent nec eos cohibere potuiſſet magni ducis imperium: ni Ariſtander uates naturę rationes abſoluiſſet; ſicut Dion Syracuſanus turbatis primum militum animis cum grauiſſimo et crudeliſſimo tyrãno Dionyſio patriam liberaret; Amyltha uate docente et cunctis in medium rationẽ deficientis ſyderis reddente; non eſt tali caſu deterritus; Arguuntur quoq; Diſſoni lunę crepitus; cuius pauoris cauſęq; ignarus Nicias athenienſium imperator ueritus claſſem et pulcherimum exercitum portui ſubducẽs perdidit eorumq; opes afflixit Nec aliter. L. Sulpitius Gallus; qui cõs. cum. M. Marcello fuit; defectum lunę iminentem in. L. pauli exercitum contra Perſen regem militibus metum adimens fore prędixit; Non me pręterit Iulium quoq; Cęſarem Aſtronomica ratione denos dies obſeruationi ueterum ſuperadieciſſe; quo ſolis meatũ patres CCCLxv. quibus ſol zodiacũ Inſtrat efficerent; ut temporis ratio fluctuans facilius congrueret in annum quam rationem unico errore comperto ſuper intercalandis diebus emendauit Aug. et ut eſt ſcriptum in ſaturnalibus omnem hunc ordinem ære tabulę ad ęternam cuſtodiam inciſione mandauit. Neronem principẽ quoq; ſceleſtiſſimum ac crudeliſſimum alioquin artis eius amãtiſſimum fuiſſe conſtat; quę ex aere eſt et ſtellis ex aqua et ſperis lucernis ac peluibus inferorum umbrarumq; coloquiis: multiſq; aliis modis; qui diuinationem promittunt; fortuna ſua rerum humanarum ſumma geſtiente potiſſimumq; imperare diis concupiente Neq; ſum neſcius Adrianum Matheſeos adeo peritum fuiſſe ut de rebus ſuis ad ſupremum uſq; uitæ ſuę exitum cuncta perſcriberet; dicereq; de uero Hęlio uirgilianum illud Oſtendent terris hunc tantum fata nec ultra eſſe ſinent; Prętereo Alexandrum Seuerum Matheſeos et auruſpicinę artis peritiſſimum Horoſcoptũ quoq; ſummum Auidium caſſium in his quoq; nil omittentem Taceo uarium Antonium heliogabalum qui et magorum coloquio utebatur aſſidue. Sunt pręter hos qui diuinis numinum preſagionibns illuſtres habẽtur neq; id mirum quidem: quom ſingulis omnibus in lucem

ęditis:ſalua tamen firmitate fatali genios eſſe quoſdam eorum tu
telę:ſalutiq; aſſignatos:ueluti actionum ſuarum magiſtros ac re-
ctores a nonnullis:paucis quanq; uiſos:multiplicium uirtutū ſua-
rum ſplendore conſpicuis et thęologi et Socraticorum Platonico
rumq; libri ac auctores celebres Cenſorinus.C.flaccus:Euclides:
Appuleius: Thrimegiſtus: Anneus florus ;Ammianus Marcelli-
nus:Sed Menander comicus in primis et Homerus docuere:quorū
carminibus illud accepimus:Cęleſtes deos cū uiris fortibus haud
quaq; fuiſſe locutos nec affuiſſe pugnantibus:uel iuiſſe:Cęterum
familiares genios cum iiſdem uerſatos:quorum adminiculis:ac prę
cipuis admonitionibus freti plurimi dicuntur enituiſſe.Socrates
pręcipue quē sępe dicere ſolitū nouimus diuini qdā numīſ ſecū eſſe
quod Demonion appellat:cui ſęp paruerit nūq; īpellēti ſępe reuo-
cati idq; ſępe accidiſſet tū maxime quom apud duellū īfoeliciter ceſ
ſiſſet Iachete prętore unaq; ſecum proinde fugam arriperet:ac eſſet
incompito nec eo quo reliqui diuerteret eius rei cauſam ſciſitan-
tibus præmonitum ſe ac deterritum adeo dixit:tumq; nos qui alio di
uerterāt hoſtium incurſiones incidiſſe :nec Socratem ſolum ut di
ximus in hac diuina prędagatione celebrem fuiſſe creditum eſt Sed
zalecum et minoem Cimonem:zoroaſtrem:Lycurgum :et Numam
ut Pyrrhi bello curium Fabricium coruncanum primo punico ca-
ratinum duellum Metellum Luctatium Secundo maximum Marcel-
lum: Paulum:Graccum:Catonem ſuperiorem :Affricanum:Lelium
Syllam: Marium ac ut non nulli putant Cæſarem quoq; Auguſtū;
Multoſq; prętęrea et prętęr hos Romanorum.R.P.et græcorum tu-
lit ſingulares uiros quorum neminem niſi iuuante deo talem fuiſſe
credendum eſt:Quę ratio poetas maximeq; Homerum impulit ut
prīcipibus heroum Vlyſſi Achilli:Agamēnoni:certos deos diſcri-
minum et periculorum comites adiungerent: Prętęrea ipſorum de
orum aliquando prędentię quales ſupra commemorauī declarant ab
his ſingulis hominibus quibuſdam conſuli:quod quidem intelligi
tur etiam ſignificationibus rerum futurarū quę tum uigilātibus
tū dormientibus portendūtur:Tam et ſi quidam talia prorſus tolē-
tes aſſerant nulli ſapientum comparuiſſe deum uel genios: Verum
uecordes quoſdam ex imbecillitate homines in animi horrore aut cor
poreis in temperie conſtitutos inanes et alienas opiniones atrahere
qui in ſe ipſis eſſe geniū ſuperſtitionem habent;quibns quidem

assentiendum putarem epicuri rationibus defensus nostri mutatio
ne:atq; deceptione innixus:Nisi Dion atq; Brutus grauissimi ui
ri et sapientię studio diditi:nullam per affectionē morbumue ab
errantes aut facile captabiles ab ipso ita dispositi genio fuissent
ut amicis ac familiaribus retulerint:quare periculosum iter aduer
tens haud facile dixerim uetustissimis ne auctoribus hunc sermonē
comprobantibus assentiendum sit: An huiusmodi homines regna
et exercitus resq;.P. gubernantes atq; regentes familiares genios;
ac numina sibi adesse dicentes ut infrenes difficilesq; multitudines
caperent nouitate ac magnitudine rei;et opinionē dei uere cōmēti
sint quę ipsis illis quorum gratia fingebatur saluti esset:Quibus
itaq; nisi mentis inops: quispiam dicet non oraculis:fidem daret:
quom uideret non modo sūmos philosophos et humanę magistros
uitę Sed latissimas nationes clarissimos populos et reges apud del
phos et Dodonam;et Amonem concurrentes:quis sperneret sibyl
las:quas Senatus et P.R.in extremis periculis consulebant.Quis
somnia negligeret;quō sciret ut reliquos sileā lacedęmonios ipsos
quos nescio an proxime Romanis fortissimosq; omnium et prestan
tissimos uiros iudicare uelim usq; adeo somniorū curiosos:ut scri
bit Cicero:quod qui eis pręerant non contenti uigilantibus curis
in phasyphe fano;quod est in agro prope urbem somniandi causa
excubabant;quia uera inquit quietis oracula ducebāt: Quis deniq;
magos non susciperet:sine quorum doctrina neminem ętum libet
talibus rebus ornatum ad persarum regnum prouehi posse cogno
sceret His et aliis eiusmodi;ut diximus tunc prouidentię modis
agebatur insensata mortalitas fidens consultoribus infestis nec
dum tempus erat ex tam profundis tenebris emergere prosequatur
humanum genus:tunc diuina ultio sicq; meritum premebat ut si
dici fas est superstitioīibus humanis celestis pacięntia faueret.Nos
uero quibus diuinę gratię splendor illuxit: aliud uitę genus:ali
osq; ritus decet amplecti et modū omnē ut est cuiq; tributa prouī
tia inprępetibus gubernādis:erudiēdis oscinibus:spectādis ęstis:
somniis conformandis:inspirandis uatibus:fulminibus iaculandis:
sortibus regendis:Cæterisq; quibus futura dinoscimus demonum
obsequio et ministerio fieri arbitrandum est. Et enim deceptionū
illudentium plena sunt quibus ut turbēt omnia et errores humanis
pectoribus effundāt euenit ut istis subdolis et captiosis pręsciętię

modis multa futura dicãtur:nec aliter ac dicũtur eueniãt quibus impliciti homines curioſiores fiant et ſeſe magis ac magis inſerãt multiplicibus laqueis pernitioſiſſimi erroris quod ut facilius ualeant leuiuſq; conſequantur quod in nos intendunt:Edunt illa perſępe quibus ſtupefacti homines fidem commodent ſimulacris diuinitatis ac numinis.inde fit ut uitam ſępe turbent:ſomnos inquietent membra obſtorqueant:ualitudinem frangant:mo bos laceſſant mẽteſq; aliquando territent inde eſt ꝙ augure Actionauio Tarquini tẽpore lapis nouacula inciſus eſt hinc nonnullis regni futuri ſigna procurantur. Quo fit ut.L.Tarquinio priſco romã peteuti Aquila pileum ſuſtulerit et cum alte ſubuolaſſet dictu uix credibile capiti repoſuerit; Quo etiam regnante tradunt Creſſam uirginem reliquias quas ex omni regia menſa percipiebat ad uirgines ueſtales ferre conſueuiſſe obtigiſſeq; aliquando quom ignj ſacro eas imponeret repente e foco genitalem cinerem uiri insurrexiſſe eamq; quę ibi inſederat.tanaquilis reginę ancillam Creſſam captiuam cõſurrexiſſe grauidam;Seruiumq; tullum natum qui regno ſucceſſit.cui porro in regia accubanti puero caput arſiſſe uisum creditum q; laris familiaris filium;Ouidio in faſtis dicente:Nanq; pater Tulli uulcanus Creſſaq; mater Pręſignis facie corniculana fuit:Hanc ſe cum tanaquil ſacris de more peractis Iuſſit in ornatũ fudere uina focum;Hic inter cineres obsceni forma uirilis Aut fuit aut uiſa ſed fuit illa magis iuſſa foco captiua sedet:conceptus ab illa Seruius a cęlo semina geutis habet:Signa dedit genitor tunc quom caput ore corusco Contigit inq; coma flammeus arſit apex:Hinc quoq;.ꝙ Iuno Vegẽſis migrare ſeſe romam uelle reſpondit quod claudię manũ nauis ſecuta perhibetur;ꝙ ĩ ſacrilegos et Iuno nudata;et locrensis proserpina;et Ceres Mileſia uindicauit:Herculesq; de apio Nec aliter Hanibalis omnia orbitatem oculi cominantur Flãminio ex tiſpicia periculum cladis prędicant;vel ſerpens ĩmo uero Demoniarches urbem romam peſtilentia liberauit Epydauro acerſitus;aut ęneas oraculorum inditio promiſſam et quęſitam in uenit italiam et in ea non tam numinum q̃ demonum nutu ſedem ſtatuit; Quid aliud agit in ſomnis pater Anchiſes;Quid Iupiter et Apollo qui ambiguitate ſtudent obnubere oracula;ut cum mẽdaces aut fallaces inuenti fuerint aliquando rationis uelamine ſuã tueri quæant fallaciam Sicq; perditi perdere et deprauati errorem



prauitatis infundere ac fallere non desinunt donec auditores suos protrudant inpręceps:cui a sęculis uatum profuere responsa Chresone an Pyrrho uel Laio:aut prędecedentiū aut subsequentiū cuiq̄: Nonne Chresus opulentissimus Lydorum rex bellū moturus ī persas;tali respōso fertur illusus Chresus Alin penetrans magnam peruerteret opum uim Quo responso hostium se uim peruersurum putans peruertit suam:Vtrum autem accidisset eorum uerum oraculum fuisset:Nihilo purius egisse traditur cū Pyrrho qui bellū romanis illaturus dum delphos consulit hoc responsum:ut ait Ennius accepit Aio te eacida romanos uīcere posse;Demēs Pyrrhus si non intelligeret utra pars uicisset uerū oraculum uideri:sic uersutus artifex texuerat sic īomnē uentū perfugiū ueritatis occupauerat hoc īq̄ adeo manifestā fallaciā præfert ut quāq̄ sicut Ennius idem ait semper fuerit stolidū genus eacidarum ab eo tamen perpendi absq; difficultate potuerit illud etiam obscurius quod Chresum decepit:quod uel Chrisippum potuisset fallere Sic enim apud Ciceronem scriptum est:cui tamen ad postremum tota res comentitia uidetur et hoc a poeta fictum suspicatur illud ab historico rationes afferrens primum enim latine Appolinem nunq̄ locutum fuisse:Deīde Pyrrhi temporibus iam iam uersificari desiisse:et hoc ultimum ut eodem libro permulta irrisiue dictum arbitror tamen ut cunq; non multum his rationibus moueor quoniam in latinum transferri et in carmen inseri potuit ambiguitas oraculi grecis et solutis primū uerbis edita nam si ad linguā respicio quecunq; oraculis dicta sunt latine quidem apud nostros de his greco fonte descendunt grecę uel ab Apolline prolata uel ab illis memorię mandata nec linguarum uarietas obfuit ueritati:Alia igitur me Ciceronis ratio uiolentius urget Ait enim hoc Pyrrho responsū inauditum grecis;Itaq; satis credi potest hoc ab Ennio suo quodam iure fictum esse.De Herodoto autem quem Cicero ipse patrem historię uocat q̄ superioris oraculi fictor extiterit non tam facile credidērī in dubio igitur uisum est et uerumq; attingere:et Ciceronianam de hac re non pręterire sententiam:Illud etiam anceps et inopinabile quod philippus Macedo ex eodem abdito accepit ut iminēs sibi.S.a quadriga periculū prouideret quo audito Rex anxius dissolui currus per omnem Macedoniam imperauit Quin et oppidū Boetię cui quadrigę nomen erat ut fatalē sibi perpetuo declinauit

uel quidam ferunt iussit euerti frustra tamen alio nanq; minarum
spectabat oraculum: Capulus enī gladii quo eum pausanias trās
fodit quadrigę celaturam fertur habuisse: Itaq; Tul. eleg inter
illudit neq;.n. obscura tantū Sed mendax admonitio quasi rex capu
lo et nō cuspide moriturus esset: Appius claudius is qui ciuili bello
pompeianas partes secutus est: De euentu rerum dubius uicinum
castris qui iam tunc neglectus obmutuerat retentauit Apollinem
Itaq; perhemonoe quędam templi uates in antrum compulsa: soli-
toq; extuans furore fertur in hanc sententiam respondisse: Magnas
huius minas romanę ne timeas nihil enim ad te quoniam in pace
euboeę colauel ut quidam alii latus euboicum possidebis Lucanus
Effugis ingentes tanti discriminis expers bellorum romanę minas
soluisq; quietem euboici ustа lateris conualle tenebis quo ille re-
sponso uelut in somnis accepto perplexior discessit indeq; uenerat
sed non multo post apud locum qui euboeę cola dicitur ante suprę
mum prælium morbo correptus interiit: ita subtractus bellis et se-
pulchro conditus euboico fidem fecit oraculo: Eodemq; modo laio
prædictum est ab apolline: caue uetatos liberum sulcos seras gene
ratus ille mactabit te impie et omnis aula respergetur sanguine:
Sed ille quidem ut pote pręscius quæ sequerentur sementem iuxta
fatum fieri uetabit: sciens in potestate eius positum si abstinere
uellet laius non ut homo nescius futurorq; ab eo qui sciret quid agen
dum sibi esset scisitabatur: scuit autem non fato eliciente sed ui-
ctus intemperantia: Similiter argiuis per oraculum quęrentibus
an aduersum persas bellum suscipi conueniret responsum est uici-
nis offensa deo carissima plebs armorum cohibe numina corporis
omne discrimen sola capitis tutabitur umbra: Sciebat enim quid
esset deligendū: qđq; optio penes hominem: id uero quod sequitur
optionem penes factum: Nero Cæsar post hos portendi sibi mu
tationem status a mathematicis acceperat: qui in hoc concordes: i
eo discordabant quę nam. S. fortuna imperio deiectum exciperet:
His Neronis animus eger Delphicum oraculum experiri statuit sic
enim sibi uisum est hesitationem suam ab humano ad diuinum con
silium transferri debere inde sibi responsum est: Annum tertium
et septuagesimum caueret quod quom audisset homini ī consideratо
et uix trigesimum ętatis suę annum transgresso: tanta securitas ī
cesserat ut iam nihil metuēs et prosperitatē et ętatem sibi integrā



ſpõderet quaſi ante prẽnuntiatum tẽpus ab apolline mori nõ poſſe eo deniq; et inſolentiæ raptus ut prẽcioſiſſimis quibuſdam rebus maritima tẽpeſtate deperditis affirmaret eas ad ſe uel piſcium obſequio reuerſuras talibus intumuerat erroribus quom ſubito deſtitutus ab omnibus et ad turpiſſimam compulſus eſt mortem; utiq; cõſiliacio dignus apolline: q̃uis uaniſſimus ille ſpiritus; mẽdatiq; parens nequid ineptius uideretur consuetis ambagibus atq; arte prouiderit; Quod ipſe Nero ſuprema illa nocte audito clamore militari ſuum execrante et Galbę nomen celebrante: ſero licet quiuit intelligere; et ad infoelicitatis ſuæ cumulum auctorem oraculi ueridicum appellari: Galba enim ſucceſſor tertiũ et ſeptuageſimũ annũ tunc agebat; admonet nos alquid obtrectatoribus quibuſdam conſultor iſte conſulere quęruntur utriq; noſtris temporibus ſacra ſibi interdicta cerimoniaſq; ſublatas: et ob hoc ideo maxime nulla uel perplexa; et inextricabilia omnia talium rerum conſultoribus reſponſa dari Cur ergo longe ante imperium Cæſaris: ac Chriſti dei ſaluatoris noſtri natiuitatem ſicut ipſorum auctores atteſtantur; abolita pene fuerat Pythii oraculi fides: abolita autẽ quia contempta: porro autem quare contempta niſi quia uel uana uel falſa uel dubia unde poeta prudenter admonuit iconſulti abeunt: ſedemq; odere ſibylle: Et ne forte parui id pendant quod contentum abolitum atq; antiquatum fuit hoc eſſe aut numen aut ſedem: Apollo ille Pythius erat quem ferunt magno Phythone ſerpente interfecto magnum uatem totiuſq; uaticinationis auctorem: et principem heredem ſedis et diuinationis et nominis extitiſſe ibiq; eum reddere reſponſa elegiſſe: ubi orta cum auctore ipſa diuinatio uidebatur; Euaſiunculas autem querentes dicenteſq; uim ſedis ac loci euanuiſſe tractu temporis Sic irridet Cicero ut dicat eos non aduertere quod de ui diuina agitur quę ſi eſt utiq; ęterna eſt; Sed proinde loqui quaſi de uino aut ſalſamento quę uim suam imminuunt uetuſtate et paulatim euaneſcũt; Itaq; hæc profitẽtes philoſophos ſuperſtitioſos et pene fanaticos appellat qui excuſationes friuolas ineptiis suis malunt exquirere euanuiſſe fingentes q̃ ueritatem ingenue confiteri et errorem suum uel se recognoscere qui diutiſſime circunuenti sunt super huiuscemodi oraculis partim falſis ut ipſius Tullii uerbis utar partim casu ueris ut fit in omni oratione sæpiſſime partĩ flexiloquis et obſcuris ut interpres egeat

ĩterpetre et ſors ipſa ad sortes referẽda sit partĩ ãbiguis et perple
xis oraculis hi maxime fallunt quorum præſtigias a ueritate pro-
fani intelligere non poſſunt Ideoq; ab ipsis attribui putant et im
peria et victorias et opes et euentus prosperos rerum deniq; cum
ipſorum nutu ſæpe rempu. conſtet periculis imminentibus liberta-
tem: quę pericula et reſponſis denuntiauerunt et ſacrificiis placati
aduerterunt: omnia illa merę fallaciæ ſunt: Nam quom diſpoſiti
ones dei pręſentiant quippe qui miniſtri eius fuerunt ĩterpoñt
ſe in his rebus: ut quęcunq; adeo facta ſunt uel fiunt ipſi potiſſi-
me facere aut feciſſe uideantur: Et quotiens alicui populo uel urbi
duci uel principi: ſecundum dei ſtatutum boni quid impendet: illi
ſe facturos uel prodigiis uel ſomniis ue loraculis uel ſortibus cęte
riſq; id genus ut diximus policentur Si ſibi honores ac ſacrificia
tribuãtur quibus datis quom id acciderit quod neceſſe eſt ſibi ſũ-
mam pariunt uenerationem: Quotiens autem pericula impendent
ad aliquam ineptam et leuem cauſam ſe profitentur iratos: Sicuti
uno Varroni q̃ formoſum puerum in templo Iouis adexcubias te
nendas collocauerat et ob hanc cauſam Romanum nomẽ apud Cã-
nas pene deletum quod ſi Iuno alterum Ganimedem uerebatur: cur
iuuentus Romana luit poenas uel ſi dii tantum modo duces uel prĩ
cipes curant cęteram multitudinem negligunt: Cur Varro ſolus
euaſit: qui hoc fecit et Paulus qui nihil meruit occiſus eſt: Itaq;
ſiue periculum quod ĩminet uitari poteſt uideri uolunt: id placari
aduertiſſe ſiue nõ poteſt id agunt Sicq; ſibi apud hoĩes qui eos ne
ſciunt auctoritatem pariunt ac timorẽ his uerſutis et his artibus
noticiam ueri dei trini et unius apud omnes gentes inuerterunt.
Harum igitur diſciplinarum obſeruationibus ſuperſticioſis quę
ad cognitionem ſyderum coniunguntur ſotietas demonum formi-
danda atq; uitanda eſt neq; illos ab hoc genere ſuperſtitionis ſegre-
gandos puto qui ab ipſa caldeorũ natione profluxerunt quod pro
pria eſt eorum genealogię ratio ut poſſint antea facta futuraq; ex
ratiotinationibus aſtrorum explicare: hoc eſt quos effectus habent
ſydera duodecim ſtellę quinq; sol et luna ad humanam rationẽ con
ferre Cuius rei primus Berosus insula et ciuitate coho considens:
ibi aperuit diſciplinam: poſtea ſtudens Antipater Iterum q̃ Achi
napolus qui etiam non enaſcentia ſed ex conceptione rationes ex-
plicatas reliquit: Hi enim quanq̃ ueram ſtellarum poſitionẽ quom

quiſq; naſcitur conſectentur:et aliquando eam perueſtigent:per eorum inuentas cõſcriptaſq; regulas:tamẽ q; inde conãtur uel actus noſtros uel mores uel euẽta predicere;nimis errãt profecto ;nimiſq; magna dementia detinentur et quos non ſolũ chriſtianę religioĩs ĩſtituta ac fidei noſtrę lumina uerũ multa quoq; ueterum poetaꝝ philoſophorumq; illuſtrium clariſſimorumq; ducum et imperatorum dicta confutent;exquibus eſt illud ĩprimis ſacris in litteris ad Moyſem annotatum :Quando ingreſſus fueris terram quam dominus deus tuus dabit:tibi caue ne imitari uelis abominationem illarum gentium ne inueniatur in te qui luſtret filium aut filiam ſuam ducẽs ſuper ignẽ aut qui ariolos ſciſcitetur:et obſeruet ſomnia:atq; auguria ne ſit maleficus uel incantator ne phitones conſulas et diuinos et quærat a mortuis ueritatem:Omnia hæc enim abomĩatur et propter huiuſcemodi ſcęlera delebit eos in interitu tuo: perfectus eris et abſq; macula quom domino deo tuo gentes iſte: quarum poſſidebis terram:Augures et diuinos audiunt.Tu autem a domino deo tuo aliter inſtitutus es:Quis ergo dubitet hęc non modo capitalia ſed fidei peruerſionem;quę tanta diligentia diuina explodit ſententia:Et illud quidem leuitici:Non auguriabimini nec obſeruabitis ſomnia:nec declinetis ad magos nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini ut poluamini per eos uir enim ineodem inquit ſiue mulier in quibus phitonicus uel diuinationis fuerit ſpiritus morte moriatur:lapidibus obruẽt eos et ſanguis eorum ſit ſuper illos:Nec minus ad Romanos apoſtolicis uerbis expreſſum:Quis enim cognouit ſenſum domini;aut quis conſiliarius eius fuit: Eſt quoq; illud diuinum ac cęleſte conſilium altiora te ne quęſieris;et fortiora te ne ſcrutatus fueris;Sed quę pręcepit deus tibi illa cognita ſemper et in pluribus operibus eius ne fueris curioſus ;non eſt enim tibi neceſſarium ea quę tibi abſcondita ſunt uidere: Noneſt ueſtrum alibi ſcriptum noſce tempora uel momenta quę in patris poteſtate poſita sunt:Annũtiate quę futura sunt inquit Isaias;et sciemus quia dii eſtis uos:Simile eſt illud ecclesiaſtici;ignorat homo quod ante se fuerit et quod poſt futurum;quis;ei poterit indicare Quid aliud illud sapientię aſſerit;Cogitationes enim mortalium inquit timidę sunt;et incertę prouidentię noſtrę corpus quod corrumpitur aggrauat animam et terrena inhabitatio deprimit sensum.multa cogitãtẽ et difficile exiſtimamus quę ĩterra sũt;et quę ĩ ſpectu

ſunt: ĩuenimus cum labore quę in cęlis ſunt aũt qs inueſtigabit:
ſenſum autem tuum quis ſciet:niſi tu dederis ſapientiam et mi-
ſeris ſpiritum ſanctum tuum de altiſſimis et ſic correptę ſemitę
eorum qui sunt in terris et quæ ſibi placent didicerunt homines:
At qui teſte firmiano:non hoc idem faciunt philoſophi qui diſpu
tant in cęlo quid agatur et eo ſemper impune id facere arbitrãt
quia nullus exiſtit:qui errores eorum coarguat:quod ſi exiſtima
rent deſcenſurum aliquem qui eos delirare et mẽtiri doceret:nũq̃
quicq̃ de his rebus quas ſcire non poſſunt diſputarent:Nec tamen
ideo foelicior putanda eſt eorum imprudentia et audatia quia re-
darguuntur:Redarguit enim deus cui ſola ueritas nota eſt licet cõ
uenire uideatur eamqꝫ hominum ſapiẽtiam pro ſumma ſtultitia cõ-
putet:linquo Auguſtini et Ambroſii operoſiſſimos ualidiſſimosqꝫ
tractatus ac diſputationes longiſſimas quas nec tempus exigit nec
recipit locus nec requirit quiſquis:aliquantulum legendo profece-
rit:nota nempe ſunt unam Auguſtini ueram neſcio an breuem ma-
gis proferam ſententiam ex eo libro qui de dei ciuitate inſcribitur
his omnibus conſideratis inquit:non ĩmerito creditur quom aſtro-
logi mirabiliter multa uera reſpondent occulto inſtinctu fieri ſpi-
rituum non bonorum quorum cura eſt has falſas et noxias opinio-
nes de aſtralibus fatis inſerere humanis mentibus atqꝫ firmare:nõ
horoſcopi mutati et inſpecti aliqua arte quæ nulla eſt: Alterã Am
broſii ipſius ex eo libro quem deobitu Satyri fratris nobis lucu-
lenta oratione reliquit:eius enim uerba ſunt hęc:De ſolis curſu cę-
liqꝫ ratione philoſophi diſputant:et ſunt qui putant his credendũ
quom quid loquantur ignorent:neqꝫ cælum aſcenderunt axem di-
menſi nondum oculis perſcrutati ſunt quia nullus eorum cum
deo in principio fuit:nullus eorum de deo dixit quom pararet cęlũ
cum ipſo eram et eram cum eo cuncta componens:a diuinis preter
hęc ad humana deſcendenti per multa ſe ingerunt illuſtrium poe-
tarum dicta his ſacris conſentanea e quibus illud primum anti-
quiſſimum et acerrimum apud homerum proferendum:Iupiter in
quit non mortalem hominem non e comuni grege deum aliquem:Sed
Iunonem illam ſuam coniugem ac ſororem reginamqꝫ deum graui
cominatione deterret ne ſecretum ſuũ intimũ auderet ĩquirere: aut
ſciri poſſe preſumere;poſt hunc duo litteris demandata ſunt:Duo
rum quoqꝫ ĩ illa prima ætate poetarũ illuſtrium:Pacuuius: Nam

ſi que uentura ſunt preuident equiparent Ioui:Rurſum idem poe
ta iſtis qui linguam auium intelligunt :pluſq; ex alieno iecore ſa-
piunt q̃ ex ſuo magis audiendum q̃ auſcultandum cenſeo :accius:
Nihil quoq; credo auguribus qui aures uerbis dictant alienas ſu-
as ut auro locupletent domos: Quartum his Ennium addideri qui
uetuſta illa et uenerabili facundia hos ipſos eleganter irridet; ut
uerbis etiam ſuis utar :Qui ſui quęſtus cauſa falſas ſuſcitant ſen-
tentias;Non enĩ ſunt hi aut ſcientia aut arte diuini ſed ſuperſtici
oſi uates impudenteſq; arioli aut iertes aut ĩſani aut quibus ege-
ſtas imperat qui ſibi ſemitam non ſapiunt :aliis demonſtrant uiã
quibus diuitias policẽtur ab ipſiſ Drachmam ipſi petunt: De his
diuitiis ſibi deducant drachmam reddant cętera: Addo quinto loco
ſpectatę auctoritatis grauitatiſq; poetam doctiſſimum Flaccum
Horatium dicentem;Prudens futuri temporis exitum caliginoſa no
cte pręmittit deus.Ridetq;:ſi mortales ultra fas trepidat nec non
illud quod adeſt memento componere equus:et quid ſit futurum
cras fuge quęrere:Et quem fors dierum quomq; dabit lucro appone
Eſt et illud eiuſdem quoq; poſtre ad leuconoen.Tu ne quęſieris
ſcire nephas:quem mibi quem tibi finem dederint dii leuconoe;nec
Babilonios tentaris numeros ut melius quicquid erit pati ſeu plu
res hyemes ſeu tribuit Iupiter ultimam:Lucanus inter hos ſextus
his uerbis accedit:ſit subitum quodcunq; paras ſit cęca futuri mẽs
hominum fati liceat sperare timenti:Statium his septimum aggre-
gauerim : Quid craſtina uoluerit hora scire nephas homini: ultimo
in loco sequitur hos Iunius Iuuenalis aquinas et his uerbis Spon-
det amatorem tenerum uel diuitis orbi Teſtamentum ingens calidę
pulmone columbę Tractato armenus uel comagenus Aruſpex Pe-
ctora pullorum rimatur et exta catelli Interdum etexta pueri faciet
quod deferat ipse caldeis:Sed maior erit fiducia quicquid dixerit
aſtrologus credent a fronte relatum Amonis quoniam delphis oracu
la ceſſant:Et genus humanũ damnat calligo futuri: hec religionis
noſtrę inſtituta et illuſtrium dicta poetarum illis similia subſecũt
et philoſophorum ſententię Socratis Potiſſimum qui in hoc cæle-
ſtium ſcrutinio et cauſarum abditarum indagatione ceteris cor-
dator fuit;quom hęc intelligere non poſſe inueniri: Celebre illud
ab omnibus probatum in medium nobis attulit Quod ſupra nos
nihil ad nos;ſicq; proinde ab omni phyſica quęſtione diſputationẽ

ſuſpendens eo ſe contulit: ut in uirtute atq; officio omnis eius uer-
ſaretur intentio: Itidem Democriti phiſici non ineptus præceteris
contra tales iocus quod eſt ante pedes nemo ſpectat cęli ſcrutātur
plagas facetiſſimaq; illa Ciceronis irriſio temere diſputantiū; nul-
laq; de re dubitantium tanq̄ modo deorum ex concilio deſcenden-
tes quid ibi agatur oculis ſuis aſpexerint auribuſq; perceperint;
Sane ut idem inquit Cicero et in ſenectute ſua horę quidem cedūt
et dies et menſes: et anni: nec pręteritū tempus unq̄ reuertitur; nec
quid ſequatur ſciri poteſt: Sunt et: alię contra hęc hominum por-
tenta philoſophorum clarorum ſententię; inter quos Fauorini eſt
illa melius et Vrgentius cęteris quos legere potui philoſophis futu
rorum noticiam facillime repudiantis atq; dicentis; Nihil enim ab
illis audiri poſſe dicebat niſi graue atq; moleſtum quoniā autuera
reſpondebunt: quod rariſſime ſolent; ſi quidem mala miſeriā ante
tempus afferre et ſuperuacuam ſolicitudinem poſita enim illic ue-
ritate; adeſt hinc neceſſitas; Ita nihil præciſe niſi dolorē poſcenti
reddere. libet hoc loco ſuſtinere: et quod comunis rerum natura nō
patitur tentare maior ſine offenſione poſſit interferi: hoc eſt Fauo
rini. M. Tul. cuius hęc ſunt ut omittamus ſuperiores: M. Craſſo
putas utile fuiſſe; tum quom maximis opibus fortuniſq; floreba:
Scire ſibi interfecto filio Publio exercituq; deleto tranſ Eufratē cū
ignominia et dedecore eſſe pereundum: An. Gn. Pompeium cēſes
tribus ſuis conſulatibus; tribus triumphis maximarum rerum glo-
ria letaturum fuiſſe ſi ſciret ſe in ſolitudine ęgyptiorum trucidatū
iri; amiſſo exercitu poſt mortem uero ea conſecutura quę ſine lachry
mis non poſſumus dicere; Quid uero Cęſarem putaſſe ſi diuinaſſet
fore ut in eo senatu quem ex maiori parte ipse coaptaſſet in curia
pompeiana ante ipsius pompeii simulacrū tot centurionibus suis
spectantibus: ac nobiliſſimis ciuibus partī etiā a se omnibus rebus
ornatis trucidatus ita iaceret ut ad eius corpus non modo amicor
ſed ne ſeruorum quidem quiſpiam accederet: Quo cruciatu animi
uitam acturum fuiſſe et certe ignorantia futurorum malorum utili-
or eſt q̄ ſcientia: Hęc Cicero Poſſem ego antiquos et fortunatiſſi-
mos ętatis noſtrę uiros in huius ſententię teſtimonium uocare: Sed
nec neceſſe nec locus hic longiorem diſgreſſionem recipit: et atti-
giſſe uidetur ille clariſſima ſin autem ut ab Fauorini argumenta
tionem redeat oratio bona pronuntiant; duplex incommoditas

expectationis tedium et prę cogniti gaudii extenuatio: Quod repẽtinum gratius accumulatius obueniſſet aut falſa dicent: quod quã q̃ familiare et frequentiſſimum apud eos eſt: Et ſi erunt infoelicia: angoribus falsoq̃ metu: ſi foelitia inani ſpe ac gaudio triſtitiaq̃: ubi te deluſum ſentiens torqueberis: in omnem igitur euentum hos nugatores ſicophantas contemnendos fore ad hanc fere ſententiã ut prętereã Dicearchum: qui expedire omnia nobis futura neſcire magno uolumine concluſit: Anaxarti philoſophi ratione compellor: Is enim quom in Birsam urbem trans eufratem ōmiſſam traiecisſet Alexander ibi eum ut antea perſępe monuit ut tanq̃ falſa et incerta magorum prędicta contemneret: nec ab re nam ſi fatis inquit o Alexander conſtent quę prędicuntur ignota eſſe mortalibus: Si uero naturę debeantur ĩmutabilia quidem eſſe ſimile et illud Demonactis etiam philoſophi: qui uatem ſemel intuens publica mercede reſponſa prębentem: nonne uides inquit cuius rei mercedem flagites: Si enim tibi poteſtas eſt eorum quæ fatali lege ſunt conſtituta aliquid cõmutandi quodcunq̃ id eſt quod flagitas pa q̃ ſane eſt: ſin autem dei nutu et uoluntate poſita ſunt omnia quid tuum uos uaticinium limare poteſt: Demoſthenes grecorũ armis ac tãta et tam prompta uirorum potentia confiſus neq̃ mentem adhiberi oraculis neq̃ uaticinia audiri premiſit: Epaminundam memorans et periclem illa ſemper formidinis et ignauię uelamenta putaſſe ſaluberrimum et memorabile eſt illud omnibus horis Halicarnaſi excellentis in aſtrologia et in regendis ſuis ciuibus Principis præſtantiſſimi totum id quicquid eſt Caldaicum prędicendi genus repudiantis: Magnus quidam uir ecce ſuperuenit prędmiſſis omnibus fide non inferior Cato ille rigidus qui mirari ſe ait q̃ non ridet aruſpex aruſpicem: quom uiderit quod dictum ad omnes eque augures ſortilegos coniectores caldeosq̃ et mathematicos: ac totam denicq̃ manticẽ conuerti poteſt: Spectatis enim tot ineptiis: quibus credulis homunculis illudunt occurſus profecto memoriam et riſũ ex mutua conſcientia mouere deberet: Quam illud quoq̃ eleganter quom eſſet conſultus a quodam monſtrum ne eſſet aſoricibus corroſas sibi calligas quom diceret. Reſpondit non eſſe id monſtrũ Sed uerum monſtrum habendum fuiſſe ſi ſorices a calligis roderentur. quod ſequitur non minus profecto ſed magnificum ac ſucci et penſi plenum: Nam quom apud Pruſiam Hanibali exultanti et

auctori cõmittendi prelii pugnari placeret:ac ille negaret quod exta prohiberent:An tu prusia inquit Hannibal uitulinę carnis mauis q̃ imperatori ueteri credere:breue sane atq; amplissimum: tantoq; prĩcipe dignum uerbum:ut pote qui hispaniam:Galliam: Liguriam:Italiam deniq; laceratam in faciem eius effuderit unius hostię uilissimę ac sordidissimę exta tot monumentis ac uictoriis rerum pręponi indignum ferens:Quid aliud Cęsar quom a maximo augure et doctissimo arusice prępone retur ne in affricam ante brumam nauigia transmitteret:non ne illius dictum nihil faciẽs transmisit.quod ni feciſſet omnes aduersariorũ copię conueniſſent e contrario Regulus nonne auguria seruauit et captus est:et Marcinus religionem tenuit et sub iugum missus est:Pullos habuit Paluset apud cannas tamen cesus est Hęc et horum similia quę confirmandis auspiciis et id genus erroribus afferuntur tam inepta: tam friuola petsępe sunt ut multi quidem M. marcelli illius quinquies cos probandum summopere consilium uideatnr:qui quom esset imperator et augur optimus:totum hoc militare auspicium emiserit:a quo ne prępediret lectica opertus ne ab re iter facere solitus:uir enim fortis et sapiens desperabat posse inuulgatam diu et inbibitam ac ossibus inhęrentem opinionem aperta fronte discutere:Non eo usq; tamen Marcello assentiẽdum:nec auspicia omnĩo ita repudianda reor:ut res magnas nullis unq̃ credã signis uel auspiciis pręueniri:quom et uolatus auium dirigat deus:ut rostrum sonans aut pręteruolans Penna turbido meatu uel leni futura prę monstret ut theologi ueteres et clari quidam auctores testes sunt Ouidius in fastis Non ego te q̃uis properabis uincere Cęsar si uetat auspiciũ signa mouere uelim:Sint tibi Flãmineus trãsmenaq; littora testes;Per uolucres signa multa mouere deos: Verum prę clare de hoc quoq; ut de aliis Cicero Signa inquit ostenduntur ab his rerum futurarum in his si quid errauerit non deorum natura sed hominum coniectura peccauit;Nec etiam postremo pręter hęc rerum futurarum signa est quod ratione signorũ uel planetarum circitores hi futurorum nuntii de singulis quibusq; polliceri possint uel audere;in septẽ nanq; syderibus de quibus ante diximus et quæ ab incessu uocamus errantia;quom, errent tamen nulla minus certę considerationis nihil habent nisi secundum cõmune regimẽ in mundo eis debitũ per ĩtelligentiã septuplicem substãtia

extra cõsistente uirtute sibi coniunctam:Scimus etiam ne horum audaciã per signa prętereamus intactã eos fateri solitos: ꝙ quisquis aquarii signo in lucem editus sit:Piscatoris ministerium sortiretur:Cęterum piscatores quom Zetulia non habeat quis eorum dicere ausit:quia nemo illic in stella aquarii nascitur;Rursum quom plurimos quos nasci signo librę norint;Trapezitas fore prędicent quas multarum gentium prouincię ignorant:Fateantur necesse est aut in eis hoc signum deesse:aut effectum fatalem nullo modo haberi:Persarum autem ac lacedęmoniorum reges:quom per genus dominentur:Regumꝙ fillii uno eodemꝙ sydere quom seruis continue degentibus nati ad regnum profitiant quid rationis habent; ut serui qui secum isdem momentis horarum at temporum fuerant geniti omnino in seruitute cõmigrentur:Homines etiam diuersarum regionum diuersarum ætatum sub uariis et diuersis syderũ motibus geniti:si aut oppidorum expugnationibus;aut collatis signis aut eadem classe fluctibus obruant uel alio quouis modo eodem tamen genere mortis eodemꝙ momento temporis interierunt:ut in cannensi pugna contigit:quo modo:momenta nascendi singulis secundum istos attributa suas leges habebunt;Aduersabitur horum iudiciis uastitas forsan immensa altitudine discreta in duo et septuagĩta signa per rerum aut animarum effigies:ĩ quas digessere cælum periti:posse etiam fieri credibile est ex infinito stellarum numero ut alia signa pari maiore uel minore Potestate sint: sine quibus recta ac perpetua obseruatio perfici non queat:neꝙ eos homines cernere posse neꝙ percipere exuperantiam uel splendoris: uel altitudinis quom et quedam syderaet quibusdam terris cõspitiantur:earumꝙ terrarum hominibus nota sint eademꝙ ipsa ex omni terra alia non uideantur:et sint aliis ut canopus omnino ignotissima Est enim id sydus ingens noctibus lucens:clarum et maxime mirũ cuius si aliunde fides abesset M.Manilius libro primo astronomicon præcellentissimus testis accedit:Id circo inquit:Terris non omnibus omnia signa conspicimus nunq̃ inuenies fulgere canopum:Donec hiliacas per pontum uenerit oras:Quom itaꝙ constet rerum ambiguitatem cõfusionẽꝙ damnosam ex taliũ potius diuinationis prenũtiatione generari:q̃ certam conducibilem consultoribus cognitionẽquom nihil rite cernãt:nihil percipiãt:nihilꝙ ueniat horum quę isti lubricis:et fallacibus coniecturis delirantes

ac uelut ebrii pollicentur;niſi rarum forte aliquid:aut fortuitum qualia etiam aliquando ementiri uolentibus ellabuntur et excidũt Nullo pacto Sigiſmunde Pandulphe utendum eſſe tibi reor iſtius modi ſuperſtitioſis hominum iudiciis;quorum diſciplinas;tu te optime calles ſtudiis indulges;ingeniis faues;ut argutiis apprime delectaris;maxime quom clariſſimos quoſq; ętatis huius mathematicos;horoſcopos ſummos;et aſtronomos more maiorum domi et militię ad futura prędagienda te ſemper penes habueris et habeas; Tantorum itaq; uirorum tam eruditorum;tam illuſtrium exemplis et auctoritate ac rationibus frętus non iniuria dixerĩ diuinationis artem;qua quis de futuris omnibus ſoli deo cognitis ad interroga ta ſingula uera reſpondeat;aut omnino nullam eſſe.Quod Socrates et eum ſecuti antiqui achademici;quos eodem et peripateticos noĩamus aſſerunt;aut eſſe Sed nondum ſcitam aut opinionẽ quãdam;proinde uanam hominum;coniecturam atq; iudicia q̃ maxime fallentem;

VM QVOD SIGISMVNDE Pandulphe neceſſe eſt;quem aliis ducẽ et imp. prędicimus non harum quas modo diximus: bonarum artium inſtitutis ſolum uerum et legitimi iuris et;more maiorum cerimoniarum et ſacrorum erga deos et contentionum controuerſiarumq; inter homines dirimendarum iudicem ac belli primum iuſte gerendi dominum eſſe;bellum enim iuſtum eſt;ut in repu. inquit Cicero;quod denũtiatum et;indictum :atq; hoc ipſum quod aut repetundarum :aut propulſandorum hoſtium cauſa geratur: legitimi iuris munus etiam dicimus ea iubere;quę ſunt uiri fortis ut non deſerere locum in acie:non fugere ;non arma abiicere et ea quę ſunt temperantis;ut;non committere adulterium non flagitium facere et ea quę ſunt manſueti ut non pulſare;non iurgia exercere eodem modo ſecundum alias uirtutes et uitia has iubere illa

uetare; Esse etiam præter hęc quędā belli iura ut in eundę pugnę solennitatem seruare:decreta publica:foederum percussionem;religionem sacramenti;militum animaduersionem:dignitatem;ac premiorum et honorum gradum:Quędam porro esse quę uti facere ita pati sit fas ut sata exuri:dirui tecta;prędas hominum pecorūqs agi;aliaqs id genus quę de singulis cauta sunt legibus.in quarum editione sunt qui putent Zeleucum;alii Rhadamantum;siue Lycurgum putant: Quidam omnium priorem cererem;quę frumenta quom antea glande uescerentur inuenit:molere quoqs et cōficere ī attica et alia in sicilia ob idqs dea iudicata;ut Carcinus tragoedus in suo poemate affirmat;Hanc alii gloriam illi gentis hębreorum duci summoqs philosopho Moysi tanq̄ ueritati magis consentan:ū facile concesserūt;Lycurgus enī et Zeleucus omnesqs qui apud græcos mirabiles sunt recentes;atqs nouelli q̄tum ad hunc ipsum Moysem comperati esse noscuntur quoniam nec ipsum nomen legis fuisse olim apud grękos fuisse agnoscitur et testis Homerus est; qui nusq̄ in diuino eius opere hoc usus est nomine:Non enim secundum legem sed in diffinitiuis sententiis et regum præceptionibus populus regebatur:unde etiam multo;tempore permansere tantum moribus utentes;et non scripto et multa horum semper secundum euentum casuum permittentes;Phoroneus etiam ipse secundus argiuorum rex aquo forum forensęqs dicendi genus deductum putant;ut argiui certa lege ac iudiciis regerentur:Sexcentis ante bellum troianū ferme annis;īter græcos primus ante omnes effecit;Si modo illa quę apud Platonem in thimeo chricias ex Solone commemorat de legibus satticis multis annorum milibus ante phoroneum fabulosa et comenticia esse credamus; Nec me prętterit apud priscos grękos Isidem legiferam appellatam tanq̄ primam legum inuentricem;ęgiptiis autem prima scriptarum legum monumenta;Mina rex siue Trimegistus dedit quem fortasse quispiam inphilosophorum numero computet; quanq̄ indeos relatus Mercurii nomine ab ęgyptiis honoretur;Secundus apud ęgyptios legum lator dicitur uir prudentia excellens sasochis;hunc et ad deum religionem cultumqs multa prioribus legibus addidisse perhibent;Tertium Sesoosim regem tradunt qui ad rem militarem; et belli munia plurima contulit institutis suis;Quartus scribitur rex Buchoris tulisse leges sapientia ac usu rerum expertus qui et uitę

regum leges dederit et comertia hominum iudiciaq; constituerit Post hunc legibus multa addidit Amasus rex quem tradunt et de his quæ ad Monarchas pertinent:deq; omni ęgyptiorum iconomia percepisse:Minos mare obtinuit et paulo ante troiã captam Cretensibus leges dedit:ut Paradius memorat:quod Plato falsum esse conuincit:Spartanis uero qui et lacedęmonii sunt:Lycurgus primus leges ex apollinis ut aiunt auctoritate confinxit:Et quanq̃ leges scriptas nullas Lycurgus tulerit:ut alii perhibent:unam tamẽ ex hisquæ rehetre appellantur afferam quæ in eosdem hostes militare perhiberet:ne sępe pugnando consuefacti bellicosi redderẽtur Qua in re Agesilaum regem maxime posteriori tempore accusant: ut pote qui continuis et frequentibus in Boetiam incursibus ac prælis Thebanos resistere lacedęmoniis edocuerit:Quare Sauciũ Antalcides quom intuens pulchram tuę doctrinę mercedem ĩquit a thebanis recipis qui nolentes ipsos neq; scientes pugnandi peritiam docuisti:Huiusmodi sanctiones rhetras libuit appellare:quasi ex deo decretę deiq; oracula quędam essent Epyrothis ariba epyrotharum rex unus ex posteris Pyrrhi Achillis filii leges:senatum: magistratus ãnuos ex politicę uitę formam primus instituit: Arianeis chathrastes:Getis:Zamolchis:Pitacus Mitilenus:qui ad sexcẽtos elegios uersus et carptim de legibus ad ciues conscripsit:Fuit et alter Pitacus legifer:Cuius et Fauorinus:et Demetrius memi nit:Athenięnsibus uero a quibus iura et leges ortę atq; in omnes terras distributę putãtur Tulit rigidissimus Draco quas et hoc ipo mitior Solon sapiens unus e septem:et legum scriptor ex septem propter asperitatem magnitudinemq; poenarum abrogandas curauit:una enĩ fere omnibus mors poena prędifinita erat:ut etiam qui otii damnati essent capite plecterentur:et eis qui olera aut fructus surripuissent idem supplicium quod peculatoribus aut homicidis constitutum esset:Ob quam causam illud Demadis a doctis probatur:qui draconem non atramento sed sanguine leges descripsisse dixit:inter solonis autem leges quas plures fuisse constat:acomẽs quidem sapientissime latas illas prędare statuit:quibus athletarum quoq; premia castigata moderatione correxit:et ei qui olympia uicisset quingẽtas draghmas:qui uero in isthmo ei cẽtum dari constituiteadẽq; ratione in certaminibus et prędiis:qui succubuisset prę miis esse illustrandos:eorũq; filios publice enutriẽdos educãdosq;

quo ſane animati ſinguli fortiter ac ſtrenue ī bellis dimicabant: Sic Polizeus;Sic Cyneagirus:Sic Callimachus:Sic omnes qui in Marathonis expugnatione pugnauerunt;Sic pręterea armodius Ariſtogiton:Mylciades;innumerabileſq; alii;Maxime autem Alexis Comicus:Athenienſes ait oportere ideo laudari;q; omnium grę corum leges cogunt parentes a liberis ali:Athenienſium non omnes;niſi eos qui liberos artibus erudiiſſent:Fuit etiam quandoq; in macedonia lex;eum qui nullum hoſtem interfeciſſet capiſtro cingi debere:Et apud ſcythas in bello ubi primum qui hominem deieciſſet.eius ſanguinem bibere neq; aliter participes prędę fieri conſueſſe niſi ad regem necatorum omnium capita detuliſſent: quę non nunq̄ horrendum dictu Purgantes deaurantesq; ad pocula deferebant;Non licere etiam eorum cuiq̄ ſolennibus ępulis pateram circūlatam accipere niſi ei qui aliquem ex hoſtium quoq; numero de medio ſuſtuliſſet;apud Callos ſic etiam puberes omnes et armatos comuni lege cogi ad bellum ſolere;ut qui ex his nouiſſime adueniret;in conſpectu circumfuſę multitudinis affectus omni genere cruciatus necaretur:Atq; ut ab externis ad domeſtica aliquā do redeat oratio quis neſcit italis leges dediſſe italum quendā oenotrię regem a quo mutato nomine pro oenotris itali ſunt uocati oramq; illam maritimam europę quę eſt inter ſyllaticum et lameticum ſinum;italię nomen primo coepiſſe hunc ergo italum periti quidam tradunt agriculturam cenotros docuiſſe;quom prius eſſēt paſtores uagi ac palantes;illiſq; cōmeſſationes inſtituiſſe primū legeſq; poſuiſſe;quas itidem non nulli et quidem docti;non italū italis;ſed Saturnum;Romanis uero Quirinum: Nam quom agreſti quodam more in italia etiam uiueretur;is genus indocile et diſperſum montibus altis compoſuit;legeſq; dedit;latiumq; uocari maluit is quoniā latuiſſet tutus in oris:Hic uero quom poſt fratrē interemptum ſolus potiretur īperio;iura dedit populo;nec re aliqua pręterq̄ legibus coaleſcere multitudinem unum in corpus arbitratus eſt populum itaq; Ro.qui noua tunc paſtorum cōuenarūq; omnium colluuione colleſtus erat; Romulus in partes triginta diuiſit quibus quoq; additę ſunt quinq; eaſdemq; curias placuit appellari quod publicas curas gerebant quom in illis uniuſcuiuſq; partis populi Ro.quid gereretur;ita ut in ſua quiſq; curia ſacra publica faceret feriaſq; obſeruaret;quibus ſingulis curiis curiarum

nomina uirginum ĩpoſita eſſe dicuntur;quas uirgines quondam Romani de ſabinis rapuerant qui uero ei conſulerent ex populo nobiliſſimo centum ſenes delegit;quos ob ętatẽ ſenatores;ob pietatem et in ſimilitudinem curæ patres nominauit quorumq; filii patritii ſunt appellati;Tres equitum deinde centurias inſtituit; quas ſuo nomine Ramnes.a T.Tacio Ticienſes:a Luci comunione luceres quanq̃ huius denominatio auctore Liuio ĩcerta eſt appellauit;Equites item armatos trecentos;qui celeres uocarentur tum pace tum bello ſui ad cuſtodiam corporis;tribunum etiam qui eis præerat appellauit;Reliqua uero multitudo regem in bellum eũtem ſequebatur pedes;uniuerſos autem milites appellabat;Non.n. uti Poſtea atq; in præſentia ornati auratis calcharibus et aureo cingulo .Sed qui erant in exercitu equites et pedites uulgo ſimul omnes;ſine diſcrimine apud ueteres ſunt milites appellati;Hunc deinde Romulum ſecutus Nũma pompilius Pomponii filius e curribus Sabinorum oppido accitus ad regnum qui Romanum populum ut pote ferrum religione moliuit;fidem pacis ac belli docens ſacris Pluribus per eum inſtitutis.Nam ueſtę fecit ędem et portas Iano gemino edificauit augures;Flãmines tres;Dialem;Martialem;Quirinalem;et ſalios martis ſacerdotes Pontificem maximum creauit.leges plures tulit;cerimonias cultumq; deorum omniũ imortalium ob quam tantam iuſticiam et religionem nemo ei bellũ inferre auſus eſt;Excipit Nũmam pompilium tullus hoſtilius Romulo fortior;qui populũ iam quieti et legibus aſſuetum;ad bella et arma reduxit idem omnem militarem diſciplinam;artemq; bellãdi condidit ac debellatis ętruſcis ſellam curulem;lictoreſq; et togam pictam atq; prætextam quę inſignia magiſtratuum ętruſcorum erãt primus ut romę haberetur ĩſtituit;huic ſucceſſit Anchus Martius Nũmę pompilii ex filia nepos:ac religioni Auitę q̃ ſimilis Hic ut bella geri aliquo ritu pie ac ſancte indici uiderentur;Cerimonias lege quadam inſtituit;quibus et fecialis et paterpatratus qui eſſent ad eam rem legati;hoc eſt ad res repetundas quom bellum indicerent uterentur;Regnum tenuit poſt Anchum tarquinus;priſcus qui omnia;quibus imperii dignitas eminet decora et inſignia ſumpſit;ex tuſcia inde nanq; aureus et triũphalis currus & equi quattuor;tunicę palmatę faſces trabeę currules phalere anuli ac paludamenta ſumpta ſunt frequentibus pręliis Duodecim aetrurię

populis per eum ſubactis:Poſt hunc Seruius tullus quanq̃ quaſi
pręcario regnare coepiſſet imperium tamen recte miniſtrauit: urbe
quadrifariam diuiſa regionibus collibuſq; qui incolũtur et tribus
eas partes ut ego arbitror a tributo appellauit:Abhoc claſſes cen-
turięq; conſtitutę peditum et equitum huius tempore romanorum
ciuium qui arma ferre poſſent cenſita eſſe octuaginta milia:Fabi-
us pictor auctor eſt:Ab eodem cenſus conſtitutus:Diuiſit nanq; ci
uitatem non ſecundum regiones:uerum ſecundum cenſum unum
corpus faciens eorum ciuium qui cenſum habebant ſupra centum
milia ęris:Aliud corpus cenſum habentium a centum milibus ad ſe
ptuagintaquinq;:Tertium eorum qui a ſeptuagintaquinq; milibus
et ita deſcendens uſq; ad quinq; milia peruenit;infra eum numerum
ſine cenſu reliquit quaſi tenues et impotentes:ex cenſu autem quę
domi et militię ſubeunda forent onera conſtituit:Quia uero patri-
monia uel augentur uel minuũtur ſingulis quĩquenniis in quĩque
nium recenſeri ſtatuit idq; quinquẽnium:Luſtrum maiores dixere
Tarquinus cui ſuperbo ex moribus cognomen inditũ eſt:Poſtre-
mus omnium fuit uir iniquus cruentus:Ad resq; bellicas fortis
ac præſtans ut pote qui urbes euerteret:et turpi arte in deditionẽ
redigeret:Exactis autem regibus anno ſeptimo et quinquageſi-
mo:Ab urbe uero cõdita trecenteſimo et ultra creati ſunt uiri de-
cem ad leges condendas:nouus quidem:ac ſummo imperio magi-
ſtratus a quibus decem tabulę primum editæ centuriatis comitiis
perlatę ſunt:ſimulq; deinde duę ſuperadditę;ut omne ius quiritũ
confectum duodecim illis tabulis ad unguem abſolueretur:Sicq; a
decem uiris leges decemuirales;quibus tabulis duodecim eſt no-
men ines;ſiue eburneis in publico propoſuerunt:Quas tanti fe
ciſſe romanum populum memorãt;ut illis q̃diu romanę ſtetit ho
nor:et ĩnocentia pudicitiæ contentus fuerit Sed tum creſcente
improbitate;interpetrationes prudentum per consuetudinem re-
ceptę ſunt;quas quidem ius ciuile non leges libuit appellare:Ex
hoc fuerunt actiones quę ius agẽdi ſunt ſolenniter ĩſtitutę:quibus
ſicut et interpetrationi collegium pontificum pręſidebat;Acceſ-
ſeruntadhęc populi placita;ſenatus conſulta;ſcita plebis;ędicta
prętorum:reſponſa prudẽtum;et tranſlata demum in principes lege
regia romani populi poteſtate coepit;quod principi placuit legis
habere uigorem;Hoc legum progreſſu multi clariſſimi romanorum

nonſules tribuni;aut cenſores:ferendis legibu s auctores fuere:et a
quibus leges denominatę ut conſulares:tribunicię iulię:Cornelię
Nam ſub Octauiano Cęſare ſuffecti cõſules Papius et Põpeius legẽ
tulere:quę a nominibus eorum appellantur Papia et Pompeia:ſub
eodem quoqꝫ imperatore Falcidius tribunus plebis legem fecit;ex
cuius nomine lex extat falcidia: Aquilinus quoqꝫ legem condidit
quę hactenus aquilia nuncupatur:ſic iulia:ſic cornelia:catoniana
Regula etiam legibus ab Catonibus inſerta quorum nomen quoqꝫ
adeo clarum ;adeo celebre eſt :ut non ſolum urbem:ſed orbem pene
totũ ſuis tẽporibus prędentia poſtea uero memoria ſua ac ſplendore
illuſtraint ;Nam ut priſcum et Cenſorinum illum præteream:tanta
fuit poſterior ille uticenſis habitus reuerentia ut eũ quom Cęſar
a ſubſeliis in carcerem traheret:ſũma cũ moeſtitia boni ciues una
cũ ſenatu taciti:atqꝫ afflicti omnes ſequerentur ut quę in ſacris lu
diſqꝫ floralibus quibus uulgati corporis meretrices nudę more ue,
terũ mimarum fũgebantur officio Et in conſpectu populi uſqꝫ ad
ſatietatem impudicorũ Inminũ cũ pudendis motibus detinebantur
ueritus ſit populus Ro.ſolitę laſciuię ludũ petere quoniam forte tũ
Cato uenerat in theatrũ unde Martialis in epigrãmatũ ſuorũ limĩe
inquit:Noſces iocoſę dulce cum ſacrum florę feſtoſqꝫ ludos et licẽ,
tiam uulgi cur in theatrum cato ſeuere ueniſti:An ideo tantum
ueneras ut exires:legimus enim eum plaudente populo poſteaq̃ ex
Fauonio familiari:et amico una ſedente præſentiam ſuam ſpecta
culi conſuetudini impedimento eſſe intellexit:e theatro continuo
abiiſſe abeuntemqꝫ populum priſcum ludendi morem inſcenam reuo
caſſe:confeſſum plus ſe honoris:maieſtatis et reuerentie illi uni de
beri:q̃ ſibi uniuerſo uẽdicare equeſtris autẽ ordinis et qui ſua lit,
teris poſteritati demandarẽt inter alios iuris conſultos plurimos fu
iſſe conſtat:et quidem celeberrimos quorum ſcripta Aufidius Na
muſa quadraginta et centum libris cumplexus eſt:Ex his Ofilius
et Nerua ambo doctiſſimi et equeſtris ordinis ambo fuere:Ex his fu
rius Sabinus quoqꝫ fuit:et publice primus ſcripſit:Mitto Tiberiũ
Coruncanum:Labeonem:trebatium et Alpheum:Prætereo et alios
innumeros quibus quaſi ſtellis quibuſdam leges fulgent:quorumqꝫ
conſiliis multi ſane principum ſuum imperium ad maximum foeli
citatis cumulum prouexere:Adrianus enim Iulio celſo:Saluio:Iu
liano priſco:atqꝫ Neratio uſus ẽ;Antoĩnus pius Vĩdio uero Saluio

Valente:Voluxio:Martiano:Vlpio:Marcello:et Iabobeno:M.An
tonius philoſophus Scęuola pręcipuo iuriſperito; Alexander ſe-
ueruſ:Fabio:Sabino:Iuliopaulo:atq; Vlpiano:quem inter cęteros
tantifeciſſe conſtat ut Helius Lampridius litteris mandauerit:hūc
principem ideo ſummū imperatorē fuiſſe;q; Vlpiani præcipue cō
ſiliis rempu.rexerit:Horum ſtudiis frętus et moribus:iuſtiſſimę
princeps Sigiſmunde quantum ſemper hæc ętas noſtra tulit re-
gni tui ſummam regimen curam ac gubernationem tanq; optimus
populorum paſtor his hominibus contuliſti qui non callidi;non ſe
ditioſi;non ad malum idonei;non uirtutis hoſtes non luxu perditi;
non truces;non facinoroſi:non ſcelerum miniſtri;non improbum
ac prouincialium expillatores;ſed ſenes:sed sapientes;sed sobrii:
seueri;pii sancti;et qui habeant illud semper in animo uetus pre-
ceptum;deum ſequere et qui nihil uenderent;nihil mentirentur:
nihil fingerent deciperentq; exiſtimationem de te bonam tuiq; mā-
data more persarum qui internuntii sunt aliudq; respōdetur a prī-
cipe sępenumero populis referentes nec partorum regum uſum
imitarentur quos non poteſt quiſq; ſine munere salutare;Et ne po-
ſteris silentio obruantur quos consiliis tuis huiusmodi pręfeceris
quorundam nomina ac dignitates recensere non alienum erit Me-
rito itaq; ante omnes pręcipuum et primarium magiſtratus huius
noſtri decus eſt iuſtus ex antiquiſſima ac pręcellētiſſima comitum
urbis romæ familia ea uitę ſanctimonia;ea ītegritate;ea religione
ea iuris ciuils etiā et pontificii cognitione;ea deniq; eximia et ma-
ternæ et latinę eloquentię copia;ac ſuauitate preditus ut hac noſtra
ętate ea non niſi cęlitus per eum nobis tranſmiſſa merito atq; opti
mo iure exiſtimari poſſit;Effulſit inter hos porro quaſi matutinū
quoddam ſydus Iacobus Aneſtaxius burgenſis iuris non ſolum
ciuilis et pontificii ſcientia clarus;Cæterum omnium bonarum
et optimarum artium ſtudiis peritiſſimus:ac in maximis quibuſq;
gerendis rebusq; aptiſſimus;ut pote qui uafra ducum ac principū
conſilia optime norit;et cuius ingenium et eruditionem ita laudē
ut hac laude cum eo neminem comparem;ita admirer ut magnum
neſcio quid portendere in poſterum uideatur;quom ad quācunq;
animo ſe rem conferat in ea facile ac breui ſui acumine;ac mobili-
tate cęteris antecellat.Succeſſit Deinde equeſtris ordinis ex pri-
mariis peruſiæ urbis uir magni ac prestantis ingenii multęq;

lectionis ac litteraturæ:sic omnibus consiliorum pręsidiis uirtutis omnis et ęloquentię splendore conspicuus:ut eo non solum urbs nostra:uerum Romana etiam si prisca illa maiorum gloria maneat non iniuria gloriari possit;accessit quarto loco ex nobilissima uice comitum familia Franciscus uicecomes equestris et ipse ordinis per paucorum uir magni pensi;magnoq; rerum usu attritus:et experientia multaperlustris:Sunt et alii plures equestris ordinis et spectatę nobilitatis uiri doctissimi philosophi et oratores amplissimi exquibus ad foelicissimam regni tui diuturnitatem opportuna cō silia;litteratę contiones;ac docta colloquia facillime possint atq; componi.

EQVE tandem medicinę rationem intactam relinquemus tam et si maiores nostri uirtutum omnium cupidissimi minusq̃ par erat eam celebrasse forsan uisi sunt;Et enī at doctissimi auctores tradunt non solum ob morbum ac uulnerū remedia quoquomodo corpora debilitari contigat: uerum sicubi diutius habendus est exercitus ob salubrem castris locum deligendum huius rei habenda cognitio:Veterum rationem in hęc ipsa tempora reueando;in his enim locis quibus superioris ętatis homines aut opera statiua;aut castra constituebant pecoribus imolatis;quę ibi pascebantur: Iecinora inspiciebant;et si integram et solidā eorum naturam inueniebant ex aqua et pabulo ibi munitiones constituebant:sin autem uitiosa idem in humanis corporibus ob pestilentem loci cibiq; copiam fieri posse credentes transmigrabant;ac regiones mutabant:querentes omnibus salubritatem;quam si propter locorum discrepantiam:terrarumq; dissimiles proprietates percipe haud quaq̃;poterant:et phama et īcolentium dispositione corporū atq; eorum colore facile consequebantur;Magna dehinc etiam industria maiorum institutis quęrendi sunt et deligendi fontes qui sinusq̃ pręsto et in promptu sint pluresq; dies castris īmorandum his signis hisq; notis:et rationibus: ubi nam lateant poterunt interuosci: Nanq; uirentium inprimis herbarum copia: Arborumq; proceritas uicinitatem indicant aquarum terris enim quibus dulcis humor non longe subest ubertas quorūdam germinum semper arridet ut iūcus;arundo;rubus;salix;alnus multūq; alicui loco pectore

incũbens rana:Sunt illa huiuſcę rei indita; quom nocte aduenięte loco in altitudinem pedum quinqꝫ defoſſo :teſtaqꝫ efigulino opere eruda aut peruncta;pelui ęrea coboperta lucernaqꝫ ardente concremata;ſine defectu olei reſtincta aut et uellus lanæ madidum reperiatur: non dubie promittunt aquas:Addunt quod certius multo eſt ante ortum ſolis longius intuentibus qꝫ ex ędito quidam ſpeculantur in colũne ſpeciem quãdam nebuloſa exalatione tenuiſſimum fumum qui quanta fuerit altitudine porrectus ad ſummum tanto in imum humorem deliteſcere profiteatur:Orto etiam ſole intuentur loca talium rerum curioſi;et ubi nam ſupra terrã uolitare ſpiſſitudinem muſcarum tunc promittunt facile quod quęritur inueniri:Eſt et peculiaris exiſtimatio;peritis tantum nota ;quam feruentiſſimo ęſtu ſequuntur dieiqꝫ horis ardentiſſimis qualis ex quocunqꝫ locorum repercuſſus ſplendeat;Nam terra ſitiente humidior eſt ille indubitataqꝫ ſpe promittitur:Sed tanta oculorum intenti one opus eſt:ut indoleſcant quo fugiente ad alia experimenta decurrunt;Prędicunt etiã ſapores aquarum ut nec aſpera diſpendioſo labore debeãt queri:nec dulcis neceſſariasqꝫ in honora relĩqui Aquam enim dulcem argiloſa terra limoſas exileſqꝫ ſabulum ꝓmittit Glarea incertas uenas ſed boni ſaporis;rubra ſaxa optimas:Hanc ſcientiam sequentibus accuratiſſime tradidit apud latinos Marcellus;inquit enim aquas quę ad orientem auſtrumqꝫ prorumpunt Dulces atqꝫ perſpicuas eſſe et pro sua leuitate ſalubres Ad septẽtrionem uero atqꝫ occidentem quęcunqꝫ manãt probari quidem nimis frigidas:Sed grauitatis ſuę craſſitudine incommodas:His proinde reperti ut ad humanę uitę ſalubritatem magna diligẽtia bonę utileſqꝫ appetendę ſic non minori cura earum quoqꝫ uitia repudiãda Nanqꝫ damnantur inprimis undecunqꝫ profluxerint ſtagnantes pigreqꝫ et amare;quibus odor et ſaporqꝫ ullus inſit,pręter unius ĩ toto orbe fontis aquæ ut equidem inuenio iocundę olentiſqꝫ in meſopotamia utiliores quę profluunt et excurrunt exiſtimant curſu enim et agitatione ſua extenuari atqꝫ proficere aiunt:eoqꝫ miror ciſternarum ab aliquibus maxime probari:quom inutiles aluo duricie; ac faucibus conſtet:Quod ſi rationem afferunt q̃ leuiſſima ſit imbrium ut quę ſubire incęlum potuerit ac pendere in aere:ideo et niues pręferuntur imbribus leuiores enim his eſſe et multo leuiorẽ aqua glatiem;Cuius ac niuis peſtilentiſſimos ac in ſaluberrimos

potus prædicant:Repudiantur deinde aquę: quę cænum et limũ faciunt quæq; corpora inuallida malum colorem:crura uitiosa:lip pientes oculos bibentibus reddunt:Culpantur etiam si uasęre co. rinthio uel nobili sparsę infecerint:aut si leguĩna tarde percoxerit decoctaq; crassis obducunt uasa crustis:Non etiam ipsa aquam quę erit in fonte si fuerit limpida et lucido cęlo persimilis quoq; perue. nerit aut profluxerit muscus innascitur;aut iuncus et inquinatus aliquo inquinamento is locus fuerit minus improbanda uidebitur interest enim plurimum utrum loca sulfure an nitro an bitumine plena transeat:grauem enim spiritum caloremq; pestiferum aut nimium rigorem ex loci uitio:saporis uarietate concipit et sũma celeritate corrumpit.quia protinus hausta duratur nec aliter q̃ gypsum sub humore constringitur et alligat uiscera:illinc est illud de quo Ouidius ait:Flumen habẽt cicones quod potum saxea reddit Viscera quod tactis inducit: marmora rebus.Medicamentũ estetiam et eius naturę habet limum ut corpora conglutinet et in duret quem admodum puteolanus puluis si aquã attigerit saxũ est:si e contrario hęc aqua si solidum quippiam attigerit heret et affigitur:Inde est q̃ res abiectę in eundem locum lapideę subinde extrahuntur:Similem uim habent mero illi lacus quos quisq; fau cibus hausit:ut idem poeta ait aut fuerit aut patit mirum grauitate saporem:Nam quemadmodum ębrietas donec exsiccetur de mentia est et nimia grauitate defertur in somnum:Sic huius aquæ uis habet quoddam acrius ex aere noxio uirus quod mentem:aut in furorem mouet aut sopore opprimit:contingit et non solum confe. ctis de industria uenenis plerosq; necari:uerum aquas quasdam consueto naturalis ordinis cursu ocultiorem in se pestem seruare Nanq; fertur in armenia fons cuius pisces in cybo sumpti mortem afferant:in archadia circa nonatrina Stix ab incolis appellata mor tifera est aduenasq; fallit:quia non colore:nec odore notabilis: nec sapore suspecta est qualia sunt magnorum artificũ uenena quę deprehendi nisi morte non possunt.in eadem regione fontem etiam esse constat ut epigramma indicat lapide inscriptum non idoneum ad lauandum Sed inimicum urcibus quod apud eum Melãpus sa. crificiis purgauisset rabiem procti filiarum restituisseq; earum uirginum mentes in pristinam sanitatem:Linus etiam ibi fons est qui abortus fieri non patitur.e diuerso in pyrrhea flumen quod

affrodixum uocatur ſteriles facit Eſt etiam noxia aqua in theſalia circa tempe quam fera et pecus omne deuitat;Per ferrum et ęs exit tam uis illi ineſt etiam dura moliendi nec arbuſta ulla quidem alit et herbas necat;in macedonia non procul ab euripidis ſepulchro dextra ac ſiniſtra monumenti aduenientes duo cõfluunt riui unum accumbentes uiatores tranſire ſolent propter aquę bonitatem; Ad riuum autem qui ex altera parte monumenti nemo accedit quod mortiferam aquam dicitur habere ; Achaia ex ſaxo ſtillantes frigidiſſimos humores habet;quos neq; argentum;neq; æneum neq; ferreũ uas;neq; ulla alia materia quo minus corrodatur poteſt ſuſtinere;Diſſilit enim et diſſipatur conſeruare autem eam et continere nihil aliud niſi mulina uel aſinina;uel ut alii tradunt equina ungula poteſt quę etiam memoratur ab Antipatro in prouintia ubi erat Alexander per Iollam filium perlata eſſe;et ab eo ea aqua regẽ non ſine magna Ariſtotelis infamia eſſe necatum ;ĩ boetia ſunt duo fontes quorum alter memoriam;alter obliuionẽ affert ;ĩ cilicia apud Oppidum uiſcum riuus fluit ex quo bibentium ſubtiliores ſenſus fieri Varro tradit ;in ea insula fontẽ eſſe quo hebetes fiant;Cidnus etiam cilicię amnis podagricis medet sicut apparet ępiſtola Caſſii Parmensis ad.M. Antonium in germania trans rhenum caſtris a germanico Cęsare promotis maritimo tractu fons erat aquę dulcis cuius hauſtu infra biennium dentes labefierent deciderentq; ac cõpages in genibus diſſoluerentur;uilla etiam ab Antonio lacu campanię puteolos tendentibus impoſita littori celebrata porticu ac nemore quam uocat M.Cicero Achademiã ab exẽplo athenarum exi guo poſt obitum ipſius tẽpore Antiſtio uetere poſſidente errupe-runt fontes calidi per quam ſalubres oculis celebrati laurei Tullii qui fuit ex libertis eius tali carmine;q tua romanę uindex clariſſima linguę Sylua loco melius surgere iuſſa uiret; Atq; achademię celebratam noĩne uillam Nunc reparat cultus ſub potiore uetus Hę etiam apparẽt lymphæ non ante repertę Lãguidaquę infuſe lumine rore leuant ; Ni mirum locus ipſe ſui ciceronis honori Hęc dedit hac fontes quom patefecit ope ut quoniam totum legitur ſine fine per orbem Sunt plures oculis quę meantur aquę;in italię etiam alpibus multis in locis eſt genus aquę quam qui potu aſſiduo hauſerit turgidis et prominentibus gutturibus efficiuntur: Scatẽt alibi deniq; ĩ plurimis terris alibi frigidę;alibi calidæ;alibi

promiſcue auxilia conferentes:et e cunctis animalibus hominum tantum cauſa erumpentes feruntur:alię quę aluos inaniunt capiti auribus:oculiſq; priuatim medẽtur Neruis alię proſunt:et pedibus alie luxatis et fractis adiumento ſunt ac uulnera:ſanant:Eſt autẽ utilis ſulfurata neruis alumĩata paraliticis aut ſimili modo ſolutis bituminata aut nitroſa maxime calens Homerum calidorum fontiũ mentionem non feciſſe non demiror quom aliquos lauari calida frequenter induceret uidelicet quia medicina tunc non erat hęc: quę nunc aquarum profugio utitur:Cęterum quom ad huiuſmodi humanę infirmitatis remedia aquę pręſto ſemper eſſe non poſſint atq; alio in loco inter ſeſe maxime diſtantes:neq; ad omnia omnes ualeant:Nunc ad reptilium fugam morſusq; et reliqua imbecilitatis noſtrę auxilia ex ſimplici medicina uel compoſita congeramus quod in promptu ſit et inuentu tam ab ipſa natura q̃ ab ipſa arte profectum q̃ facile ab ipſa natura filicem ſubſterni utile locis ſuspectis aiunt:quoniam serpentem experientia comprobante non recipit:uſtaq; fugat nidore:Experti quoq; prodidere:Si ſerpens ignibus et fraxini frõdibus concludatur in giro in ignem potius q̃ in fraxinum fugere et quod magis eſt nec matutini quidem occidentiſue ſolis umbras q̃uis longiſſimę sĩt ullo pacto uelle contĩgere uerum ſi ex arte ut ſępe fit et Maro inquit ſub ĩmotis pręſepibus aut mala tactu Vipera delituit cęlumq; exterrita fugit Aut tecto aſuetus coluber ſuccedere et umbrę Peſtis acerba boũ; pecoriq; aſpergere uirus Diſce et odoratam ſtabulis accendere cedrum Galbaneoq; agitare graues nidore chelidros: uel plenius et uberius pharſalię auctor expreſſit Vltima caſtrorũ meditatus circuit ignis Hic ebulum ſtridet peregrinaq; galbana ſudant: Et tarix non leta comis eoaq; coſtus Et Panacea potens et theſala centaurea Pheu cedanumq; ſudat flammis ericinaq; tixus Et larices fumoq; grauem ſerpentibus urunt Abrotanum et longe nascentis cornua cerui: Percuſſis quorũdam hominum tota corpora siue partes proſunt ut Ophiogenes olim in inſula paro marsi quę alibi in italia siue quõdam in terra affrica si modo durent psili qui uocantur a pſillo rege ut Agarchides tradit dicti Lucanus Nam primũ tacta deſſignant membra saliua:Quę cohibet uirus retinetq; in uulnere peſtẽ Nec marſorum ſolum ac pſillorum Sed ieiunã cuiuſq; hominis ſaliuam contra ſerpentum ictus pręſidio eſſe non dubium eſt:Silerem in

proferendo percuſſorum remedia Niſi.M.Varronem scirem.lxxx. uitę annum agentem.M.qꝫ Catonem Portium prodidiſſe aspidum serpentum ictus hauſta a percuſſis urina uel Melantio in uini ueteris emina contrito et in nares infuso appositoqꝫ ad morsum ſtercore suillo efficaciſſime curari;horum etiam et scorpionum ictibus ipsi medẽtur si mortui et attriti illico super ĩponantur:Viperam etiam ferunt exuſtam in cineremqꝫ dilapsam mederi eiusdẽ beſtię morsui:Ad huiusmodi etiam serpentum morsus Nigidius de animalibus libro secundo teſtis eſt;Gallinãqꝫ q̃primũ deligi opponiqꝫ debere:Ex arte quoqꝫ ea maxime probantur quæ in edis Esculapii dei lumine contra animalia uirulẽta ea compositione clariſſima scripta lapide fuiſſe inueniuntur:Serpilli uidelicet duum denariorum pondus;oppomacis ac milei tantũdem ſingulorum trifolii pondus denarii anetiet foeniculi ſeminis et aneſi et opii duum denariorꝫ semi ex ſingulis generibus etui farine.xii. quę tuſa et cribata:ac uino excellenti digeſta dari in uini ciatis tribus conſueuere.Quo genere ãthidoti ãtiochus magnus rex aduerſus oĩa uenenata uſus phibet in ſanctuariis mytridatis maximi etiã regis inuentã Anthidoti quoqꝫ compoſitionem ipſius manu conſcriptam legimus et a Galieno etiam et Diaſcoride celebratam e duabus ſcilicet nucibus: Sicciis ficis totidem:foliis rutę xx.ſimul tritis addito ſalis grano:hoc effectu denicꝫ ut qui hoc ſummeret ieiunus nullum uenẽni genus profecto ſciret illo ſibi die nociturum Porro uulnerum remedia in pręſentiarum attingere nec abſurdum nec inutile erit uerum quoniam uulnus nec quicq̃ conglutationem admittit ſi ferrum intus maneat infixa:et corpori adherentia quonammodo abſtrahi poſſint primum docebimus prompta et pauca quedam remedia proſequẽtes infixa queqꝫ cinis abſtrahit hirundinis in olla cõbuſtę cũ aceto Mus ſimiliter diſſectus et ſuper ĩpoſitus farina e ſemine lini cũ radice cucumeris ſylueſtris fractis oſſibus Pręſentaneus: Maxillarum apri cinis coctis quoqꝫ fractis laudatur unice caprinum ſimum ex uino uetere aperit enĩ et extrahit atqꝫ ſanat;Sanguinem porro ex uulnere fluentem ſiſtit puluis olibani cum pillis leporis et albumine oui facto emplaſtro et ĩpoſito donec cadat Aloes etiam puluis per ſe uel aceto undecunqꝫ fluat ſanguis eum ſiſtit;uulnera recentia et uetera ſi brasice decoctione foueantur et ea trita ĩponantur mire ſanat uermes qui ĩ ligno ulcera sanant omnia;uulnera uero

recentia terreni adeo conglutinant ut neruos quoq; preciſos illiti ſolidari intra ſeptimum diem Demochritus perſuaſerit itaq; ĩ melle ſeruandos cenſuit;inflaturam ex ictu cicuta trita impoſita ſanat: Achillea quę milefoliũ maius uocatur cum aceto bibita ad pluri, ma quom ualeat ad ſuſpiria præcipue confert precipitatis ex alto eiuſmodi remediis clara eſculapii opera fuere Troianis tempori bus Podalyrius deinde et Machaon exeo geniti ſucceſſere:qui et bello troiano ducem inclytum Agamẽnonem ſecuti non mediocrẽ opem uulneribus tantum medendo cõmilitonibus ſuis:attulere. Adhibitos in exercitu ſuo a cyrro medicos Xenophontis tradit hi ſtoria: Scimus et Xerſem perſarũ regem a Soſtene comitatum eſſe bello quod græcis intulit;Itemq; Alexandrum a Soſtene ſecundo nec niſi cura artis huius opeatq; præſtantia quam ab ĩuictiſſimis maiorum noſtrorum ducibus celebratam nouimus;Hanc enim apud noſtros M.Cato magiſter primus ſoluſq; diu paucis dumtaxat at tigit ad armentarios morbos medicaminibus haud quaq̃ omiſſis quæ per alios deniq; diffuſius pertractanda ſunt:Poſt hũc illuſtri um et clarorum uirorum unus tentauit.C.Eualgius litterarum eru ditione ſpectatus:uolumine ad.D.Cæſarem Auguſtum de ea edi to:uerum enimueroante condiderat ſolus apud noſtros ut equidẽ inuenio Pompeii magni libertus Leucus nomine;quo primum tẽ pore hanc ſcientiã ad noſtros animaduerſum eſt peruenisſe:Nãq; ut adexternos redeam;qui huius diſciplinę multarum rerum inuẽ, tione gloriantur:Mytridates maximus ſua ętate rex et imperator: quem debellauit Pompeius omnium ante ſe genitorum curioſiſſi, mus medicinę remediorum indagator tam argumentis;q̃ phama nũ tia abituseſt:Cui uni cum ueneuo ſępe tentaretur excogitatum quotidie uenenum bibere preſumptis remediis ut conſuetudine ipſi ĩnoxium redderetur;Sicq; in hunc uſq; diem Anthidotũ eius nomi ne celebratiſſimum extat:quod mytridaticos uocatur;alterum An thidoti genus:Zopirus regi ptholomeo dicitur cõpoſuiſſe atq; Am broſiam nominaſſe:Præter hunc inuenit iuba rex ptholomei pater ſtudiorum claritate admirabilior q̃ regni q̃q̃ primus utriq; mauri, taniæ imperio præfuerit euforbiam herbam:quam medici ſui fratris nomine appellauit:ædito de ea uolumine claro prędonio:Cẽtaurea a centauro chyrone dicta inuentore;qua curatus chyron quom her culis exceptus hoſpitio pertractanti arma ſagitta excidiſſet ĩ pedẽ

Achillis quoq; Chyronis diſcipuli Achillea perhibetur inueutum qua uulneribus mederetur:quę ob id ad Achilleos uocaſ hãc apud nos milefolium uocant:Alii primum eruginem inueniſſe utiliſſimã iplauſtris:ideoq; depingitur ex cuſpide decutiens eam gladio in uulnus thelephi:Comperiſſe etiam dicitur theucer eadem ętate theucrion quam quidam iermineam uocant:Gentianam quoq; reperiſſe aiunt gentium illiricorum regem ubiq; naſcentem illiricotamen ad plura pręſtantiſſimam Sunt et alia medicamẽtorum genera quę diuino quaſi quodam numine tactu ipſo fiant atq; leuentur: ut Veſpaſiano principi et epyrotharum regi pyrrho contigit:illũ enim publice ſedentem audientemq;:quome uulgo captus quiſpiam luminibus alter quoq; cruris debilitate pariter adirent opem implorantes a ſerapide demõſtratam illis per quietem;redditurumq; alteri lumen profiterentur ſi oculos inſpueret;confirmaturumq; alteri crus:ſi dignaretur calce cõtingere;quom ridiculares primum putaretur;nihil penderetur q; tandem familiarium interuentu et circũſtantium quorumdam ſuaſione utrunq; tentatum eſt;nec optate ſalutis ambobus defuit euentus:hunc autem lienoſis hoc eſt ſplene laborãtibus resupineq; iacentibus dextri pedis police preſſis medentem accepimus:Galli ſacrificio albi facto;neq; quempiam abiectum ab eo fuiſſe;cui huiuſmodi genus medicaminis poſcenti abnegaret:Magnam etiam medendo uim uerborum eſſe infirmitatibus hominum animalibus languentibus claudicantibuſq;:uel etiam moribundis ſunt qui putent;et q̃q̃ litterę id noſtrę reſpuant et ad ſalutis remedium nihil conferre autument;profluuium tamẽ ſanguinis uulnerato ulixem inhibuiſſe carmine teſtis eſt homerus: Theophraſtus etiã ſciaticis prodidit:Cato luxatis membris. Varro podagris carmen auxiliari. Cęsarẽ quoq; dictatorem poſt uehiculi caſum unum ferunt ſemper ut primum conſcendiſſet;id quod pleriq; ea tempeſtate facere norant; carmine ter repetito itinerum ſecuritatem aucupari ſolitum;infinita eiuſmodi exemplorum copia ſupeſt;quæ libens ponerem niſi ad gymnaſticam;et exercitationem reliquam quę maximum ſuscepti muneris officium eſt: ac bellicas rationes feſtinaret oratio: De bonarum igitur artium ſtudiis;hęc exarata ſint;Gymnaſticam et reliquam huiuſmodi militarem exercitationem nunc ordine ſuo proſequuntur.

AETERVM quom plurima ſint exercitationum ge
nera probanda quidem ſolum illa nobis erunt quæ ſecun
dum naturę uim: ac ętatis rationē ſuscipientur quo et uali
tudo bona ſeruetur et ad labores militares perferendos
robuſtiora deinde membra reddantur: Vtrinq; enim primis ab an
nis non parum referre putandum eſt qualiquisq; alimonię aſſue
fiat: quibuſq; exercitiis durioribus: uel mitioribus aſſuefatiēdo ur
geatur: ueluti ea quę in lacedęmoniorum ciuitate uel ſola uel cum
paucis cura a legum latoribus circa educationem et exercitationē
publice uidetur adhibita: Et cęteris etiam animalibus et gentibus
apparet quibus cura eſt aſſidua bellicæ habitudinis nutrimentum
lactis fontiumq; liquorem ad ualitudinem roburq; maxime propri
um eſſe corporibus: ut Lucanorum et aliorum plurimoꝝ ad utrūq;
etiam cōfert et utile putatur a pueritia frigori aſſuefacere: Quapro
pter ad amicum ſcribens monet Flaccus: ut anguſtam pauperiem
pati robuſtus acri militia puer condiſcat: et parthos feroces uexet
eques metuendus haſta uitamq; ſub diuo: et trepidis agat in rebus
et quom ꝓcliuis puerorꝝ etiā natura ſit ad omnia opera et ad omēs
actus: illi ea ętate maxime ſuſcipiendi ſunt qui per ludos fiunt: lu
di uero ipſi neq; illiberales neq; illaborioſi eſſe debent neq; remiſſi
Sed quales Lycurgum in ſparciatarꝝ filiis inſtituiſſe ferunt ipſe
enim omnes q̄ primum ſeptimum etatis annum exegiſſent aſſūmēs
diſtribuebat ī claſſes eoſq; una ſotios atq; contubernales conſuefa
ciebat īuicem ſimul legere: et ſimul exercere: quo per dimicationes
mutuas et promiſcuas contemptiones diſceret quale cuiuſq; īgeni
um eſſet qui auderet neq; in certaminibus pugnā detractaret: Miri
des quoq; ęgypti rex poſt ortum filii ſeſoosis ex omni egypto omni
bus qui eadem die quo filius nati erant infantibus congregatis nu
triri educariq; ac ſingulos eadem diſciplina exercitioq; erudiri fecit
Exiſtimans hoc pacto ſimul educatos atq; inſtructos: meliores ī bel
lo fore hos continuo uſu ad malorum patientiam exercebat: nō enī
licebat alicui cybum priuſq̄ curſu centumoctuaginta ſtadia confe
ciſſet capere quo exercitio omnes uiri euaſerant et robuſto corpore
et animo pręſtantes: Primum ſeſoosis in arabiam cum eorum qui
ſimul nutriti erant exercitu a patre miſſus aſſuetusq; uenatui: ac

eybi potuſq; abſtinentia omnemq; eam gentem ſubiecit liberã an
tea et ſeruitio inſuetam. Deinde in lybiam profectus maiorem eius
partem in ditionem adhuc adoleſcentior redegit Simili modo Ale
xander. xxx. milibus barbaroꝝ pueroꝝ delectis: greciſ eos litteris et
Macedonico more armorum exercitationumq; uſibus uerſari prẽce
pit pluribus adeã rem ĩſtitutis magiſtris ſicq; prẽter litteras quas
pro neceſſitate diſcebant; reliqua omnis exercitatio et diſciplina
ad recte obtemperandum armorumq; laborem tolerandum et pre
lio uincendum parabatur: hac in re lacones quoq; quom efferatos la
boribus perſepe redderent adoleſcentes quaſi hoc eſſet utile ad for
titudinem maxime fallebantur: Non enim id conſequebantur quod
intendebant neque in aliis animalibus neque in gentibus uide
mus fortitudinem adeſſe maxime efferatis Sed potius manſuetiori
bus et leoninis moribus multẽq; ſunt gentes quẽ ād cẽdes homi
num et ad eorum comeſtionem inſultant ut circa pontum Achei;
et Agniochi et ex mediteraneis Aliẽ gentes quẽ quidem clancu
lum per inſidias latrocinantur ad bellica tamen opera nihil ualent
Omnes enim iſtẽ feritate libere gentes luporum ritu ut seruire nõ
poſſunt ita nec imperare non enim humani uim ingenii habent sed
feri et intractabilis lacones prẽterea scimus dum ipſi exercebantur
præſtitiſſe cẽteris; poſtea uero fuiſſe aliis inferiores Non enim ob
id ſolũ p̃ſtabãt q̃ iuuẽtutẽ exercerẽt ſed quod ipi exercitati contra
nõ exercitatos pugnarẽt: Romanẽ ſimiliter legiones niſi fuiſſent pri
mũ aſſidua exercitatione attritẽ; Ab exercẽdo. n. exercitus q̃ exercẽ
do fit melior dictus: nullo pacto in pubertate ante uel poſt puber
tatis tempora pedibus agmen prẽire ſubire pondera arma deferre
nec præclarum ac memoratu dignum aliquid reddere potuiſſent hu
ius rei ætatisq; huius ſi alia nobis deeſſent Scipionis affricani ſu
perioris et Emilii quoq; lepidi conſtare poteſt exemplis ille enim
dum prẽtextatus eſſet ut floro placet et Sẽnecẽ pubeſcens autem ut
Liuio eo prẽlio quo in romanos Hannibal ad Ticinum ualido ſtatĩ
fragore detonuit patrem; ciuem; conſulem; belliq; ducem affectum
graui uulnere; et ab hoſtibus circũuentum periculo mortis exemit
Seruatiq; parentiſ cumulatam ſuis laudem retulit; Hic uero puer
productus in pugnam eodem congreſſu et hoſtem occidit et ciuem
ſeruauit in cuius memoriam rei ſtatua illi prẽtextata ex. S.C. in ca
pitolio poſita eſt ut et cẽteri exemplo eiusmodi accenderentur Sed

neqꝫ et tu quoqꝫ hoc ĩ loco nisi tibi tuas laudes ĩuiderimus:Sigis-
mũde Pãdulphe ſilẽtio obruẽdus es aut ullo pacto his duobus ĩfe
rior habendus quom tertiumdecimũ ætatis annum pene agens ſub
D.fratre tuo Roberto in illa peſtifera atqꝫ funeſta tumultuantiũ
patricidaꝝ conſpirationis eruptione cõſternatis tuorum iam omniũ
animis ſuborta de tota malateſtarum familia omniũqꝫ ciuiũ ſtatu
actum eſſet niſi protinus hinc te raptimqꝫ ſubripiens in legionis
unius numerum:Conuocatis undecunqꝫ ſubditorum populorum
auxiliis tecum una die confluentibus ferro :ui armis :cõtraq̃ plu
rimos fortiſſimos et ad ſubuerſionem urbis noſtrę ĩmitiſſimos ui-
ros cum maximo capitis tui periculo dimicaſſes.niſi tu tibi ac fra
tribus patriam rerum fortunarumqꝫ ſuarum pariter ac tuarum inco
lumitatem deperditam :et pene reſtinctam uindicaſſes illa peſte:
illo monſtro ac portento ſeditionis auctore atqꝫ flabello a ciuitate
reiecto :profligaris ceteris deinde factionis et tumultus illius primo
ribus atqꝫ complicibus et quę ad tertium uſqꝫ lapidem ĩ eorum au-
xilium prouenerãt: Piſaurienſium copiis:plurimis inſuper ad cu
ſtodiam:tutelam :firmitatemqꝫ ciuitatis noſtrę per te accitis prę-
ctiſqꝫ cohortibus:Sicqꝫ mirabile dictu in illa perditorum hominum
colluuione;unde ueterano armorum et equitandi totiuſqꝫ rei milita-
ris peritiſſimo euaſiſſe ſatis fuiſſet:Tu id ętatis ob tuam uigilantiã
ingenii uiuacitatem animiqꝫ pręſtantiam utriuſqꝫ fratris ſeruati &
patrię publice ſcilicet ac priuatę pietatis:triplicem meruiſti coro
nam:Clariſſimum inuictiſſimi futuri ducis initium:quid enim fuit
principem in ſuę adoleſcentię limine inſpicere tam maximum faci
nus committere audere:quid eo ipſo magnificentius:quid fortius
quid glorioſius:et laudabiliuſ :quid in antiquis maiorum tuorum
monumẽtis pręclarius:quid famoſius tuis potuiſſes poſteris relin
quere:q̃ una fere ac omnium uoce dici:hanc urbem nobiliſſimam
uniuerſum populum :ius:equitatem :leges;mores:per te quotẽpore
conſeruatos fuiſſe:neqꝫ id ſane cuiq̃ incredibile de te uideri debet:
qui annos ſemper tuos longe ãteceſſeris;et omnes uirtutũ omnium
ab ineunte ęuo numeros ita colueris:ut in te ante claruerint:q̃ per
ſpectæ:intellectęqꝫ ab aliis fuerint:Spretis nanqꝫ ſolitis puerilis ęta-
tis illecebris magna ui aſtrorum fortuna tuas res maximas ad impe
rium diſponente didiciſti non ignauia :non quiete;non ocio:non de
ſidia:non uoluptate torpere:Sed membra durare militares labores

perferre:uigilare:eſurire:ſitire:algere:ęſtuare:et cum ultimis mili
tum et equitum dura et aſpera quę ꝑ aggredi:Doctus etiam prę-
ceteris tui temporis regi pariter et regere;exercitus ducere:caſtra
metari: acies inſtruere:prędia agitare:hoſtes ferire:machinas er
rigere:firmare aggeres:pila torquere:haſtila iaculari;clypeis into
nare;enſem uibrando incredibilia penetrare:in candēdis equis nō
perſico more iuuari:Sed inſtituto ſine ſcanſilis ferri adminiculo
leniter facileq; eos inſilire ac reflexis in tergum manibus uelociſſi-
mis curſibus ad exemplum ducendi frequenter concitare nunc item
flexis habenis in medio curſu leui momento pręuertere nunc mō-
tes conſcendere nunc foſſas ſaltu traiicere:et ita demum ad omnia
rei militaris munia percallere ut non facile quiſq̄ poſſit ellicere mi
les ne an eques:tribunus:uel imperator maior:et inſtructior acce-
das uel habearis pluribus deinde quom adoleueris rerum eiuſmodi
per uniuerſam italiā īductoribus acciſis qui neq; prius a te dimiſſi
q̄ inceteris quę modo diximus exercendo eos aut ęquaris gloria:
aut ſuperaris diuitiis plurimis et honoribus auctos Alexandrum
Seuerum credo imitatus:quem poſt liteerarum ſtudia paleſtre ope
ram dediſſe ferunt uel potius.P.Rutilium qui armorum agitatiōe
uitandoꝝ inferendorumq; ictuum diſciplinam primus milites iuſſit
accipere et in caſtra penetrare ut ne dum uiribus et audacia qui
bus antea ſolis initebatur:ſed etiam arte induſtriaq; ualeret hiſdem
ſtudiis initentem Paulum Emilium legimus qui et filios:quorum in-
ſtitutioni frequēter intererat erudiri cenſuit;ac uoluit egregiis ta
lium rerum ſelectis præceptoribus Marius autem hiſdem nec dum
ſtudiis uerum quom eſſet annis confectus et multa corporis egritu
dine grauis;quo filium militaribus officiis ob eundis per reliquū
ætatis illuſtrem redderet;quotidie cum adoleſcentibus foras prodi
bat in medium una decertans:non neſcius quanti hoc in pace ima
ginarię militię genus a teneris annis ībibite ad maxima poſteroꝝ
diſcrimina;ac uera belli prędia ineunda conferret:Et licet hoc mili
tię genus quod in eiuſmodi exercitationibus quęritur longe impar
ſit ei quod inter bellorum tumultus per indigentiam rerum omniū
omneſq; terrores diſcitur:mirum tamen īmodum equitatu facile et
armatura leuiſſimum corpus reddit:idem expeditionem agens co
pias ſuas aſſiduis laboribus curſu et longo itinere exercuit: eoſq;
ſępenumero onera iubebat ferre et uaſa et cibaria illis ī faſciculos

coeuntia furcis imponi: ſub quibus et habile onus et requies faci,
liseſſet: unde in prouerbium poſtea uenit ut qui difficultate nulla
ifractus miles laborum eſſet patiens eorumq; non aſpernator Sed
ſtudioſus ardenſq; imperatoris ſui iuſſa tacite agens Marianus mu
lus appellaretur: Cato etiã Cenſorius filio ſuo magiſtrum ſe præ,
buit: quippe qui exercendi corporis non modo iaculandi tractandi
ut armaturum equum defricandi equitandiq; et pugno dimicandi:
calorem et frigus tolerandi ac rapidos gurgites et aſperrimos fluui
os ui tranandi artes inſtruxit; Vticenſis autem ille poſterior Cato
in gymnaſiis ſe exercens laboris ita patiens fuiſſe dicitur ut dete.
cto capite ſeu ſol ſeu imber eſſet cum amicis qui una iter faciebant
equiſq; ueherentur ſingulos ſæpe adiens et pariter cum ſingulis
ambulans loqueretur pedibus ipſe proficiſcens: Magnum et præcla,
rum quoq; erat ad animorum fiduciam maximum ducem aſpicere
Pompeium duo de ſexaginta annos natum ſaltu et curſu pedites
primũ equites armis deinde exercere; nudare enſem et currẽte equo
uectum per opportune recondere: in iaculatu præterea non agilitate
modo Sed pro tempore robur oſtendere: quem talibus inſidentem
ex iunioribus pleriq; haud quaq; facile ſuperabãt: Neq; enim ille po,
tuiſſet par eſſe ſertorio niſi ſe militeſq; ſuos frequentibus exercitiis
præparaſſ& ad prælia quom ad difficultates ille maximas: ad longas
itinerationes: per aſpera queq; et inuia aſſuefactus ex quibuſcunq;
locis inuadendi euadendiq; ac exercitum ducendi: peritiam quãdã
et ſũmam haberet: Maſiniſſa numidarũ rex nonaginta annos na
tus præceteris hominibus hac in parte admirabilis fuit: adeo quem,
admodum Cicero refert; ut nullo unq; imbre nullo frigore caput ſuũ
ueſte tegeret; Eundem cõſtat aliquot horis in eodẽ ueſtigio ꝑſtare
ſolitum; nec ante moto pede q̃ conſimili labore iuuenes fatigaſſet
ac ſi quid agi ut ſæpe ſolet a ſedẽte oporteret toto die: ſæpenume
ro nullam inpartẽ conuerſo corpore in ſolio duraſſet; & quom in
greſſus iter pedibus eſſet; in equum omnino non ascẽdere cũ equo
ex equo non deſcẽdere quin ĩmo noctem diei sic plerunq; iungẽdo
ducere ut nihil ex his quæ adoleſcẽtes ſolẽt ommittere uideretur;
P. Scipio contra numantiam miſſus corruptum ſecordia ducum
exercitum; Exercitatione correxit cogens niues et frigora pati; ua
da fluminum pedibus traiicere timidos ſubinde exprobando et
ignauos frangendoq; delicatioris laſciuioriſq; uitę uſus et parum

neceſſaria expeditioni uaſa:Curauit pręterea Cyrrus:ut nunq̃ mi-
lites niſi ſudore pręuio:prandium ſũmerent aut cęnã:Idq; aut ue
natione fiebat;aut alio ĩiuncto opere quod egens feſtinatione ſudo
rem eliceret:Mytridates rex ponti per hyemen, otio marcere mili
tes nũq̃ paſſus eſt eos nanq; ac ſe ipſum cõtinuo tectis haud quaq̃
urbanis:Sed caſtrenſibus tenuit neq; uero ludis niſi acerrimis mẽ
bra in dies exercuit:aſſuetus feras curſu perſequi;et uiribus non
nunq̃ congredi:ne Zephiro ad bella uocante uires per blandimẽta
langueſcerent:a.C.quoq; Cęſare quem ultraq̃ credibile cuiq̃ uide
atur laboris patientem fuiſſe conſtat:Tyrones domi per equites
perq; etiam ſenatores armorum peritos inſtructos legimus:ad eoſq;
ſe ipſiſſe perſępe:quo ſingulorum curam diſciplinamq; ſuſciperẽt
nec tyronibus ſolum: Sed militibus etiam ſuis:ac uniuerſo exercitui
diu noctuq; ſubtrahebat:augebatq; iter quo per ſegniciem et ĩetriã
ſubsequentes defatigaret:quæ omnia ſilentibus bellis animaduer
tens probus Aurelius in negotio uerſari milites ſuos q̃ in otio ne
languerent:ſatius foreduxit:Fabricis nunc urgendo nouis:altas
nunc extruendo turres nunc aquoſa deſſicando loca:nunc templa
quæ uetuſtate corruiſſent reſtaurando:aut noua et pulcherrima cõ
ſtituendo atq; colendo:ſaltationem quoq; domi a lecedæmoniis ad
miſſam inter exercitationes ad bella utiles fuiſſe memorię proditur
quam Socrates apud græcos probat et maiores noſtri nec inhone-
ſtam:Sed neceſſariam ſimili modo putant quom apud eos saltatio
nem in armis habitam et ab ipso tripudio saltatorio salios denomi
natos conſtet:Et q̃q̃ uno eodemq; tempore tribus nobiliſſimis ciui
bus non modo ſtudium saltandi:Sed etiam peritiam qua gloriarẽt
fuiſſe non dubiũ sit:Gabinio scilicet conſulari Ciceronis inimico:
quod ei etiam Cicero non diſſimulanter obiecit:et M. Celio noto
in turbas uiro:quem idem Cicero defendit;et Licinio Craſſo:Craſ
ſi eius qui apud parthos extinctus eſt filio:Criſpus tamen Salu-
ſtius ſpectata ueritate hiſtoricus ſemproniam nobiliſſimam foemi-
nam reprehendit:non q; ſaltu ualeret:Sed q; eiusce rei singularem
q̃dã peritiã et eruditionẽ habuerit:Et Sci.ut Senecę uerbis utar:
eo ĩ libro qui de animi tranquilitate inscribitur:Triumphale illud
et militare corpus mouet ad numeros non molliter:Sed infringens:
ut nunc mos eſt etiam inceſſu ipſo ultra muliebrem mollitiem fluẽ-
te:Sed ut illi Antiqui uiri ſolebant interluſum ac Feſta Tempora

uirilẽ ĩmodũ tripudiare non facturi detrimentũ etiã;ſi ab hoſtibus ſuis ſpectarentur. Nec tibi deniq; Sigiſmunde. huius et illorum ſaltationis ſtudium turpitudini fuit ſimili mõdo exercere;prodireq; ĩ medium ac modo aperta fronte modo perſonata non nunq̃ populo eſſe ſpectaculo hac ratione tua;q; nulla pars corporis in ſaltatione uti ſæpe et phyſice quidem dicere ſoles ocioſa ſit;Sed collum una et crura et manus exerceantur exerceriq; debeant per eum qui ſit corpus agilius et ad omnem militarem motum ac celeritatem promptius habiturus;Prẽter hoc Nembroth; uel ut alii perhibent Apollinis Dianę q; inuentum uenandi ſtudium ſũmopere probare etiam soles quod parum tibi quid a iuſto differre bello uideatur;Quom opus ſit feras inſequi fugientes locorum aſperitatibus abruptis et inuiis moueri maximos labores capiendi ſtudio ſubire ;abſtinere a multis ęſtus et algores pati;ſitim ac mediam tolerare;commoueri deniq; animo quõm ſint manus conſerendę cum feris cominusq; congrediendum his cauſis honeſtiſſimis nec ad illecebras tãtum et animorum relaxationes antiquorum plurimos ac quidem grauiſſimos inheſiſſe percelebre eſt;Nam fixerit ceruam licet;aut erimanti nemora placarit uictor alcides; Aprum calydonis regionis uaſtatorem ſtrauerit Meleager fuderit auctor romani generis ceruorum corpora non uoluptati ſuę ſed publicę utilitati proſpexere;Cyrrus ſimili modo publice utilitatis militariſq; diſcipline gratia eos ipſos qui aptiores bellis uidebantur uenationi aſſuefaciebat propterea q; id genus exercitii plurimum bellice rei conducere ad explorandas itinera et diuerſorũ locorum anfractus non dubium ſit;Prætereo Alexandrum Sertorium. M. Antonium ; Alexandrum itẽ ſeuerum ;Hadrianum tacitum plureſq; alios ſuperioris temporis Imperatores ac duces maximos hoc exercitii genus ſũmo quodam ſtudio proſecutos Quos uero ſpecies illa uenationis oblectat ut aues auibus inſequatur;si tamen hoc genus aucupii uenationi cenſeas annectendũ mitiori quidem ſtudio exercentur;Sed non impari leuitate ac uoluptate ;Huius autem exercitationis auctorem ſunt qui Machabeum egregium belli ducem fuiſſe confirmẽt; Ab antiquis autẽ ſeculariũ hiſtoriarum ſcriptoribus fidem ſũmentes Vlyſſem perhibẽt; qui primus exciſa troia armatas aues attulit græcie;quas ſua ui quadã & grata ĩtuẽtium admiratione duce natura incognati generis exitium animauit; Nam quom accipitres paſſim auibus ĩsidiẽtur eas q;

rapiant:alii ex terra ſolum:alii non niſi circa arbores uolitãtes.alii ſedentes in ſublimi:aliqui uolantes in aperto in thracię parte ſup Amphypolim homines et accipitres; ſotietate quadam aucupantur Hi enim ex ſyluis et arundinetis excitant aues: Illi ſuperuolante deprimũt rurſus captas aues diuidunt cum his. Traditũq; eſt miſſas in ſublime ibi accipere eos;et quom tempus ſit capturę clangore & uolatus genere inuitare ad occiſionem;Piſcationis autem usus:et modeſtior eſt:quem nec aſpernati ſunt plures et qnidẽ magni uiri Auguſtus præcipue et.M.Antonius qui ob laxandnm animum piſcari ſępius hamo ſolitos ferũt:quanq; et honeſtior forte et probãda magis illorum uita fuerit de qua inquit Naſo;Piſcis adhuc illis populis ſine fraude natabat:Hoſtreaq; in cunchis tuta fuere ſuis:Nec latium norat quam prębet Ionia diues: Nec quę pygmeo ſangnĩe gaudet auis Natandi peritia propter maritima etiam bella his adhibenda uidetur:quom et periculis liberare milites ac duces plerunq; ſoleat et ad quęque clariſſima facinora audatiores reddere:ideoq; maiores noſtros campum martium Tiberi finitimum delegere quo et milites tabem omnem;ſudoremq; illum Martium atq; ſqualorem armorum exercitio contractum dilluerent:ac natando labore deponerent;huius rei peritia Sertorius Romanis aduerſus cymbros male pugnantibus ammiſſo equo et uulnere ĩſuper accepto:Rhodanũ amnem cum thorace et ſcuto per aduerſos fluctus et fluminis uortices toto corpore atq; omnibus ungulis ut dicitur plurimum initendo traiecit:Simili modo Iul.Ceſar quom Alexandrie circa oppugnationem irrumpentiſq; multitudinis impetum pręſſus ſcaſſam cõſcendiſſet;mox pondere ſequentium pręſſam ac porro merſam;perducentos paſſus ad nauẽ una manu elata;qua litteras deferebat natando peruenit;Sicq; ut ſint qui paludamento in fluctibus dimiſſo enataſſe illum dicant;idq; ſeu fortuito ſeu cõſulto ut hoſtes ĩ illud ſagittis ac lapidibus intentos faceret;Sintq; qui paludamentũ mordicus trahentem;ne hanc quidem gloriandi materiam hoſtibus reliquiſſet confirment;hec tamen uulgatior;et certioribus teſtibus ſuffulta ſententia eſt:nam de eo nulla eſt controuerſia;eleuata illum ſiniſtra manu natauiſſe ne libellos quoſ ca geſtabat maris aqua perunderet huius diſcriminis forte memor Auguſtus;ea in re nepotes ſuos ita ſtuduit erudiri ut et ipſe plerunq; per ſeſe doceret:Talia porro exercitia recipienda ſunt quę ad imitationes eorum quę

poſtea ſerio erunt facienda accõmodari poſſint:nec faciat exercẽtem habentemq; uilis exercitii operatorem uile autem exercitium putandum eſt quodcunq; corpus aut animum ſiue mentem deterius diſponunt;ut mercenariorum turba plurima et que ſordida nuncupamus mentem enim non expeditam nec ad opera bellica utilẽ :ſed uilibus occupatam reddunt;illud ſimili modo unum nec prętereundum tanq̃ omnium utiliſſimum;equos ſcilicet ad equitandum idoneos;Sed inexpertos laboris celeriter confici necariq; ſolere;proĩde equitem oportere frequenter eos agitare et quoniã frena et falere exloris confecta maxime uſui ſunt nunq̃ ſine illis incedere;ſicq; parua impenſa per magnum ſibi prędidium comparare poterit;et glorioſius in omni bellico certamine uictor euadere.

E R V M quoniam clarorum uirorum atq; magnorum nõ minus otii q̃ negotii rationem extare oportet quom nihil pene ſit in opere naturę;quod non exemplo dierum ac noctium aliquas uices feriarum uelit huic:ipſi modum finemq; prędſcribamus ;Primum itaq; quom permultę ſint animorum huiuſmodi relaxationes que aliquo ſtudio feſſos leuare poſſint:uigorẽq; animi ab omni triſtitia et pertinaci laboris continuatione feriarum illariter diſcutere in otio et ceſſatione:id potiſſimum erit:nequid illiberaliter nequid petulãter:nequid flagitioſe:nequid obſcene molliter impudenter:ac ĩprobe ſuſcipiatur;Sed quicquid id erit:sit urbanum sit ingenuum:sit facetum et eiusmodi deniq; ĩ quo aliquod probi et generosi anĩ lumẽ elluceat ut que apophthegmata & ſcõmata uocãt;quibus Auguſtus C. Adrianus aliiq; permulti ferociſſimi et bellicoſiſſimi uiri maxime lacedęmonii usi perhibentur: Apud hos enim inter cętera exacte uitę inſtituta;hoc Iocandi genus a Lycurgo inſtitutum eſt;ut adoleſcentes et ſcõmata ſine morſu dicere et ab aliis in se dicta ppeti discerent:unde ſi quis eorum ĩ ĩdignationem ob tale delictum prolapsus fuiſſet;ulterius ei in alterum dicere nõ liceret;quę res quãtum utilitatis sit allatura;qui Lycurgi uitam legerit facile inueniet:licebit etiam uariũ uitę genus habere modo ruri eſſe modo in urbe ſępius in agro quieſcere ac deãbulare ut Scipio ille qui primus Affricani nomen geſtis rebus et uirtute

meruit Quippe qui ſpiritum domitorem gentium et aures caſtrorꝝ ſtrepitu et tubarum fragoribus oppletas: huc referre cõſuerat: non ut uirtus otio langueret Sed ut ſeſe mens uarietate negotiorum diſcreta colligeret; Quamobrem nec ſibi unq̃ otioſus neqꝫ ſibi ſolus unq̃ uidebatur: Huius neposet ipſe Affricanus Scipio ſicut laboris et exercitii ſupra fidem patiẽs: ſic otii et ſolitudinis cupidus ſolus ſępe cum Lelio ruſticari Perigrinariqꝫ ſolitus: interdũqꝫ littoribus uagabundus expugnatricem illam carthaginis numantiæqꝫ dextrã ad marinas conchulaſ calculoſqꝫ interlegendoſ inclinaſſe eoſqꝫ ut Ciceronis uerbo utar incredibiliter repueriſcere eſſe ſolitos: quom rus ex urbe tanq̃ e uinculis euolaſſent: Q. Mutius Scęuola diuini pariter et humani iuris illa ętate conſultiſſimus a procellis fori fugiens in otium et aleę et calculorum ludo fertur operam dediſſe: eaqꝫ uiciſſitudine rerum mole pregrauatum ingenium releuaſſe: quanq̃ eo in genere probandi forsan magis sint idem. Qu. Mutius Scęuola Augur et Lycon philoſophus qui optime pila luſiſſe dicuntur; quod forenſibus cauſis interpetrandiqꝫ iuris: ac rerum naturalium labore fatigati ad hoc præcipuum otii genus recreandarum uitium confirmandorumqꝫ laterum gratia ſeſe conferebant: Dionyſium quoqꝫ ſyracuſiũ hoc etiam ludo delectari solitum accepimus: et. D. Auguſtum poſt finem ciuilium bellorum ab exercitiis campeſtribus ad pilam tranſiſſe et. M. Antonium uerum Auguſtũ M. qꝫ Aurelium Antonium: qui ut de eo scriptũ eſt pila quoqꝫ luſit apprime: calculorum quoqꝫ luſus quorundam iudicio nec indecens habendus: quom et pugnæ belliqꝫ ſpeciem preferat: hoſtiliſqꝫ certaminis: dicente Ouidio diſcolor ut recto graſſetur limite miles: quom medius gemino calculus hoſte perit ut magis uelle ſequi ſciat: et reuocare priorẽ necito fugiens ĩcomitatus eat: qui ludus proinde ꝙ pauculis lignis ſit uagis ac furtim inſidiantibus atqꝫ latrocinantibus: latruncularius ludus apud ueteres dicebatur: Vnde Martialis:

inſidioſorum ſi ludi; bella latronum: Geminus iſte tibi miles et hoſtis erit Et quãq̃ ꝓbent hoc alii ex eo ꝙ ĩgenii multa meditatione excitare acumen uideatur: Ex eo mihi quidem uidetur magis improbandus quom nihil ſit temporis ammiſſione infoelicius nihil deteriuseo in quo minimum profitias plurimum cum labores: Poſſet enim motus animi et mentis agitatio illa quę ibi fruſtra diſtrahitur rebus magnis ſeriis et melioribus accomodari: unde nõ ab re pręter

Scęuolamet Augustū apud maiores nostros hoc ludo ludere quoq; ſimias ſolere:auctore Plinio memoriæ proditum eſt:Tabulaq; uero ludus nec aspernandus nobis uidetur:quem Pallamedes troiano bello:ut Varro tradit id circo inueniſſe legitur ut uel hoc negotio milites occupatos teneret taliq; ludo auerteret aſeditionibus exercitum:iocundum quoq; et fructuoſum eſt:Alearum noſce certamen cuius ſimiliter ſtudio Claudiū Cęſarem libro de ipſis edito teneri quondam nouimus legimus et Neronem et Domicianum uerum Cōmodum et Auguſtum Cęſarem inprimis tantum huius rei cupidum fuiſſe:ut de bello ſiculo mordax epygramma huiuſmodi in uulgatum ſit;Poſtq; bisclaſſe uicta naues perdidit aliquando ut uincat:ludit.aſſidue alea huius etiam uoluptate certaminis ptholomeum et Alexādrum pluresq; alios grauiores curas nouimus deliniſſe idq; interludēdum egiſſe ut cū laude et gloria maioribus negotiis aptiores poſtea redderentur:quod ſi autem cupiditatem ſequitur minime liberale aut indecentem uiro molliciem illam quam Athalus aſiaticus dicitur inueniſſe quanq; aſię regno exciſo inter manubias non ſub una ſpecie migraſſe ad.græcos ferūt dānoſum tanq; ac iurgii plenum fugiēdnm eſſe et leges iubent:et his uerbis Naſo non reticet:Sunt aliis ſcriptę quibus alea luditur artes:hoc eſt ad noſtros non leue crimen auos:Quid ualeant tali quo poſſesplurima iactu Figere damnoſos effugiasue caues Alius uero aleę luſus cū ere quondam pueri denarios in ſublime iactantes capita aut nauim luſu teſte uetuſtatis exclamant quid criminis turpitudinisue in ſe habeat nec uideo neq; intelligo Addit etiam Herodotus Talarium ludum et ſperę lydos fame oppreſſos quaſi ſolatia quędam inueniſſe Altera enim die ludebant alia epulabantur:atq; ita duo de uiginti annis feciſſe quę ſi non ad uoluptatem:comparata ſunt ſimiliter improbanda minime puto:Non igitur ad tam uarias huiuſmodi ludorum ſpecies atq; iocorum tanta clarorum hominum ducum ac principum cupiditas tenderet niſi uoluptatem quandam natura inſitam luſus iocuſq; haberent quom conſtet uitam in laxationem et ſtudiū diuidi oportere ob hocq; nō ſolum lucubrationes et uigilias ſedetiam ſomnos nuentoseſſe non turbines et:tempeſtates ſed tēperies nec bellum rurſus ſed pacem et inducias nec laborioſas ſemper actiones:Sed celebritates quaſdam a legum cōditoribus inſtitutas quibus ad hilaritatem homines publice cogerentur.

MNES SIGISMVNDE PAN.
dulphe omninm pene diſciplinarum inſtituti-
ones naturã et exercitationem quę ſine dubio
plurimum iuuant in ſuperioribus libris;atti-
giſſe ſatis uiſum eſt:Nunc uberiore quadam
comprenſione per omnes quidem ſpecies uir-
tutum exemplorumq; ire qui poterunt magis
proficient:maxime ſi ducum atq; imperatorũ
quisq; consilia;quę græci ſtratagemata appel
lant;multaq; multorum grauiter:argute;faceteq; dicta:ut ea quę a
sene Catone collecta sunt quæ uocant apothegmata et ratione et
loco et tempore usus diligenter ĩspiciet:Nam et omnium quæcũq;
docemus exẽpla potentiora et efficatiora ſunt etiam ipsis quæ tra
duntur artibus:in his enim mirabilem quandam ac uariam illis ex-
cogitandi generãdiq; ſimilia opera noſtri duces et imperatores ſũ-
ment alimoniam:quom nihil ut ita dixerim ante prælium in prelio
poſt prælium;ſtrenuum:memorabile;clarum;uafrum:callidum cõ
tinenter:conſtanter:benigne;liberaliter;innocenter:magnifice:ſa-
pienter:cum laude;et uirtute dictum;factumue quod non hinc legẽ
tium animos facile poſſit irrepere:Non alienum igitur erit ea pri-
mum uirtutis exempla pertingere;cuius quidem nota omnibus qua
dripartita diſtinctio eſt;nam et callere ducem oportet et quid agẽ
dum non ſolum in prelio aduerſus hoſtem:Ceterum ubiq; et cum
omnibus induſtrium eſſe neq; enim ſemper duces pugnant;immo
ſæpenumero per inducias;aut caſu aliquo poſitis armis cum amicis
aut hoſtibus colloquuntur;ubi in eligendis aut reiiciundis rebus
falli agreſte uel ſubruſticum aliquid et ineptum loqui imprudẽ-
tis et ĩſulſi eſt;Enimuero ne in id prolabamur naturę comitas;affa
bilitaſq; præſtabit;in qua primus omnium affricanus maior;inde
Auguſtus Veſpaſianus multiq; alii ex noſtris Pompilius rex Roma-
nus et Fabius maximus et Catones duo clari fũt;Adde his M. Au.

Antonium longe prudentiſſimum:eum inq̃ qui phiſicum maluit:
q̃ Cęſareum cognomen ex alienigenis:Cyrri ambo;Poenus hanni-
bal:et ponticus Mytridates:Et hęc quidem prudentię uirtus ī tres
partes diſtributa eſt:Memoriam enim intelligentiam:ac prouidē-
tiam affert quę tres oculos ī totidē quoq; tēpora mira rer; diſtanti
um connexione defugiunt:memoria:quę rerum geſtarum:locorum
temporum:ac perſonarum meminit cui pręter cęteros fiunt īſignis
haud facile dixerī pmultis gloriā eius adeptis Diuo Iulio.Cęſari
hoc inprimis ab hoſtibus datum ſcio ut memoria polleret eximia:
de qua inquit Cicero q̃ nihil ſoleret pręter ĩiurias obliuiſci:quippe
qui huius rei quoq; beneficio et legere ſimul et ſcribere:et audire:
et epiſtolas ex tempore tantarum rerum duobus libraris et pluri-
bus ut Oppius ut alius hiſtoricus quidem et orator inſignis īquit
Quaternas uel ubi nil aliud ageret ſeptenas dictare ſolitus ſit:miri-
fica profecto res tam facile ſingulis adeſſe:tam fideliter omnium
reminiſci:Nec ſum neſcius huius quoq; rei ſingularem.Q.Fabio
Max.laudem contigiſſe iter multa nimium quæ uiri illius glotiam
extollunt hoc non in ultimis poſuerim q̃ ingenti quadam fuit noti-
tia uetuſtatis de quo eſt apud Ciceronem:q̃ omnia non domeſtica
ſolum Sed etiam externa bella memoria complectebatur:itaq; mi-
nime miror q̃ bello punico ſecundo dicta eius:conſiliaq; tum in po-
pulo tum inter primores patrum pro oraculis habebantur:uere eni
mihi uideor dicturus:qui multa ſuperioris temporis memoria tenue
rit fore quodam modo futurorum uatem Sed quom duplex ſit me
moria altera rerum:uerborum altera primam qualem ī Fabio modo
rettuli:Talem in.L.Lucullo ampliſſimo et ĩperatore et philoſpho
admirabiliter uiguiſſe comperio: Alteram atq; ſecundam habuiſſe
uidetur Scipio:Ex omnibus enim gentibus ac ſęculis nullum in hac
re facile ſibi prętulerim:ſi modo uerum eſt quod tradūt ipſum etiā
populo.Ro.nomina reddidiſſe:quę res quidem pene ĩcredibilis eſt
niſi eam permulti clari auctores:inter quos Plinius ſecundus ī na
turali hiſtoria id proprio teſtimonio cōfirmaſſet:fuit et Adrianus
ingentis et mirificę memorie quippe qui et libros ſtatim lectos &
ignotos plurimis memoriter redderet unoq; tempore confabularet
ſcriberet dictaret audiret:Ab occaſu ad orientem uerſo Themi-
ſtocles graiæ gentis primus occurrit qui inter grauiſſimas occupa
tiones publicas et priuatas:cunctorum ſuorum ciuium nomina et

erat athenis natus memoria tenebat ſtupendum profecto negotium niſi .L.Scipionis mentio preceſſiſſet:Cynneas quoq; Pyrrhi regis nuntius clariſſimam excellentię huius gloriam conſecutus eſt:lega tus enim Senatui.Ro.poſtero q̃ ingreſſus eſt urbem die nouus homo et ab ea patria alienus uniuerſum propriis ſenatum nominibus ſa lutauit:Sunt qui equeſtrem ordinem:ſunt qui urbanam omnem cir cunfuſam ſenatui plebem adiiciant:Pręclarum ſane facinus opero ſum ac diligens etiã ſi ob aliud romã nõ ueniſſet Cyrrus porro per ſarum rex et:si maximis exercitibus pręeſſet omnium tamen militũ nomina meminerat:Mytridates deniq; ut auctori noctiũ atticar; A.Gellio quinq; et uiginti ut Plinio duarum et uiginti ut uero ne poti eius:eo libro qui de uiris illuſtribus inscribitur:quinquagĩta gentium:quę ſub imperio eius erant linguarum noticiam habuiſſe perhibetur:et iura cuilibet patrio ſermone reddidiſſe:et ĩcontioni bus ſingularum nationum ĩterpetrem haud quaq̃ illi fuiſſe:quę res et illum militibus et hunc populis ſuis acceptiſſimum fecit:intelli gentia in rerum pręſentium cognitione ſita eſt:hac qui fuerit pręditus imperator:is non aliena ſed uera et immortali mihi laude probãdus uidebitur cui conſẽtaneũ illud erit quod actius Vlyſſẽ probans in philocteta ſuo et in eius tragoedię principio inquit: inclyte parua prędite patria nomine celebri claroq; potens pectore achiuis claſſibus auctor Grauis dardanis gentibus ultor:laerciade nouiſſime patrem memorat:uerum omnes laudes eius uiri non lu ertes:nec quiſq̃ alius ſibi uendicat:Sed uirtus eius ducis ſotia nec aliud in eodem Vlyſſe monet Homerus qui ſemper ei comitem uo luit eſſe prudentiam quam poetico more Mineruam appellauit:q̃ q; ea comite Vlyſſes horrenda quæq; ſubiit:aduersisq; omnibus pręfuit:ea nanq; adiutrice cyclopis antrum introiit uerum egreſſus ẽ: Carybdimet Scyllam pręternauigans nec retentus nec erreptus ẽ ad lothofagos profectus eſt nec remanſit:Syrenum cantus audiit et Cyrces nouit pocula:quę ſi cũ ſotiis delinitus ſtultus:cupiduſq; bibiſſet:ſub domina meretrice fuiſſet turpis et excors uixiſſet canis ĩmundus:et amica luto ſus:ut Flaccus inquit Sic Homeri ĩ cunctis imitator Maro:uirum inſignem armis et pietate deſcribẽs:et quẽ dignum cenſuit ut patrem faceret romanorum in recte gerendis omnibus ei Achatem ſotiauit ut circunſpecto duci ſic negotia pro cedant:ut nullus inſidiarum dolis prępediatur .et quaſi inuiſibilis

gerendorum uia non uulgata ad finem intentionis accedat: Elegã
ter equidem quom: nec res militaris nec pietatis opus sine solicitu
tudine et prudentia exerceri queant; hanc subdistinguere uisum ẽ
nobis; Est enim quoddam hominum genus percipiendis litterisq̃
apertum quos prẽcellenti ingenio et usitatiori nomine ingeniosos
appellamus: q̃q̃ in actibus humanis hebetiores sint non nunq̃ men
tis acumine: quom allii e contra ad res gerendas acutissimi; perce
ptioni litterarum inhabiles habeãtur; quos uel sagaces: uel cautos
uel solertes; uel astutos non alienum est appellare quibusq; magna
pars conuenit eorum quę greco uacabulo stratagemathicon appel
lant: ubi in re bellica pro negotii qualitate presens subito: capitur
consilium ad effectumq; perducitur: Quod quia negotio perficitur
dixit quidam romanę linguę disertissimus auctor neq; illi tamen ad
cauendum dolus; aut astutia deerãt: Et Crispus compertum esse in
bello plurimum ingenium posse: in hac itaq; ingenii et ĩtelligentie
parte si recte diiudicare uoluerimus. nec nos met ipsos amore no
stri decipere iam uidebimus manifeste tempora nostra haud quaq̃
antiquis respondere nisi forte Pyrrho et Hannibali aut Fabio Ma
ximo aut Marcello aut Iulio Cęsari sęcula nostra pares aliquot aut
comparandos queant afferre: Est autem quom in longum tempus
consilii effectus extenditur; ubi locum sibi uendicat prouidentia
quę tertia prudẽtie pars est; per quam non tam prẽsentia q̃ ex prę
sentium et prẽteritorum collatione futura noscuntur: Sequitur for
titudo; uiri fortis maxime propria: Sed hęc quoq; duplex ẽ: Altera
animi de qua sermo nobis post habendus: Altera corporis sub hac
membrorum robur agilitas; et quinq; integritas sensuum colligi
tur neq; enim dux inualidus: quanq̃ idem doctus obeundis mune
ribus bellicis aptus habebitur; utilii ille consilio non pugnę domi
uerbis aptius ac foelicius q̃ in castris decertabit: Quę res africani
magni filium uirtute animi patri equalem; doctrina uero etiam alti
orem inhabilem bello fecit: contra neq; prẽualidus; Si nimia corpo
ris mole grauabitur; repente poterit uariis in locis ubi res exiget:
cohortandis militibus propulsandisq;. periculis adesse; neq; rursum
cęcus uel surdus ut uel hostium uel suorum statũ circonspicere ex
dissonis uocibus clamoreq; militum qnid in re quidue futurum iudi
care queat; huius proprium esse aiunt exercitus ducere aliena ua
stare delere urbes oppida exscindere; liberos populos aut trucidare

aut ſubiicere ſeruituti ex quo plura hominum milia afflixerit ſpoli
auerit;ſubſtulerit;cruore campos inundauerit;fluminaq; infecerit;
et maiora quęq; fuerit aggreſſa:eo magis nomen eius illuſtrari in
hac prępolentis uirtutis parte apud externos clarum nomen habet
Pyrrhus Hannibal et Maſſiniſſa ex his uero hominibus qui prodi-
gioſa uirium oſtentatione gloriantur Pollydamas;et Myllon omni
um certaminum uictores palmam ſecum afferunt horum enim alter
ante olympiacum certamen currus ſiſtere currentes:Et manibus
contra nitentibns iumentis obnixus retinere ſolitus eſt;Alter in
Clypeo uncto perſtare;neq; ſolum depelli ab eo ulla ui poſſe:uerum
non ſecus ac ſtatua quędam plumbo affixa reſiſtere:Tritannū quē
dam etiam legimus qui ludo ſamnitū gladiatorio leui tactu aduer
ſarios omnes uicit;eius quoq; filiū,Gn.Pompeii militem tā parui
faciſſe hoſtem prouocantem;ut inermi eum dextra ſuperaret;Et di-
gito uno correptam in imperatoris ſui caſtra tranſferret;Firmum
Saturnium robuſtiſſimum etiam adeo fuiſſe ferunt;ut Tritannum
huius parentem;cuius Elius in prodigioſa fortitudine meminit uiri-
bus ſuperaret;Nam et incudem ſuperpoſitam pectori conſtanter
pertulit,quom ipſe recliuis ac reſupinus et curuatus in manus et
terga penderet potiusq; iaceret;Ex regibus uero noſtris et ducibus
inſignes habentur.Tul. Hoſtilius romanus;rex nec non uterq; affri
canus et Marius Mariusq; tyrannus.Iul.Caesar;et Papirius cur-
ſor;Deniq; ac maximus;quorum alter nactus ex pedum pernicitate
cognomen;Alter ex uiribus quom alii Crotoniatem eum Millonē
alii Herculem;Antheum alii uocarent;Nunc ſupereſt ut de reliqua
fortitudinis ſpecie diſeramus;cuius munera hęc maxime ſunt mor
tis ſcilicet dolo iſq; et asperarum terribiliumq; rerum contemptio
Et quanq; hanc multi ducum propriam militaremq; uirtutem opi-
nentur quom ſit omnium in bello tamen clariot inter mortes et uul
nera emicat huius uirtutis ante alios inuictum habitaculum Ro-
ma fuit proximum lacedæmon;et Carthago;Hic ex noſtris primus
occurrit Romanæ Sapientiæ Princeps Cato Cæteris multorum
eruditorum ſententia maxime pręcellens cleantem Cryſippum Ze
nonem Empedoclē ſecutus credo qui omnes alia licet perſuaſione
ſponte ſua lęto caput obuii obtulere tam et ſi nullam in catone fu
iſſe uerum omnem potius ceſſiſſe fortitudinem aſſerant alii prę
claro ingenio et pręſtanti doctrina uiri quom proprium uirtutis

huius partis ſit aſe et a recto rationis tramite non diſſedere nec ĩ re
bus aſperis perturbari ac deiici;Sed perſiſtere fortitudinem aſſerẽ
tes non umbratilem eam eſſe quę contra naturam monſtri uice ni
titur: ultraq; modum eius egreditur aut ſtupore animi:aut ĩmani
tate:aut inſania qualem fuiſſe accepimus ferum quẽdam in ludo Cę
ſaris gladiatorem:qui quom uulnera eius a medicis exſecabantur
eo fuit habitu oris ut ſuperante lęticia dolores ridentis etiam ſpeciẽ
prębuerit:Sed eam ueram et probam quam ſocrates:et maiores no
ſtri ſcientiam eſſe dixerunt tollerandarũ rerum et non tollerandar
per quod apparet eſſe quędam ĩtollerabilia:quibus fortes uiri aut
obeundis abhorrent aut ſuſtinendis:in hac etiam ex noſtris Iulius
Cęſar a nobis ſępe dictus dicẽduſq; nobis occurrit;Occurrũt Affri
cani duo Pauli totidem Macedonicus et Cannenſis;Claudius Mar
cellus:Cladius Nero.Ti. Graccus;C.Marius;Druſus et Germani
cus Cęſares;T.et Traianus principes:Ex uetuſtiſſimis autẽ primus
et tertius romani reges;Nec non ex equeſtri ordine:Oratius Cocles
L.Siccius dentatus tribunus plebeius.M.Sergius innumerabileſq;
alii:Si ſingulos quoſq; proſequi libeat;quom plures una gens ĩ quo
cunq; genere eximios tulerit q̃ cętere terrę Externi uero Lacedęmo
niusLeonidas Athenienſis Mylciades ſupraq; nominati Themiſto
cles atq; Epaminundas Et ex antiquioribus liber Hercules theſeus
Achilles:Hector;Tydeus;Diomedes:Aiax;Et uirgilianus Aeneas;
Hannibal quoq;:genitorq; Amilchar:et germanus Haſdrubal Ale
xander macedo et huius genitor philippus et Auunculus Alexan
der epirenſis ei Pyrrhus etiam ipſe epyrrhotharum rex de quo ſu
pra diximus:Hębreorum inſuper et inprimis Dauid Joſue deinde:&
Iudas porro;nec me fallit eam licet uirtutem Ariſtoteles ipſe pertu
lerit;quibuſdam uideri poſſe ethicum me uirtutum perturbaſſe or
dinem non ſolum prudentiam his annumerando uerum etiam forti
tudinem iuſticie pręferendo militarem:Quom ſępenumero iuſtitia
longe præfulgens;perfectaq; uirtus ad aliũ maxime cenſeatur;quod
non ab re:Sed de induſtria quoq; factum eſſe ſcito Eſt enim uiri
propria maxime fortitudo ſola inter cæteras maſcula plena ſpiritus
Plena uigoris et animi honoratiſſimam uero eam eſſe omnium uir
tutum Ariſtotelis ſententia ex eo patet non quia optima ſit uerum
propter ea quę in ea ſunt optima:et utilia quas ob res imperatoꝝ
ſimulacra defunctoꝝ militari fere habitu ĩſigniri obeliſcos colũnas

et Pyrrhamides: Arcusq; triumphales errigi & posteritati cõsecra
ri uidemus: quasi prẽcellentissimum sit in eo genere laudis ac uirtu-
tis potissimum claruisse: Et quanq̃ fortitudo hominum cẽtus maxi-
me protegat non minus et iusticia una omniũ domina et regina uir
tutum etiam ducum propria censeri potest; q̃ sola hominum conuẽ
tus regit; q̃ fẽdera societatis humanẽ continet; q̃ seruare non amicis
modo sed hostibus fidem monet: Quomq; nihil fraude utilius nec
dolo efficacius in his quæ in bellis prospere; atq; ex sententia gesta
sunt: quẽ plurima ac maxima esse comperies et quorum gratia aut
repudianda imperia sunt aut una cum suis artibus obeũda sunt qui
hac Xenophontis sententia freti in eo libro qui equitum præfectus
inscribitur licere sibi existiment hostem ne dum dolo fallere: sed a
diis ĩmortalibus ipsis ut posse contingat præcandum omniq; stu-
dio: fraude uel uirtute innitendum: iuxta illud corebi apud Maro-
nem in illa turbulentissima nocte troianẽ captiuitatis post Androgei
mortem inquientis; mutemus clypeos Danaumq; insignia nobis ap-
temus; dolus an uirtus quis in hoste requiret: Sint licet qui detestã
dum id omni tempore putent mutationem illam clypeorum et reli
qua non grauissimi poetẽ; Sed adolescentia ore dictum censeri de-
bere: Asserentes quod malum et antiquum; et nostri temporis est
Seu illa ignauia est ducum seu militum insolentia: auaritiæq; rabies
utraq; sententia militantium ducumq; animis extirpanda est ut ho-
stibus seruet fides: amicis humanitas: utrisq; iusticia: ut et illis nõ
nisi seruato decore noceas et his nullo penitus noceas modo: Nam
quid turpius aut quid usq̃ sceleratius: q̃ nocumento his esse quorũ
tutelẽ ac prẽsidio euocatus sis: q̃ ex custode raptorem ex cane lupũ
fieri Huius gloriẽ prima in parte clarissimi habẽtur Fabricius: et
Camillus et Regulus quorum primi duo quom possent dolo uincere
noluerunt: Tertius ne aut damnosus esset patriẽ aut infidus hosti-
bus crudelissime mori elegit: interq; hostibus prẽstitẽ fidei seruato
res haud prẽtereundus est Cassius in altera autem hi sunt quibus
modicum fuit a suorum iniuriis abstinere; nisi ultro pro eis more
rentur: Ex his romẽ curius et duo Decii athenis autem codrus: car
thagini philenes fratres sese ante alios offerunt; quorum primus ut
terrorem publicum sedaret; Secundi ut uictoriam labentemq; aciẽ
firmarent Tertius patriam instanti excidio erriperet; Quarti ut
fines patrios prorogarent; ad mortem uoluntariam sunt profecti

BIBLIOTECA - ESTENSE - MODENA

utq; ciuibus ſuis bene eſſet ipſi eſſe noluerunt: in utraq; uero ma-
gnus Pompeius: et ſi adhuc unum Cicero omnes bellicas laudes:
et quęcunq; de his quibus egent duces ut summi ſint aut diximus
aut dicturi ſumus cumulatiſſime comparat; iure id quidem meri
toq;: Sed ſi cui maxime ſuum tribuitur; uere magni Pompeii laus ẽ
bellica iuſticia ſimulq; et cognita inter uictorias et triumphos con
tinentia; quę ad eam de qua hic aggrediar dicere uirtutem referen-
da eſt: ſi unum quod nunc ad iuſticiam ſpectat adiecero eſſe bene
ficentiam ac liberalitatem pulcherrimas ducum et imperatorum ue
ſtes quibus ĩdecora plurima tegi poſſunt: hac Iul. Cęſar præit cũ-
ctos gloria neq; enim quiſq̃: Si Senecæ uerba teneo liberalius uicto
ria uſus eſt: ex qua nihil niſi diſpenſandi poteſtatem ſibi uindicauit
Apud exteros Alexander primum locum tenet ut gręci uolũt neq;
noſtri obſtãt quãq̃ philippus pater ĩ Alexãdro q largitione beniuo
lentiam macedonum ſectabatur profuſionem illam pecuniarum his
uerbis inſecutus eſt: Quod te malum rationis inquit in iſtam ſpem
ĩduxit: ut eos tibi fideles putes quos pecuĩa corrupiſſes an tu ideo
agis ut macedones non te regem ſuum ſed miniſtrum et præbitorẽ
putent: quod quidem regi ſordidum eſſe non ambigis: et corruptelã
q̃ largitionem potius dici; fit enim deterior qui accipit atq; ad idem
ſemper expectandum paratior: Quid autem eſt ſtultius: q̃ q; facias
libenter curare ut id diutius facere non poſſis: largitiones imode-
ratas rapinę ſequuntur; quom enim dando egere coeperis; bonis
alienis manus cogeris inferre: Itaq; quom beniuolentię comparan-
dæ cauſa ſis prodigus: non tanta ſtudia aſſequeris eorum quibus de
deris: quãta eorũ odia quibus exemeris: quamobrem nec ita elar
denda eſt res familiaris: ut eam benignitas aperire non poſſit: nec
ita reſeranda: ut omnibus pateat Sed utriq; modus adhibeatur:
iſq; referatur ad facultates: Quarta nunc mihi ſupereſt modeſtia
quam temperantiam uocant; cui adiacet ipſa quam pauloante dice-
bam cõtinentiã: Sine qua non dicam dux: Sed nec qdem uir bonus
uſq̃ fuit: quia uero nunc de ducibus ſermo eſt: Quid oro peritia
litterarũq; cognitio: Quid magnanimitas: Quidue omnes aliæ impe
ratorię artes profuerint: ſi auaritię ſi libidinis aut gullę ĩperio dux
uictus: abiecto freno quo exercitum regat ſe ſuaſq; legiones pręcipi
tet et in peſtem trahat; quo ſępe multi cum omnibus copiis periere
Hec igitur ſingularis et propria uirtus eſt Põpeii in qua ſi imitari

cum collega eius Craſſus uoluiſſet nunq̃ ipſe cum filio et cum tã-
ta ruina imperii cecidiſſet probat hanc romani ducis continentiam
atq; modeſtiam templum hieroſolimę opulentiſſimum Sed ab hoc in
tactum duce; ab altero ſpoliatum Probant et alia multa; quoꝝ pars
in uerbis Ciceronis appare t quę mox inſeram; Accedit his manſu-
etudo quędam et ſuauitas facilitaſq; anĩ inqua Africanus et Iul.
Caeſar excellunt hac ad conciliandos animos hominum nihil effica
cius; Eſt huic confinis ęqualitas quędam familiaritaſq; cum exer-
citu quę res maxime milites ducum amantiſſimos effecit; in qua
notus Valerius Coruus et Marius ex noſtris. ex externis Hannibal
et hę quidem artes beninolẽtia et amore ſicut obiectę ſeueritas atq;
imperioſitas exercitum ac ſubiectos metu frenant His artibus Mar
Curius & Q. Cincinatus et Papirius curſor et Fabius Max. notiſſi-
mi Sed nullus in ea re Iunio Bruto manlioq; par torquato quorum
Primum publicę libertatis amor. impulit ut proprios filios a ſe de
pulſę tyrannidi fauentes ſeruiliter uirgis ceſos ſecuri percuſſos ad
mortem ageret Secundum uero caſtrenſis diſciplinę ſtudium coegit
ut pręclara indole adoleſcentem filium qꝝ ĩ iuſſu eius in hoſtem pu-
gnaſſet quãq̃ unicum et uictorem; Additur huic ſeueriſſimi facti co
mes Poſtumius tiburtus; cuius ego ne prætermiſiſſe potius; q̃ ut aſ
ſeruiſſe rem tantam uidear mentionem feceri n; Apud quoſdam enĩ
ſcriptorum certa res; Apud alios facti eius in ambiguo fama eſt;
his tam multis et pacientia iungitur ea quę multiplex hęc dol ores
corporis equanimiter perfert illa quaſi quoddã uulnus auriũ atq;
animi contumelias fert uerborum; utraq; ducibus et militaribus cu
ris accomodata; prima quidem fortitudinem; Secundam uero ciui
litatẽ reſpicit atq; modeſtiã ipſam de qua ſermo eſt; ĩ prima Mutius
et Marius et Pompeius clari habentur Et Actilius quidam Cęſaris
miles Maſſiliæ ſpectatus et. M. Sergius cum eiſdem quibus ſupra
comitibus; Ex externis uero Cynegirus atheniẽſis græcis hiſtoriis
celebratus; in altera uero Ro. imperii Iul. et Augu ſtus ex noſtris
Externis Philippus et Antigonus macedonum reges et Piſiſtratus
Atheniensis tyrannus deniq; noſtros atq; externos Magnus ille Põ
peius omnes ſuperat aut ęquat quo admoneor ut ex oratione quæ
de eius imperio habita eſt. ac de imperatorum ſeu ducum continẽ
tia; deniq; his quattuor quę in duce requirimus. M. T. Ciceronis ver
ba pauloante ꝓmiſſa ſubiiciam; Quę clementiſſime atq; iuſtiſſime

princeps;uel uſui uel uoluptati maxime tibi fore confido;Neq; enim ille inquit ſolę ſunt uirtutes Imperatorię quę uulgo exiſtimantur:labor in negotiis:Fortitudo in periculis;induſtria in agendo Celeritas in conficiendo;conſilium in prouidendo:Et poſt hec non enim inquit bellandi uirtus ſolum in ſummo ac perfecto imperatore quęrenda eſt:Sed multę ſunt artes eximię huius adminiſtrę comiteſq; uirtutis ac primum quanta innocentia eſſe debent imperatores quāta deinde omnibus in rebus temperantia;quāta fide;quāta facilitate;quanto ingenio;quanta humanitate nec longe poſt propter hanc auaritiam inquit imperatorum quantas calamitates;quocunq; uentum ſit noſtri exercitus ferant;quis ignorat itinera quæ per hoſce annos in italia per agros atq; oppida ciuium romanorum noſtri imperatores fecerunt recordamini quom facilius ſtatuitis quid apud exteras nationes fieri exiſtimetis utrum plures arbitramini per hoſce annos militum noſtroum armis hoſtium urbes an hybernis ſotiorum;ciuitates eſſe deletas; Neq; enī poteſt exercitū his continere imperator qui ſe ipſum non continet neq; ſeuerus i iudicando qui in ſe alios ſeueros eſſe iudices non uult:Quibus dictis ad Pompeii laudes uerſus:Et miramur inquit hunc hominem tantum excellere cæteris cuius legiones ſic inaſiam peruenerint: ut non modo manus tanti exercitus;Sed ne ueſtigium quidem cuiq; paccato nocuiſſe dicatur iam uero quemadmodum milites hybernēt quotidie ſermo ac littere perferuntur non modo ut ſumptum faciat in militem nemini ius affertur;Sed ne cupienti cuiq; permittitur hyemis enim non auaricię profugium maiores noſtri i ſotiorū atq; amicorum tectis eſſe uoluerunt:Age uero cęteris in rebus qualis ſit tēperantia:conſiderate unde illam tantam celeritatem et tam incredibilem curſum inuentum putatis;Non enim illum eximia uis remigum aut ars inaudita quędam gubernandi aut uenti aliquid tam celeriter in ultimas terras pertulerunt:Sed eum res quę cęteros remorari ſolent;non retardarūt non auaricia ab iſtituto curſu ad prędam aliquam deuocauit;non libido ad uoluptatem;non amoenitas ad delectationem;non nobilitas urbis ad cognitionem;non deniq; labor ipſe ad quietem;Poſtremo ſigna tabulas cęteraq; ornamēta græcorum oppidorum quę cęteri tollenda eſſe arbitrantur;ea ſibi ille ne uidenda quidem exiſtimauit;itaq; omnes quidem nunc in his locis.Gn. Pompeium ſicut aliquem non ex hac urbe miſſum;ſed de

cęlo lapſum intuentur: Nunc deniq; ĩcipiunt credere fuiſſe homĩes romanos hac quondam abſtinentia quod iam nationibus exteris incredibile ac falſo memorię proditum uidebatur; nunc imperii noſtri ſplendor illis gentibus lucet. nunc intelligunt non ſine cauſa maiores ſuos tum cum omni hac temperantia magiſtratus habeamus ſeruire populo. Ro.q̃ imperare aliis maluiſſe; iam uero ita faciles aditus ad eum priuatorum ita libere quę monię; de aliorum iniuriis eſſe dicuntur; ut his qui dignitate principes excellit facilitate par infimis eſſe uideatur; iam quãtum cõſilio; quantum dicẽdi grauitate et copia ualeat in quo ipſo ineſt quędam dignitas imperatoria uos quirites hoc ipſo in loco ſępe cognoſcitis; fidem uero eius inter ſocios quantam exiſtimari putatis; quam hoſtes omniũ gentium ſanctiſſimam iudicarint; humanitate iam tãta eſt; ut difficile dictu ſit utrum hoſtes magis uirtutem eius pugnãtes timuerĩt an manſuetudinẽ uicti dilexerĩt. Hęc Cicero; cuius ex officina tãta imperatorum et ducum monumenta poſuiſſe uelim; quia neſcio an uſq̃ alibi de bonis et pręclaris eorum moribus luculentius et uberius ſcriptum ſit: Supereſt auctoritas quæ ex prędictis maxime naſcitur; Augetur autem fama nominis; et opinione hominum ex ducum uirtutibus; et proſperitate cõcepta; Quo in genere Iul. Cęſar Affricanus maior et pompeius magnus opinatiſſimi habentur; quorum tanta fuit auctoritas eaq; ſub illis militum fiducia; ut non ſe ad prelium ac diſcrimen Sed ad uictoriam et hoſtium prędam duci credẽ tur. quo nihil utilius ad uctiuos ac proſperos belli euentus et quos in contrarium uerti ſolere diffidentia bellatorum exleuitate; aut inertia ducum orta ſępe compertũ eſt. Poſtremo deniq; foelicitas non ſolum in militia; Sed in uita eſt expectenda; nempe huc omnia referuntur. hanc q; nec dare ſibi quiſq̃ poteſt; nec augere diuinum ſane munus Sed ita duci neceſſariũ; ut quãq̃ reliquis floreat ſi hoc unũ deſit nemo cenſeat eligendum. Nam ut foelicitatem fiducia; Sic infoelicitatem ducum ſequitur militum pauor; quo nihil propius exitio eſt; in hac quidem quom multi celebres ſint longe tamen Titus et Traianus; et Theodoſius; et Sylla ſiue ut fama fert; Metellus ille foelix dictus omnes ſupergreditur et ſi iuxta ſententiam uere philoſophantium nullus hic foelix ſit. Sed de foelicitate bellica ſermo ẽ; qua foelicẽ ducẽ dicimus uincere ſolitum; inſuetum uinci; in hoc numero ex externis Alexander ẽ Macedo; & Cyrrus perſarũ rex niſi

in ſithiam perexiſſet:Et carthaginenſium dux Hannibal;ſi aut Ma harbali credidiſſet;aut paulo maturius diem obiiſſet.

OST haſce uirtutum ſpecies et imperatoria munera quo rum illuſtrem eſſe conſtat effectum;ut præclare factorum ita dictorum quę ducem moneant rationes etiam et exem pla p̄miſſa ſubiiciemus;qbus egregiū primo ac ſane p̄cellēs ſit illud quod ab Heſiodo uſurpauit Ariſtoteles;ab Heſiodo;uel Ari ſtotele:Liuius dum ſalutem ſuam exercituſq; ſui.M.Ruffus Minu tius beneficio.Q.Fabii.Max.cognouiſſet;quom uidelicet optimū et primum eſſe uirum qui quę gerenda ſunt conſpiceturet conſu lat:Sequenti autem gradu eum qui aliorum bene monentium conſi lia ſequatur:Extremi autem ingenii et poenitus inutilis illum eſſe qui conſulere neſciat alteri nec parere.

Imnoſophiſta quiſpiam acri et perſpicaci ingenio ad ſuccinte reſpondendum ab Alexandro interrogatus quonam pacto quis la te impetitans magnam ſibi beniuolentiam compare poſſet;ne ſit terribilis inquit ab eodem ĩterrogatus item quomodo mortalis quiſ piam;ſe in deorum numerum reciperet ſi humanis ſubiunxit maiora uiribus opera geſſerit.

Gis rex quom Atticus quidam in laconicos enſes cauillaretur q̄ parui eſſent;diceretq; facile eos abſorberi a circulatoribus in the atris poſſe:Et tamen uix nos inquit attingimur hoſtium cladiis lon gioribus:Ego uero et laconicam orationem intueor;quę breuis ui detur eſſe maximas res complecti;et auditorum mentem attingere.

yrus conſpecto centurione prope ſediſcũbente graui turpiq; cor pore iocandi gratia adoleſcentem ne pone aſſidentem ob pulchritu dinem more greco ſecum duceret rogauit annuente illo dicenteq; ſe aſpectu eius oblectari ad modum coniecere in eum oculos qui una cenabant uisaq; uiri inhoneſta nimium facie risere omnes;subinde quærentes qua sibi in re usui talis uir eſſet is centurio;quotiens die noctuq; ab se appellaretur;ait nulla unq̄ excusatione usum cito sem per obtemperaſſe:quom quid ei demandaſſet;nunq̄ abſq; sudore mā data executum reddidiſſe quoq; cõmilitonesſuo exemplo ſolicitos

Idem quoq; ad imperii magnitudinem hoc adiecit inuentum ut quicquid etiam in remotiſſimis ageretur locis:q̃ primum ſciret: cognito nanq; quantū die noctuq; eques itineris conficere poſſet diſpoſitis in loco equitibus ut recens litteris receptis ſuccederet feſſo uelociter quid ubiq; accideret noui percipiebat prouidebatq; prout neceſſarium eſſe uidebatur:hecq; cauſa extitit:q̃uis procul abſit auero ut uelocius q̃ grues iter facere putarentur:idq; propter uelocitatem euntium creditum eſt.

Schilus in iſthmo certamen ſpectans ubi altero uulnerato theatrum exclamauit:Ionem chium tangens uides ne inquit quid exercitatio ſit uulneratus enim tacet ſpectantes uero clamant.

Geſilaus interrogatus quid facturi lacedæmonii uictores eſſēt ſi prudentiſſimus inquit imperator rem gereret hoc item preſente duce quom quiſpiam lacedęmoni mnros deeſſe quæſtus eſſet:dic inquit meliora ciuitas enim ipſa noſtrę urbis munitiſſima moenia ſūt par ſi quidem eſt non lignis aut lateribus Sed uirtute patriam deos penates:aras:focos;parentes:coniuges;liberos tueri atq; defendere

Raſidas quom in charicis murem comprehendiſſet morſus eum dimiſit;deinde ad aſtantes conuerſus inquit;o.Hercules nihil eſt tā paruum:neq; tam ībecillum;quod ſi auſit ulciſci:et inuadentibus repugnare non ſe incolumem ſeruet.

Habrias dicere conſueuit:formidabilius eſſe ceruorum agmen ductu leonis;q̃ leonum ceruo duce:idem eos dicebat pulcherrime officio imperatoris fungi qui res hoſtium maxime noſcerent.

Eſoſtris ęgyptiorum rex quom eos qui iuxta mare rubrum ſūt homines claſſe ſubdidiſſet;et ī ęgyptum rediens per terram omnes gentes quę ſibi impedimēto erant expugnaſſet harum quęcūq; sibi fortis et libertatis cupida uisa eſt in eorum regione colūnas errigēs in eis et nomen eius et patrię hominisq; uerenda incidit;et ut sua potentia eos uicerat qnos autē sine prēlio:& facile superaſſet:ibi colūnis positis ea scripsit nomina;addēs ad ea mulieres pudibunda incisa.

Mutius legatus a romanis ad poenos duabus teſſeris positis:altera pacis:altera belli optione ſibi collata utrā.S.P.Q.R.refferri mallet;utraq; sublata;Poenorum inquit non romanorum utram uelent eſſe debere.

Fabius romanoꝝ ī perator e cōtra ſimili modo ad carthaginēſes

miſit epiſtolam;in qua utriuſq; populi ſententia par uigor ampli
tudoq; quõdam fuiſſe deprehendi poteſt : ibi enim ſcriptũ quom
eſſet po.Ro. miſiſſe ad eos haſtam et Caduceum ſigna due belli aut
pacis;ex quis utrum uellent eligerent;quodq; elegiſſent id unum
ut eſſe miſſum exiſtimarent;Carthaginenſes reſponderunt ſeſe neu
trum uelle eligere Sed poſſe cogere qui attuliſſent utrum mallent
relinquere;quodq; reliquiſſent id ſibi profecto futurum;hec tam &
ſi ab elegantiſſimis rerum geſtarũ ſcriptoribus dicta ſint;M. tamen
Varro certiſſimus auctor non haſtam ipſam neq; ipſum caduceũ
miſſa dicit;uerum duas teſſerulas;in quarum altera caduceũ in al-
tera haſtę ſimulacra fuerint inciſa.

Arthaginenſes quia ſpartum et nerui deficiebant ad ſagittas imi
tendas tonſarum crinibus mulierum ad funes efficiendos uſi ſunt:
quod aliquando et apud maſſilienſes;et rhodios;et aquilegiẽſes;et
Romanos in capitolio obſeſſos urbe a gallis occupata factum eſt;
unde et ĩ honorẽ matronarũ templũ ueneri caluę ſenatus decreuit.

Arquinius Priſcus quiritibus operis tedium periculumq; fugien
tibus nouum et inexcogitatum antea;poſteaq; remedium inuenit;
Sex enim hominum uita defunctorum figere crucibus corpora ſpe-
ctanda ciuibus ſimul a feris uolucribuſq; lacerãda iuſſit.Quãobrẽ
pudor Romani nominis;qui prius res ſępe perditas ſeruauit in prę-
liis tunc quoq; ſubuenit iam erubeſcens cum puderet ſic uiros tãq;
puditurum eſſet extinctos.

Ecilius Metellus pius proconſul trebiam urbem hiſpaniæ prima-
riam quom ſubigere nequiret;ac uagantem fluctuantemq; exercitũ
duceret;hoſq; modo adoriretur modo ad illos ſe tranſferret;et Iu-
nior quidam tribunus militum quid ſibi uellet tam crebra locorum
mutatio peteret;ſi hanc reſpondit interiorem tunicam exiſtimarem
mentis mee cõſciam eſſe;exutus eam in ignem continuo mitterem
Sicq; foelicibus coeptis poſt tam longa itinera;tam uaria pgrata
municipia;ad trebiam inopinatam denuo conuerſus;eam oppreſſit:
et non ſine omnium admiratione ucti ſui compos factus eſt.

Cipio cui primum Affricano cognomentum extitit ut Valerio ma
ximo uel Fabius ut Senecę placet turpiſſimam aiebat;et ignauię
plenam imperatori excuſationem eſſe non putauit Conſulte enim quę
armis geruntur tractari deberi opinabatur quom :preterita precipi
tataq; magis reprehendiq; q̃ reuocari ulla in humana uel ratione in

integrum reſtitui corrigiue poſſint;is etiam Scipio quom a re mi-
litari atq; urbana ſtudium ad litteras cõuerteret;dicebat quom otio
ſus eſſet plura tunc negotia a ſe geri;idem ubi carthaginem in dedi
tionem ui accepiſſet;ac milites quidem quam coepiſſent captiuam
pręſtanti forma ac uirginem adueherent;atq; illi darent;libenter in
quit acciperem:Si priuatus haud quaq̃ imperator eſſem:De eodem
itidem licet inuulgatum sit;in aciem nunq̃ deſcendere imperatorem
debere;niſi aut occaſione ſe prębente aut neceſſitate impellente;
ex ſempronii tamen Aselionis ueteris ſcriptoris quarto hiſtoriaꝝ
libro de.P.Affricano Pauli filio ita proditum eſt;Se.S.patrem ſuũ
audiſſe dicere .L. Emilium.P.nimis bonum imperatorẽ ſignis col-
latis non decertare;niſi ſumma neceſſitudo aut summa ei occasio
data esset;et sapienter quidem utrunq̃;Nam ad totius exercitus
ſalubritatem nihil efficacius q̃ quod uiri et ducis eſt non deeſſe for
tunę prębenti se;ſed oblata casu ad consilium flectere;nihil perni
tioſius q̃ in anguſtam rei bellicę compulſum ĩbellem fieri;quod
nec euentus modo docet;qui ſtultorum magiſter eſt;Sed eadem ra
tio quę sępenumero fuit futuraq̃ eſt.

Vguſtus quom decimum octauum annum agens hoſtiliter urbẽ
inuaderet;ex ipsius exercitus legatis qui ſibi eius nomine conſula-
tum expoſcerent cunctante ſenatu Cornelius Centurio legationis
princeps reiecto sagulo enſis capulum detegens;haud quaq̃ dubi-
tauit in curia dicere;hic faciet ſi uos non feceritis;Idem Auguſtus
ſaxo in expeditione percuſſum ac notabili cicatrice in fronte,defor
mem nimium tamen ſua opera iactantem ſic leniter caſtigauit;At
tu cum fugies inquit nunq̃ poſt te reſpexeris.Ad eum item uetera
nus quiſpiam;quom die ſibi dicto periclitaretur;ac ceſſit in publi-
cum;rogauitq; ut ſibi adeſſet Auguſtus aduocatum quem ex comi-
tatu ſuo elegerat ſine mora dedit;cõmẽdauitq; ei litigatorem excla
mauit ingenti uoce ueteranus;At non ego Cęſar periclitante te
Actiaco bello uicarium quęſiui Sed pro te ipſe pugnaui Detexitq;
impreſſas cicatrices quibus erubuit Cęſar;uenitq; ĩ aduocationem
ut qui uereretur ne ſuperbus tãtum;Sed etiam ingratus uideri poſ-
ſet;imperatori quoq; bono inſuper neq; quicq̃ minus q̃ temeritatem
congruere arbitratus eſt;Satiſq; celeriter fieri quicquid cõmode
gereretur;quod a catone licet prius dictum ſit Crebro tamen et
familiari tanq̃ ſuum ſolitus erat uſurpare ſermone;Occurrit illud

eiusdem .Aug.Cae.Postremo qui quum Alexandrię esset;et Antrũ ubi ægypti regum cineres precioſis pyramidibus ſeruabantur:ingreſſus eſſet:Corpus quidem Alexandri macedonis libenter aſpexit:interrogatus uero nũ & ptholomei reliqas uellet inſpicere:Reges ſe iquit uelle uidere:non mortuos at qui rex fuerat ptholomeus Sed quantum inter ueros reges:eosq; quos regum nomiue uulgus appellat iterſit:breui diffinire uoluit eulogio ſapiẽtiſſimus ĩperator

Cipio iunior pollibii preceptum obſeruans ſtudebat non prius e foro abire;q̃ aliquem ex abeuntibus familiarem ſibi atq; amicum quouis pacto effeciſſet;Idem quom pulcherrime ornatum quiſpiam ſcutum oſtentaret:heus inquit adoleſcens ſcutum certe pulchrum eſt uerum decet romanum uirum in dextra potius ſpes ſuas q̃ in ſiniſtra collocet.

Cilurus quom relictis maribus filiis octuaginta diem eſſet obiturus haſtarum faſcem cuiq; oſtendens ut illum confringeret ludebat id autem ſingulis ſe poſſe negantibus; ſingilatim haſtas eductas:facile omnes confregit:ita docens illos ubi una eſſe perſeuerarent firmos ac potentes fore imbecillos uero ſi ſeperarentur ac diſſiderent.

Igrantes urbanum facetumq; quippiam in romanorum exercitum afferre cupiens uulgatiſſimum illud dixiſſe fertur eos ſi legati uenirent ſatis multos quidem ſi uero pugnaturi perpaucos ad modũ eſſe

Maſis egyptiorum rex quom contemneretur ab ęgyptiis q̃ obſcuro loco natus & paulo ante regno potitus:uas aureum quod habebat lauandi gratia ad turpeſq; uſus fregit:deiq; simulacrum ex eo confecit;idq; in celeberrimo urbis loco ſtatuit:quumq; religioſe coleretur ab ęgyptiis:huius rei certior factus eos conuocauit;réq; docuit ut ex eo uaſe ſimulacrum erat;in quod prius ęgyptii uomebant;meiebantq; et pedes lauabant nunc uero uenerabantur eodẽ ſibi modo euenisse:ſi quidem prius plebeius erat nunc eorum rex proinde ſibi honores haberi iuſſit.ſic ęgyptios induxit ad ſui ueneratione m.

Gatocles figuli fuit filius:qui ſiciliæ dominationẽ adeptus rexq; appellatus fictilia pocula conſueuit inter aurea ponere;eaq; iuniorib us oſtendens dicere:Ego quom huiusmodi pocula conſueſſem in preſentiarum quoniam diligentię ac fortitudini ſtuduerim hec facio:ĩſuper quom urbẽ obſideret et quidã e moeĩbus per cõuitiũ

dicerent;o.figule quo pacto militibus ſtipem ſolues: manſuete is atq; ſubridens ait quom hanc coepero quom autem uiribus in ſuã egiſſet dicionem : Captiuos uenundabat inquiens ſi conuicio me rurſus affeceritis queror apud dominos ueſtros.

Ntigonus quom milites quoſdam eſſet intuitus qui thoracibus et galeis ad pilam luderent gauiſus eſt .eorumq; duces accerſiuit quos laudaret;ut autem audiuit eos bibere;illorum ducatus militibus dedit;is etiam poſteaq̃ longam egrotationem euaſiſſet conualeſceret q; nihil aliud deterius accidat;hęc enim aduerſa ualitudo nos monuit uehementius nobis efferendum non eſſe;quoniam mortales ſumus;idem nocte quadam quom nõnullos ex militibus ſuis exaudiſſet omnia mala ĩ pręcantes regi;qui ipſos in illud iter inextricabileq; lutũ deduxiſſet;acceſſit ad eos qui maxime laborabãt;et quom ignorantes a qno adiuuarentur explicuiſſet nunc inquit maledicite antigono;cuius uitio in has miſerias ĩcidiſtis;ei autem bene optate qui uos ex hac uoragine eduxit;inſuper tam miti anĩo hoſtium maledicta q̃ ciuium tulit;Itaq; quom in paruulo quodam Caſtello greci obſiderentur et fiducia loci contemnẽtes hoſtem multa in deformitatem Antigoni iocarent̃;et nunc ſtaturam humilem nunc naſum colliſum deriderent.Gaudio inquit bene ſperoſi in caſtris meis ſilentium habeo;quom hos dicaces fame domuiſſet;captis ſic uſus eſt ut eos qui militię utiles erant in cohortes deſcriberet;Cęteros preconi ſubiiceret;idq; ſe negauit facturum fuiſſe;niſi expediret his dominum habere;qui tam petulãtem linguam haberent;Rurſus quom ſeua tempeſtate iactaretur;ac ĩ eadem naui.ſecum ſuos omnis habuiſſet;præcepiſſe liberis dicitur;ut et ipſi meminiſſẽt;et ita poſteris proderẽt;ne quis cum tota gẽtę ſimul in rebus dubiis periclitari auderet;Cuius pręcepti memor philippus;quũ duos ſimul filios ſecum haberet ambos ſe non cõmiſſurũ in aleam eius qui pręponeret̃ caſus & quoniam maiorem filium ſecum duceret; minorem ad ſubſidia ſpei & cuſtodiam regni remiſſurum in macedoniam eſſe

Vm Antagoras poeta congrum elixaret;idemq; patellã quateret Antigonus qui poſt eum ſtaret Homerum ne ait Putas Antagora quom Agamennonis resgeſtas ſcriberet congrum elixaſſe;Et Antagoras tu autem rex ait exiſtimas Agamennonem quom illas res gereret curioſum adeo extitiſſe ſi quis in caſtris congrum elixaret

Amachus quom manipularem præfectum quẽdam re pręhẽderet

quoniam deliquisset:isq; diceret nunq̃ fore ut id amplius faceret bello enim bis errare non licet.

Emnon qui contra Alexandrum pro rege Dario bellum gereret quẽdam qui sub se merens multa de Alexandro maledice;petulanterq; loqueret ubi lancea percussisset;Ego te ĩquit alo ut pugnes: non ut Alexandro maledicas.

Vm medis irruentibus persarum acies pulsata in fugam ageret: ac omnino deficiens nec victorem aspicere auderet matressamilias eorum et uxores passim obuiam fugientibus occurrerunt:et earum densata acie orant:ut eiusce fuge notam haud quaq̃ subeant:Sed fortiter in prelium reuertantur nolentibus sublata veste obscena corporis ostendunt:Rogantes ne in uteros matrum uel uxorum uelit refugere:hac repressi castigatione in prelium redeunt:et facti impressione quos fugiebant fugere compulerunt.

Hemistocles adhuc iuuenis quom marathonis victoriam:et Milciadis imperium animo celebratum repeteret atq; uersaret:insõnesq; noctes proinde duceret et solita respueret conuiuia interrogantibus admirantibusq; uite mutationem eum dicere solitum ferunt:q̃ Milciadis victoria sibi somnos erriperet;interrogatus etiam utrum Achilles mallet an homerus esse:Tu aũt ipse inquit utr̃ victor in olympia esse malles an victorum preco:Rursus quom Adimanthus qui nauale prelium formidaret diceret aduersus eum qui ad id grecos adhortaretur:suadendoq; ĩcitaret;o.themistocles:Eos q̃ in certaminibus primi irrumperint cedunt semper ita est inquit Adimãthe uerum eos qui manserint haud coronant:Quom item ad interfectorum cadauera ad mare uisenda se contulisset:ut Armillas passi et torques abiectas aspexit preteriẽs ipse amico qui eum sequebat Collige tibi inquit tu enim nequaq̃ themistocles es Eundem etiã dicere solitum ferunt;se neq; honoribus ab Athenien&ibus afficineq; apud eos in admiratione esse:Sed procella uexatos imminente periculo se ueluti platanum subterfugere:reddita autem serenitate euellere atq; deiicere.

Vm Anthiocus rex posteaq̃ romani aduersus eum traiecissent in Asiam pro soluendo bello ad scipionem misisset;eiusmodi responsũ accepisse fertur:prius enim oportuit non nunc quom frenũ et sessorem susceperis:idẽ cum ĩgenti exercitu græciã petiturus esset cunctis ob militum multitudinẽ et armorum uarietatem que pauloante

iactabantur perterritis huiuſcemodi ad Acheos ditione eſt uſus: Quom enim apud Calchidenſem bonum quidem hoſpitem et Sci tum conuiuatorem ſolſticiali tempore comiter accepti miraremur unde illi eo tempore anni tam uaria:et multa uenatio homo glorio- ſus rendens uarietatem ait illam et ſpeciem ferinę carnis ex mā ſueto ſue factam:Sed condimentis et apparatibus ſolum differre: Proinde nec uos ulla teneat admiratio circa hęc uaria nomina gen tium mauditarum Dacas et Caduſios et Elimeos:et multa genera ar- morum haſtatos cathafractos:et Pezeteros:hoc eſt pedeſtres ſotios cumq; pedeſtribus ſagitarios auditis:nam homīes omnes eſſe armis inuicem differentes:aut paulo mancipiorum melius propter ſerui- lia ingenia q̄ militum genus.

V cullus in Armoenia quom cathafractos tygrānis maxime mili tes ſui metuerent bono animo eſſe iuſſit:Futurum enim plus labo- ris in illis ſpoliandis q̄ in uincendis.

Veius Sylla his qui prǽneſte obſidebantur occiſorum in prędio ducum capita haſtis infixa oſtendit:atq; ita oſtinatorum peruicaci am fregit:Sylla item cognomento foelix.inter ſuas maximas foeli- citates duas exiſtimabat.Pii metelli amicitiam:et q̄ urbem athena rum non æquaſſet ſolo ſed ſeruaſſet potius.

Vmenes quom incaſtra reuerteretur et epiſtolæ paſſim in ipſis ca ſtris abiectę inuenireutur quibus his qui eius caput ad antigonū detuliſſent magna prędia diffinirentur:uocatis ad contionem mili- bus gratias primo egit q̄ nemo inuentus eſſet qui ſpem cruenti premii fide ſacramentis anteponeret tum deinde ſubiecit callide cō fictas has a ſe litteras ad experiendos ſuorum animos eſſe.Cęterum ſalutem ſuam in omnium poteſtate eſſe nec Antigonum neq; quēq̄ ducum ſic uelle uincere:ut ipſe in ſe exemplum peſſimum ſtatuat: hoc facto in preſenti labantium animos concernit et in futurū pro- uidit:ut ſi quid ſimile accidiſſet non ſe ab hoſte corrumpi:Sed a duce tentari milites arbitrarent:ī ſup quom ītelligeret ſi copię ſuę cognoſcerent aduerſus quos ducerent non modo non ituras ſed ſi- mul cum nuntio dilapſuras hoc eius fuiſſe prudentiſſimum fertur ut de uiis itineribus milites duceret in quibus uera audire non poſ ſent:et his perſuaderet ſe contra quoſdam barbaros proficiſci;itaq; tenuit hoc propoſitum et prius in aciem exercitum duxit prędiumq; cōmiſit q̄ milites ſui ſcirent cum quibus arma conferrent;Effecit

etiam illud loeorum præoccupatione:ut equitatu potius dimicaret quo plus ualebat:q̄ peditatu:quo erat deterior:hunc item Eume nem perſequenſ Antigonus cum omni genere copiarum ſępe habū daret neq; unq̄ ad manus accedere li:eret:niſi his locis:qu bus pau ci multis poſſent referre extremo tempore cum conſilio capi nō pos ſet multitudine circuitus eſt:hinc tamen multis ſuis amiſſis:ſe expe diuit: & in caſtellum phrygię quod Nora appellatur confugit:vbi cū uideret ſe fortunam obſidionis ſubiturum:maiorem exercitusptē dimiſit:ne aut conſenſu multitudinis hoſti traderetur:aut obſidio ipſa multitudine grauaretur:in hisq; qui remanſerant quū uereret ne uno loco manens equos militares perderet q; ſpaciumnon eſſet agitandi:Callidum fuit eius inuentum:quēadmodum ſtans iumē tum concalefieri exerceriq; poſſet quo libentius & cybo uteretur; & a corporis motu remoueret:ſubſtringebat caput loro altius q̄ ut prioribus pedibus plane terram poſſ& attingere:deinde poſteriori bus cogebat exultare:& calces remittere:q motus nonmodo minus ſudorem excuciebat:q̄ ſi ſpacio decurreret:quo factum eſt; quod omnibus mirabile eſt uiſum:ut eque iumenta nitida ex caſtello edu ceret quū complures menſes in obſidione fuiſſent ac ſi ī campeſtri bus ea locis habuiſſet: Emades poſteaq̄ ex hac luce migraſſet; Alexander aiebat uidere ſe macedonum exercitum excecato ciclopi perſimilem:quoniam tali principe eſſet orbatus. Rctaxerſes quū aliquando fugiens comeatu impedimentisq; dirreptis ſiccis ficis ueſceretur:ac pane ordeaceo:cuiusmodi īquit uoluptatis rudis erā

Vrelianum imperatorem ne uti ſtatuerat in urbem thianam deſe uiret:Placauit Apollonius maxīę fame et auctoritatis homo:quip pe ſi uis o imperator inquit uincere nihil eſt cur ſeuias ī ciues iſtos ſi uis imperare abſtineas a cruore innocentum oportet:ſi uis uiuere clementer age:idem thianam quidem rebellem urbem obſidens:iu rauit ſe neq; canem in ea ullum ſi caperet relicturū ac probe id qui dem:ea nanq; res militibus prędæ auidis ſpem dedit:et animum ca piēdi: obſeſſis uero deſperationē fecit at uero ui capta urbe:quom milites iuxta illud dictum quo canem ſe relicturum apud thianos ne garat euerſionem urbis expoſcerent reſpondit his canem inquit ne gaui in hac urbe me relicturum canes ergo omnes occidite:quod di ctum.quo pręda negabatur:ciuitasq; ſeruabatur:totus exercitus quaſi dictaret accepit:īſuper Malio chiloni cuipiam forſan iurgāti

hominem ab eo de medio ſublatum;quo peruadente urbis ſuę con
ſilio uſus maxime fuerat;in hunc modum reſpondiſſe fertur:Occi
di paſſus ſum cuius quaſi beneficio thianam recepi ego uero prodi
torem amare non potui et libenter tuli q̄ eum milites occiderunt:
Neq; enim mihi fidem ſeruare potuiſſet qui patrię non pepercit.

Xercitum ducens in perſas Iulianus Apoſtota quem occuparat
pontem;quom tranſiſſent copię omnes igne combuſſit;ut pugnare
tur fortius militesq; in hoſtium terra aut mori aut uincere oporteret

Acedęmonii magna bellicę rei gloria cęteris pręſtantes;natorum
ſuorum uerberibus publice admotis experiebantur indolem;exhor
tabanturq; ut flagellorum ictus fortiter ferrent;et laceros ac ſemi
animes rogabant perſeueranter uulnera prębere uulneribus.Nec
aliter matres pugnam inituros filios admonebant quam ut eam mi
nus detractantes aut ſupſtites;armatiq; corā reuerterent aut exani
mes una quom armis referentur ut enim eoꝝ epygrāma oſtēdit et
uiuendū libenter et moriendū; Sed utrꝫq; cum uirtute cenſebant;
lacedæmoniorꝫ etiā qſpiā quom præſens hoſtis īterloquē dū gloria
būdus aſſereret ſolē telorꝫ copia ſuorum;et ſagittarū multitudine
ſpartiatas non uiſuros in umbra immo īquit melius pugnabimus.

ymbrorum probanda etiam ac celtiberorum animi pręſtantia;q
inter arma ſanguinem et uulnera exultabant tanq̄ beati uitam reli
cturi eg;eferebant;ut ceteri mortalium aliquo morbi genere con
fici tanq̄ turpiſſimum id eſſet et miſerie plenum;Hi etiam ignomi
nię non paruæ eſſe putabant prędis ſupereſſe;quom is oppetiſſet
pro cuius ſalute ſe deuouiſſent;proinde quod mirum dictu eſt lęti
ferebant uulnera;enumerabant cicatrices et telis traiecti moriē tes
etiam amabant eum pro quo caderent imperatorem

Lexander animo ſemper ingenti;quanq̄ matris legiſſet epiſtolam
qua admonebatur;ut a ueneno philippi medici pręcaueret;acceptā
potionem tamē bibit non detertitus;et quia plus ſibi de amico ſuo
credidit;dignus fuit qui innocentem haberet;dignus qui faceret
is etiam inſtructo exercitu;quom militem quēdam intueretur;
qui iaculum amentaret ex acie ut inutilem repulit;quippe qui tūc
inſtrueretur;quom iam armis utendum eſſet;īſup quom Arbelas
aduerſus decies centena hominū milia de ſumma rerum acie dimica
turus eſſet et amici eum audirent qui milites ſubaccuſarent q̄ intra
tabernacula interloquendum paciſcerē tur;ut nihil omnino ſpolioꝝ

in regiã relaturi forent:Sed ſibi ipſis cõpaturi:At ille ſubridens bo
na inquit nuntiatis omina audio enim his uiris uincendi:non fugiẽ
di conſultationes eſſe:Sagittę quoq; ictu ĩ crure uulneratus:ut eoꝝ
multi concurriſſent qui eum appellare deum conſueſſent lęta hilariq;
facie:hic quidem ſanguis eſt ait ut uidetis et non cruor Cęlicolę
qualem diui miſere fluentẽ:idem pręceptorem ſuum credo ſecutus
Ariſtotelem:ęnea concha ſuppoſita brachio extra cubile protẽto pri
lam tenebat argẽteam:ut quom neruorum rigorem ſopor laxaſſet
infuſus geſtaminis lapſi tinitus ſomnum abrumperet:Rurſus qui
inter indos optimus arcu uideretur:diceretur q; per anulum ſagit,
tam emittere:eum quom haberet captiuum ut id oſtenderet iuſſit
quod quom ille nollet:iratus Alexander hominem imperauit interri
mi:ille uero quom ageretur:ubi ad eos a quibus agebatur conuer
ſus diceret:multos ſe dies ei rei non ſtuduiſſe:propterea q; ne abe
raret timuiſſe:id poſtq̃ Alexander audiſſet et miratum eſſe:et mu
neribus donatum hominem liberaſſe:laboranti item ob ſitim ma,
cedonum manus aquam utribus ferens impletam galeę aquam ob,
tulit:quam accipiens:ſitientemq; exercitum circunſpiciens:demiſſo
capite:et fixis in potum oculis inguſtatam hiſce probandis uerbis
reddidit:Si bibero inquit hoſ meror inſtigabit:quo audito milites
adeſſe eum cernentes magna cum uoce:ĩgentiq; ſpe certatim accla
mauere:Non enim laborem perferre:non morti ſe obnoxios putare
donec talem eis regem ac ducem adeſſe contingeret:Cuidam etiã
ciuitati partem agrorum ac dimidium omnium rerum policenti:Eo
inquit Alexander propoſito in aſiam ueni ut nõ id aciperem quod
dediſſetis:Sed ut id haberetis quod reliquiſſem:illud etiam eiuſdẽ
regis dictu ſane ac factu memorabile qui quom darii filias captiuas
haberet:et mirum ĩmodum forma pręſtantes:nec aſpicere quidem
uoluit indignum ac turpe regi ac duci eſſe ratus eos qui uiros uin
cerent:a mulieribus uinci:hoc loco deniq; non uidetur prętereundũ
Sigiſmunde conſilium tuum Alexandri conſilio q̃ ſimillimum:qui
non ſolum ultro oblatas hoſtium epiſtolas Cęſaris more non cõ,
buſſit:Sed ſuorum callide perquiſiuit:q̃q̃ quid Alexandrũ teq; no
mino:quom omnium pene ho minũ conſilia hac de re paria:et ale,
xandrea:Sigiſmundeaq; potiuſq̃ Cęſarea uel pompeiana eſſe con,
ſpiciantur.

Aius Pompilius ut fere omnes tradunt ut Plinius.P.Octauius

cos.legatus a romanis missus ad Anthiochum regem:qui abstiere illū ęgypti:et ab Alexādria dissederet quā obsidebat:ut ptholomei filioꝝ q pupilli essent regnū occuparet:aut si iā coepisset excedere iuberet:Quom ī ægypto Pompiliū p castra aduenientem eminus Antiochus q̄ humanissime salutasset:osculumꝙ ei postea rex obtulisset;non seruata salutandi uice;nam coluerat inter cęteros Anthiochus multum Pompilium quom obses romę fuisset;Tum Pompilius facescere interim priuatam amicitiam iubet quom mādata patrię intercedant prolatoꝙ senatus decreto et tradito ac perlecto:quom rex dixisset consultaturum daturumꝙ responsum;Pompilius rege in girum uirga circūscripto;hic ergo stans inquit consulta et responde;Cunctis autem uiri grauitatem:atꝙ animi magnitudinem admirantibus stupentibusꝙ et Anthiochum se senatui pariturum respondit;Et ita Pompilius et salutauit eum et gratissimis ulnis complexus est.

Adrianus qui reges omnes muneribus suis pene uicit quom quodam tempore ueteranum quempiam notum sibi in militia dorsum;& reliquum corporis in balneis uidisset atterrere percunctatus cur se marmoribus detergendum daret;ubi audiuit hoc id circo fieri q̄ seruum non haberet.et seruis eum donauit et sumptibus;uerum postridie quom plures senes ad prouocandam liberalitatem principis parieti se simili modo atterrerent;euocari eos iussit et alium ab alio inuicem defricari.idem familiaribus quibusdam facilitatem comitatemꝙ suam nimiam in omnes obiurgantibus eiulmodi subiecit imperatorem singulis esse debere cuiusmodi esse sibi singulos imperator optaret.

Auorinus philosophus quom pro uerbo quopiam quod elegantissime protulerat ab hadriano inepte reprębenderetur atꝙ cessisset arguentibus aut egreferentibus ob id illum familiaribus suis subridens non recte quidem suadetis inquit qui non patimini me illum doctiorem omnibus credere qui habet.xxx.legiones.

Ntonius post mutinensem obsidionem fugiens seu q̄ naturali more seu corporis laboribus exhaustis creberrime bibebat ubi bibēdi facultas afforet per singulosꝙ passus tussistebat euestigio deíde fugam precipiti consternatione reassumebat: interrogatus exfamiliaribus eius quispiam quidnam Antonius ageret :subiecit quod canis in ęgypto;bibit enim et fugit memorię enim proditum ē canes

ægyptiacos crocodillorū contactu anxios atq; lunaticos bibere et fugere

Heocritus ille non ſyracuſius ſed chius adinfensum ſibi regem Antigonum altero captum oculo quom traheretur ſpem prębenti bus ſuis fore:ut quom ad oculos regis peruenisſet miſericordiam inueniret:Reſpondit impoſſibilis ergo eſt iſta condictio actum eſt perii:uerum enim uero hæc intempeſtiua mordacitas et theocrito mortis et Antigono homicidii ſimul ac periurii cauſa fuit iurauerat enim ſibi parcere Sed ioci aſperitate motus non pepercit.

Itridates ponti rex Ariaracti regi capadocum ſub ſimulatione colloquii inſidias tendens gladium ſub faſciis abdiderat:crudelis licet adoleſcens et ad interritum deſtinatus regio tamen illorum mo re temporum ſcrutatorem pręmiſit;qui dum mitridati curioſus ma num in ſecretiores partes corporis īmittit iocabundus ille:Caue ait ne aliud telum q̄ q̄ quęris inuenias:eoq; modo ſuſpitione detracta iocis texit inſidias euocatumq; regem ab amicis uelut ad ſecre tum ſermonem utroq; ſpectante peremit exercitu

Icero quom diutius ad caſtra Pompeii adueniſſet in primordio ciuilis belli reprębendentibus amicisq̄ nimis diſtuliſſet:minime inquit ſerius adueni:nam nihil hic paratum uideo Pompeii tarditatē in apparatibus bellorum ludens:Idem Cicero cum poſt farſalicū pręlium fugientem Pompeio Nonius quiſpiam dixiſſet adhuc aqui las ſeptem apud ipſos eſſe et ob id ut bono animo eſſet hortaretur: recte inquit moneres ſi cum graculis nobis pugnandum eſſet

Craſſus perquirenti cuipiam quo tempore moturus eſſet exercitum reſpondit uereris ne tubam non audias.

Autem Licinius Craſſus cos et Pont.max.aduerſus Ariſtonicum Athali fratrem cum inſtructiſſimo miſſus exercitu maximis in ſuper copiis et regum præſidiis fultus conſerto tamen bello uictus eſt:ūſq; ne ſeruiret barbaro uictori uirgam cui uſus fuerat ad equū regendum impegit ad oculum tracis cuiuſpiam:ut ipſum in necem ſuam irritaret quo ita ſibi eueniente:morte ſua dignitatem reipu. et libertatem ſuam ſeruauit.

Elopidas domum egrediens lachrymante uxore et exhortante ac rogante ſe ipſum ſaluum redderet inquit o mulier priuatorum eſt ſemper admonere ducum autem ac imperatorū alios ſaluos facere Idem cum primum cognitum eſt per difficilia arctaq; ioca iter

habituros esse aduersarios et accelerans quidam o.pelopida inqt incidimus in hostes quid in illos nos magis incidimus q̃ in nos illi quibus dictis tanq̃ futuri belli præludium equam a cauda impelli iussit:Rursus quom in pharsalum ueniissent aduersus Alexandrũ dicenti cuidam tyrannum cum ingentibus copiis aduentare eo melius inquit nam Plurium victoria nobis aderit

Portius Cato cos.quom celtiberos domuisset compertumq; haberet experientia rerum magistra:et illustrium auctorum sententiis eam gentem locorum natura et hominum ingeniis ad rebellandum non solum omnibus aliis prouintiis:Sed ipsa etiam italia aptiorem esse:quo minus id facere posset litteras ad singulas ciuitates dedit ut muros dirruerent;quod præceptum tam ĩmite ad rebellionem hortari potuisset;potiusq̃ ad eam sedandam si generale id quidem esse cognouisset:uerum dum quælibet sibi soli imperari non aliis putaret metu omnes imperii paruere:hęc et Plinii et historicorũ pene omnium habet assertio Apud historie autem romanę patrem T.Liuium conuocasse Catonem constat omniunm urbium legatos:atq; eis ostendisse eorũ rebelliones Romanisq̃ laboriosas hispanis discriminum plenas pestiferas atq; funestas esse;hortatum deinde;ut rebellionibus abstinerent;utq; quonam id modo fieri melius quiret in commune consulerent;nil respondentibus illis aliquod dierum spacium dedisse:quo exacto reuocatis;iterumq; silentibus ipsum cõsilio quod ab illis quęsiuerat in se assumpto misisse per uniuersum nuntios edictaq; ut uno die romanis q ĩ urbiũ pręsidiis erant muri omnes euerterentur:quo facto ipse illico ad eos qui adhuc rebellarent cum exercitu se conferens omnes ferme metu territos in deditionem accepit:idem quom Eumenes rex Romam profectus esset et a senatu comiter;et honorifice susceptus:et clarissimorum circa eum Ciuium Frequentia certatim uersaretur:Cato non obscure tantum erga regem studium suspectum habens eum declinabat:uerum quom ipsi diceretur Eumenem frugi uirum amicissimo animo in rempu.romam uenisse:Esto inquit:Cæterum hęc ipsa bellua rex scilicet natura uorax canis est:Rursus quom animaduertisset in hispania potiri se quodam oppido posse si inopinatos inuaderet; quatridui iter biduo per cõfragosa et deserta emensus nihil tale metuentes oppressit hostes uictoribus deinde suis causam tam facilis euentus requirentibus dixit tum illos uictoriam adeptos;quom

quatridui iter biduo confeciſſet.

Paminundas uxorem quom nunq̃ nouiſſet;repræhendereturq; q liberos non relinqueret a Pelopida qui filium haberet infamem maleq; eum in eo patriæ conſulere dicetur;uide inquit ne tu peius conſulas :qui talem ex te natum relicturus ſis:Neq; uero ſtirps poteſt mihi deeſſe:nanq; ex me natam relinquo pugnam leutricam que non modo mihi ſuperſtes:Sed etiam immortalis ſit neceſſe eſt.

Omponius uir inſignis cum in romanorum congreſſu acceptis uulneribus ad mytridatem ductus fuiſſet rogareturq; a eo ſi curatus ſibi foret amicus.Si tu inquit Pomponius romanis amicus fueris:Sin autem me quoq; inimicum habebis.Mytridates clariſſimã uiri conſtantiam admiratus ab omni penitus in eum iniuria temperauit.

Icurgi exemplis huiuſmodi ad ciues reſponſa feruntur:quonam pacto hoſtium impetum repellere poſſent poſtulantes:Si pauperes inquit manſeritis et contemptiones mutuas omiſeritis:Et rurſum de muris nequaq̃ ea urbs minus circundata muro fuerit Siquis eã uiris fortibus non lateribus cinxerit.

Aulus Emilius cos quom in lucanis iuxta littus anguſto itinere exercitum duceret:et tarentini agmen eius ſcorpionibus adorirent captiuis euntium latera prętexuit:quorum pretextu hoſtes tela inhibuere idem nocturnas excubias iuſſit ſine haſta et ſine enſe aſſeruarẽt;quo deſperantes qui hoſtibus repugnarẽt magis ſomno reſiſterent.

Iberius graccus luſitanis aſſerẽtibus in decenne tempus alimoniam ſe habere et obſidionis ĩcommoda non reformidare.undecimo inquit anno uos capiã quo dicto perterriti luſitani tam et ſi commeatu muniti ſe dediderunt.

Iſander poſtq̃ incũbentibus corinthiis moenia prętergrediens languidiores ad inuadendum lacedęmonios cernit;et ĩterim lepus foſſam tranſilire uiſus eſſet :Non pudet uos ait eius generis hoſtes pertimeſcere;quorum moenibus per ſecordiam lepores indormiũt

Ompeius luculli facta detractans illum dicebat tragicum :et umbratile quoddam bellum cum regibus geſſiſſe:ſibi uero certã atq; ſobriam hoſtium uim ad expugnationem reſeruatam eſſe quom Mytridates ad enſes et equos confugiſſet:Adq; lucullus ſimulacra et umbras belli ĩmo Pompeium acceſſiſſe expugnatũ aiebat ſuetũ

ueluti uolucrem alieno cadaueri celerē aduentare:reliquiſq; bellos
ſurgere:Sc n.Sertorio & lepido et ſpartanis ſuſtrexiſſe eum dice
bat;quom illa Craſſus alia Metellus alia lepidus bella ſtrenue geſ
ſiſſet;Ad hęc Sertorii ſcripturis in hyberia potitus inter quas erāt
multorum ducum ępiſtolę;quibus ad mutandam perturbandamq;
rempu.Sertorium romam accerſebant;illas omnes concremauit:
facultatem his quidem prębens ut mali ad ſanitatem rediręt ac me
liores fierent idem quoq; Pompeius quom omnis factionis ſue uno
pene ore tanq; diuino quodam oraculo moniti ad furentem Cęſaris
inuaſionē pronuntiarent nulla ratione poſſe concipere quoſe mo
do tueri poſſet cum tanta uenient belli tempeſtate delectum ad re
ſiſtendum neq; haberet ullum neq; pararet reſpondiſſe fertur fore
quom italię ſolum pede quateret;ut pedeſtres copiæ equeſtreſq;
ſcaterent:Paulo uero poſt fama increbeſcente et nuntiis quom per
cepiſſet Rubiconem flumen tranſiuiſſe Cęſarem Ariminumq; egre
giam tunc et amplam urbem illico ſubegiſſe;ac palam magiſq; ac
magis in dies increbeſſceret rumor Cęſarem iratum et infenſum Pō
peio et patribus eſſe atq; eo animo aduentare;ut conſulatum aur
ſponte datum acciperet aut negatum ui armis arriperet Proindeq;
copias quę picenum quę umbrum que hetruſcum agrum occuparēt
omnemq; exercitū ſuum romam traiicere.q̄q; id falſum erat;quom
maiorem non haberet manum q̄ trecentorum equitum et quinq; mi
lium peditum metu tumultuq; huiuſmodi pręuio;qualis nūq̄ ante
urbem iuaſerat ita ſunt Pompeianę factionis omnium deterriti ani
mi ut ciuitas tota trepidaret nec uenire ad urbem Iul.Cęſar Ro.
ciuis ac legiones romanę;Sed penus ille feruſq; hoſtis Hannibal ac
omnis barbaries uideretur futurus quidem ſi uinceret Cęſar nec Ci
na clementior in principum cede nec Sylla moderatior in dirripiē
dis expilandiſq; locupletum fortunis coniectura et opinione omniū
putabatur.

Vlo torquato grecam urbem oppugnanti quom diceretur iuuē
tutē ibi iaculis ac ſagittis ſtudioſe exerceri pluris eam inquit nē dā

Vgurta numidarum rex corrupta muneribus ſenatus parte;atq;
auro uictis belli ducibus ſępe uotorum iniquiſſimoꝝ cōpos;quom
tandem pecunię et artibus ſuis fidens romā ſubſide publica uenis
ſet atq; inde pręter ſpem uerecundia uincente cupidinē;iuſſus ex
cederet;portas urbis egreſſus;crebroq; tacitus ſubſiſtens;et itergū

uersus in fine dixisse traditur: O urbem uenalem et mature peritu ram si emptorem inuenerit: quod uerbum ab hoste prolatum: dictu mirum est q̄ late ad infamiam romanorum inualgatum est.

Hilippus Alexandri pater quom munitissimum castellum quod dam capere uellet: ubi exploratores retulissent q̄ difficillimum esse et nullo modo capi posse: Rogauit ita ne difficile esset quo ne asi nus quidem auro honustus quiret accedere.

Leomenes Athenien sis trecentos qui p̄sidium craterium tene bant aggressus tela quędam in quibus scriptum erat uenisse se ad li berandam eorum. R. P. inter muros iecit et eodem tempore capti uos quosdam conciliatos sibi remisit: quorum consilio seditione in testina apud obsessos conciliata: admoto exercitu: ciuitate potitus est: Idem quom quisse gallos ei daturum polliceretur: qui pugnan do interirent: istos mihi des inquit nolim: Sed illos potius qui pu gnando interimant.

Icenes Sicionius ductum aquarum in oppidum chriseorum lib̄ rem rupit: mox factis suis restituit aquam eleboro coruptam: qua utentes profluuio uentris correptos coepit.

yrrhus quom ex Antigona quidem ptholomeum ex Ianossa uero Alexandrum ex urcenna helennm filios suscepisset omnes manu promptos et bello feroces: statim e puericia ad hoc ipsum innutritos dicitur cuidam ex filiis puero patrem roganti cuinam regnum re linqueret Respondisse ei ex uobis qui gladium acutiorem habebit Sed hoc nihil differt ab illa tragica detestatione: acuto ferro diui dant fratres domum: Idem ex ambrachia ut quēdam maledicum pelleret precantibus respondit: potius apud paucos illic manens: q̄ currens apud multos de nobis obloquatur.

Arius ut Scythas discessu falleret asinos canesq; ī castris reliqut quos quom rudentes latrantesq; hostes audirent remanere Darium credidere: eodem modo ligures per diuersa loca bucculas laqueis ad arbores alligauere qui deducti frequentiore mugitu spem rema nentium prebuerunt hostium.

Eonidas rex ītempestiue quodam de rebus inutilibus uerba faci ente: O hospes inquit non opportune quod oportet uteris: eius quoq; ducis contra persarum exercitum q̄ fortiter cōmilitones tu os hortantis eulogium est ut non aliter pranderentq̄ si apud inferos cenaturi essēt: mirū dictu nō ī ore creuit cybus: non hesit faucibus

non elapſus eſt manibus,Cæterum alacres et ad prandium illi promiſerunt et ad coenam.

Eriandri conſilium thraſibulo datum eſt:ſupereminentes ſpicas decerpere tanq̃ opportunum fuerit eminentiores ciuium de medio tollere;Itidem Tarquinus ſuperbus pater apud noſtros ſabinorũ principes necandos cenſuit.

Heopompi regis dictum probari etiam ſolet;qui dicente quodam eo ſeruari ſpartam q̃ reges imperare didicerint;Quin propterea inquit potius q̃ ciues imperio parent;non enim parere illis patiuntur qui neſciunt imperare;Sed ſubiectorum obedientia diſciplina eſt principis;nam qui recte ducit;ut recte ſequatur efficit;At qui ſicut equeſtris artis eſt manſuetum prẽſtare et obſequentem equum Sic & regię diſciplinę murus obedientes efficere.

Elius cõmodus Cęſ.curſoribus ſuis exemplo cupidinum alas frequenter appoſuit;eoſq̃ a uentorum nominibus ſępe uocitauit:Boream notum alium et item Aquilonem aut cirtium ceteriſq̃ nominibus appellans et indefeſſe atq̃ inclementer faciens curſitare.

Sertorius acie decertant eum barbarum qui ei nuntiauerat hyeculegium periiſſe pugione traiecit ne in aliorum noticiam peruẽniret :et ob hoc animi ſuorum infirmarentur.

Ntoninus pius pacem adeo eo uſq̃ dilexit ut Scipionis ſententia uſurpare ſępe ſolitus ſit:qua ille profitebatur male ſe unum ſeruare ciuẽ q̃ mile hoſtes occidere.

Annibalẽ uenientem in italiam cum triamilia carpentanoq̃ reliquerẽt;callidiſſimo ille aſtu ne et ceteri mouerentur edixit a ſe eſſe dimiſſos et inſuper in fidem eius rei paucos leuiſſimę operæ domos remiſit:Eiuſdem quoq̃ ducis clementiſſimum ſane;ſalubreq̃ in ſuos conſiliũ;Nam quom milites eius gellu ac frigore torperent;igni bus ante tentoria fictis:ut epularentur edixit;oleumq̃ per manipulos impartiendum ut ungerentur molirẽtq̃ artus miſit:et ſcite id quidem ac ſapienter Nam ut phiſicis placet oleo nihil ſi corporibus exterius admoueatur ſalutarius Si interius nihil pernitioſius eſt:Rurſus quom apud Aufidum fluuium prope cannas caſtra haberet;et orto die ex tẽplo belli ſignum extuliſſet:Nam erat rubra quędam ueſtis ſupra conſulis tẽtorium protẽſa;Carthaginẽſes proſpecta imperatoris romani audacia & copiarum hoſtilium multitudĩe quom ipſi haud ad medium numerum attingerẽt;principio ingẽti

trepidatione perculſi ſunt:Hannibal iubens exercitū arma capere eques ipſe cum paucis ex quodam humili tumulo hoſtes qui iam legiones in acies ſtruxerant:ſpeculatur quoq; quidam ex his qui circa ipſum erant uir haud inglorius Giſgo diceret admirabilem ſibi hoſtium multitudinem uideri:contrahens faciem Hannibal inquit Alterum uidiſſe te puto hoc admirabilius quod e memoria tua excidit:interrogante Giſgone quidnam illud eſſet Reſpondit hānibal q; inter hos tot homines nemo pręter te ſit:qui Giſgo appellet hęc ſcomata præter opinionem accidentia omnes in riſum milites coniecerunt:et qui ex colle digrediebantur:et qui circa eum erāt Quare quom carthaginenſes proſpicerent imperatorem in periculo iocari:et rem paruifacere in conſerendo bello audentiores facti ſunt.

Laudius nero uictis poenis quos haſdrubale duce in italiam.ex hiſpania trahicientes exceperat caput haſdrubalis ī caſtra Hannibalis eiecit:quo factum eſt ut Hannibal nam frater occiſus erat exercitus deſperatione aduentantis preſidii affligeretur.

Amillus diſceptantibus romanis obſeſſis cum gallis de pecunia pendenda interueniens quom optimatibus aurum arripiēs miniſtris dedit trutinam reddidit hoſtibus abire iubens proprium inquiens eſſe romanis ferro non auro patriam ſeruare.

Omitius corbulo quom:cretam obſideret:et armeni pertinaciter uiderentur tollerare obſidionem inuaduadum ex megeſtanis quos coeperat animaduertit:caputq; eius in baliſta excuſſum:intra munimenta hoſtium miſit:id forte decidit in medium conſilium:quod tum maxime habebant barbari ad cuius conſpectum uelut;oſtento conſternati ad deditionem feſtinauerunt.

Allotum equites pectoribus equorum ad terrorem ſuſpenſa romanorum geſtarūt capita et lanceis infixa ouāteſq; motis ſui carmine q̄q̄ ſint qui umbros fuiſſe non gallos tradant.

PPius claudius in omni ſermone negotium romanorum otio preferre ſolitus fertur:At qui nemo tam demens eſt:qui otii dulcedinem negotiorum curis:ſi ſecuritas cum otio contingat non prefe-rendam cenſeat:Sed in anteriora proſpiciens uir cautiſſimus uidebat id quod exitus approbauit;Romanam uirtutem negotiis alit: ſegnicieq; marceſcere.

Metellus bello punico ſecundo pulſo tandem ex italia hānibale

ac ſubacta carthagine cunctis gaudio exultantibus ſolus in ſenatu graui ac circunſpecta ſententia uſus eſt: ignorare ſe aſſerens ea uictoria ne lętabilior an formidabilior eſſet Reipu. Sicut enim Hannibal alpes ingenti ſtrepitu trangreſſus concuſſa italia dormitantem populum Ro. excitaſſet ſecurus torpor opprimeret.

Cipio naſica uir optimus a ſenatu iudicatus tertio bello punico dum a ſententia Catonis cenſorii qui uir omnium ſapientiſſimus habebatur acerrime conſtanterq; diſſenſit; et illo cenſente inexorabiliter delendam eſſe carthaginem aduerſatus eſt: non q̄ urbem infeſtiſſimam partius odiſſet: Sed q̄ patriam diligeret cuius mores prędiuidere ſe dicebat in luxuriam habituros ammoto emulę urbis ſtimulo atq; utinam eius tunc conſilium ualuiſſet longioris ęui forſan Romana foelicitas fuiſſet: nec uitiis propellentibus corruiſſet pace bellorum gloriam inquinante; atq; orbem domitum uindicante luxuria

Elanchus Athenienſium dux quom prouocatus a rege hoſtium Xantho boetio deſcendiſſet ad pugnam ut primum cominus ſtetit Iniq; inquit Xante et contra pactum pacis aduerſus enim unum quom altero proceſiſti quomq; admiratus ille quiſnam ſe concomitaretur reſpexit Adhortus hominem uno ictu confecit.

Ionyſius ſenior cum ſorte contionatores pro litterarum ordine traherentur; ubi D. littera ſorte ipſi obueniſſet; ad eum qui dixiſſet deliras dionyſi; dominabitur immo reſpondit; atq; ubi contionem habuiſſet continuo a ſyracuſanis prętor deſignatus eſt; accuſantibus uero quibuſdam hominem a ſe honorari et ad dignitatem prouehi; qui et improbus foret. et moleſtus ciuibus; at uolo inquit eū eſſe quem magiſq̄ me oderint.

Eon Bizantius gibboſo ſibi oculorum uitium obiicienti: humanum inquit malum reprehendis quom ipſe tergo ſupplicium luas.

Ermocrates ſyracuſanus ſuperatis acie carthaginenſibus ueritus ne captiui quorum ingentem manum in poteſtate redegerat parum diligenter cuſtodirentur: quia euentus dimicationis ī epulas in ſecuritatemq; compellere uictores poterat finxit proxima nocte equitatum hoſtilem uenturum; qua expectatione aſſecutus eſt ut ſolito attentius accuratiusq; uigilię agerentur.

Aius Pontius ſamnitum Imp. ambos coss. atq; omnem exercitum Ro. forte prępruptis et anguſtis locis ĩcluſerat; miſerabile ſpectaculū

tot fortiſſimos uiros adepta pugne copia et armatos ſimul et capti uos cernere: quom interuentus noctis animos ab operibus in curas traduxiſſet: nec minus lętitia uictoribus: q̄ ĩcluſis dolor conſilium ademiſſet uiſum eſt Herennium uictoris patrem: uirum et ętate et ſapientia prouectum conſulere Neq; enim aberrat ſenex Audito rei ſtatu conſilium dedit ut abire permitteret inſuper honorificis uer bis et omni obſequiorum genere proſequeretur: quod ubi in conci lio caſtrenſi apud feroces animos iuuenū: agitari coepit nimis mol le ac prorſus ſenile conſilium de tam infeſtis hoſtibus et indignū omnibus uideri: Proinde iuſſus nuntius reuerti ac uirilius reſpon ſum petere: At ille omnes ad unum occidēdos cēſuit romanos: enim uero tum cuncti præcipue Imperator delirare iam ſenē arbitrati ſunt quippe qui de eadem re tam pugnantia ſuaderet quia tamen fama hominis pręclara erat placuit rurſum exquirere: Si quod forte medium cōſilium haberet: Tum uero ſenior ſtratis ſeſe iuſſit attolli et uehiculo impoſitum ſe ad caſtra filii perferri cuius aduentum circūfuſis omnibus: nihil inquit noui conſilii daturus uenio: Sed eorum quę dedi dicturus rationem: Primum quidem eſt Romanos bello clariſſimos et optimos mortalium uiros grandi et inſperato beneficio aſtrictos ex inimicitiis ad amicitiā attrahere: et uobis ac poſteris ueſtris tam ualide gentis præſidium promereri quonā enī modo unq̄ odiſſe poterunt aut eos aut eorum ſobolem: qui ab eis naſcentur per quos ſe meminent uita ac libertate donatos: Se cundum ſi uobis diſplicet reor uti pręſenti fortuna et gentem inimicam extirpare funditus placeat Sic enim in longum non tantū uobis conſultis: ſed natorum natis: et qui naſcentur ab illis: Ter tium ſane quod ex me petiſtis conſilium nullum eſt: Nam quos in quit in manibus habetis dimittere contumeliis affectos: ea demū ſumma dementia eſt: quę nec hoſtem tollit: nec amicum parat: uerū tamen cecus et inſolens uictoris animus utroq; cōſilio deſpecto Tertio quod ille damnauerat amplexus exercitū et conſules exar matos: et ſub iugum actos relaxauit armis etiam ueſtimentiſq; ſub latis tantum ſingulis uilioribus operimentis obpudibunda corpo ris tegenda conceſſis quod quom nuntiatum eſſet Hęrennio: ut au diuit eos moeſtiſſimos abire: nec amicū nec hoſtem poſſe a quoq̄ romano uerbum extorquere: Ei ĩquit miſero: q̄ graues minę ſub hoc ſilentio pręmuntur: Id quoq; q̄ uere prodiderit: ſubſecuta ſānitum

ugne copia et armatos simul
as noctis animos ab operibus
uictoribus: q̄ ielusus dolor
um uictoris patrem: iurum et
e Neq; enim aberrat senex
e permitteret insuper honor
nere prosequeretur: quod ab
imos iuuenū: agitari coepit
de tam infestis hostibus
us nuntius reuerti ac
unam occidē dos cēsuit
mperator deliberare iam sen
tam pugnantia suaderet
acuit rursum exquirere. Si
um uero senior stratis sese
castra filii perferri cuius
nquit nouū consilii daturus
tionem: Primum quidem est
mortalium uiros grandi
itiis ad amicitiā attrahere
entis præsidium promereri
aut eos aut eorum soboles
eminent uita ac libertate
eor uti p̄senti fortuna
laceat Si enim in longum
natis: et qui nascentur
is consilium nullum est: Nam
imittere contumelijs
c hostem tollit: nec amicum
cteris animus utroq; cōsilio
t amplexus exercitū et
laxauit armis etiam
ibus experimentis obpudibunt
quom nuntiatum esset
e: nec amicū nec hostem
: Ei inquit misero: q̄ grauis
ꝫ q̄ uere prodiderit: sublecta

strage duce Papyrio cursore repositumq; iugum pontio: et legioni
bus testatur: Eiusdem etiam Caii pontii Samnitum imperatoris di-
ctum illud memorabile fuisse aiunt; utinam inquit ad id tēpus me
fata reseruassent quo romani dona accipere coepissent: nō essem pas
sus eos diutius regnare; Sapienter id quidem hostis optabat; uide
bat enim imperium donis corruptibile diuturnum esse non posse.

Ersi quom exercitus sui magnitudine multa undiq; iactarentur
que hominem nimia existimatione sui futētem concitarent; Aliusq;
diceret grecos quibus bellum illaturus esset; non laturos nuntium
belli et ad primam aduentus famam terga uersuros: Alius nihil esse
dubii quin illa multitudīe non uinci solum greciā Sed obrui posse
Alius uix illi rerum naturam sufficere; angusta esse classibus maria
militi castra explicandis equestribus copijs campestria uix patere;
celumq; haud satis ad emittenda omnium manu tela multaq; in hūc
modum; Demaratus lacedemonius solus dixit ipsam illam que sibi
placeret multitudinem indigestam et grauem metuendam esse du-
centi non enim uires habere sed pondus; uerumq; esse quod dicere
tur maiorē belli apparatū esse: q̄ qui recipi; ab his regionibus. pos
sit quas oppugnare constituisset; que res contra te est; ob hoc ipsū
te grecia uincet quia non capiet; et uti toto te non poterit; Prete-
rea que una rebus salus est occurrere ad primos rerum impetus
et inclinatis opem ferre non poteris: nec. fulcire aut firmare labētia
multo ante uīceris q̄ uictum esse te sentias; Sic deniq; ut demaratus
prædixerat stratus per totam passim greciam Xerses intellexit q̄tū
ab exercitu turba distaret.

Anno carthaginensis uir apud suos spectatę prouidentię per fer-
uidum Hannibalis ingenium ab infantia contemplatus semper sua-
sit continendū domi sub legibus docendum: ex equo cum ciuibus
suis uiuere abstrahendum ab. exercitibus ne in tempestiuo assuefa-
ctus imperio postq̄ ceruicem dedisset tyrannum ageret id salubri-
ter ne prēmoneret declarauit exitus quanta enim cum affricę hispa-
nięq; et italię ruīa quātoq; populoꝝ cū gemitu ac sāguīe īperitādi
dulcedinem semel degustatam perpetuam reddere puer ille nixus sit
tam notum est ut commemoratione non egeat.

Ericlem atheniēsium ducem quem uirum cautissimum fuisse con-
stabat Aristophanes comicus ab inferis reuertentem finxit: cōciues
suos monentem non oportere in ciuitate leonem educari: uerum si

educatus fuerit obſequi oportere perſuadere uolens hinc figmento adoleſcẽtibus generoſis:ac preferocibus habenas ſubſtrigi debere poſtq̃ laxare ſint;ſero contrahi ĩ nodica frenum recuſante licentia; Poſſe igitur inimicum libertati nimium fauorem petẽtibus negare cõſecutus uero erripi nõ poſſe: Idẽ Pericles cũ a themiſtocle uehementer diſſideret:multęꝫ inter ipſos et graues eſſent;et diſſonę cõtentiones dicere in contione ſolitus fertur nunq̃ ſalutem atheniẽſiũ rebus fore;niſi ſe ac themiſtoclem in baratrum conicerent.

Imon atheniẽſis pelloponenſiaci belli temporibus qui fuiſſe dicitur inhumanus admodum et hominum congreſſus fugiens et colloquia omnia:pręter unius Alcybiadis qui ea tempeſtate adoleſcens erat;et pręſtanti forma et lingua maxime promptus:quom eum libentiſſime amplecteretur oſculareturq̃;interrogatus ab Epemanto quid ita faceret;ideo ſe adoleſcentem amare reſpondit q̃ intelligeret illum multorum malorum cauſam atheniẽſibus fore.

Vlius Cęſar ciuili uictoria clementiſſime uſus;quom ſcrinia deprehendiſſet epiſtolarum ad Pompeium miſſarum ab his qui uidebantur;aut in diuerſis.aut in neutris fuiſſe partibus;igni tradidit et q̃uis moderate ſoleret iraſci:maluit tamen non poſſe maximũ putauit genus uenię neſcire quid quiſq̃ peccaſſet:Satiuſq̃ eſſe ratus ĩ quibuſdam rebus decipi;q̃ falaciſſimis ſuſpitionis et coniecturę irritamentis poſſe decipere;idem Pomponio oſtendenti uulnus ore exceptum inſeditione ſulpitiana quod ipſe paſſum pro eo pugnante gloriabatur:nunq̃ fugiens reſpexeris inquit huius paterni uerbi etiam poſtea forte mezor Auguſtus in quempiam ſimili modo iactitantem et cicatrices oſtentantem inuectus eſt.

Ntigonus ſecundus Demetrii filius quom bello nauali aduerſus ptholomei pręfectores pugnaturus eſſet gubernatorq̃ diſſiſſet hoſtium nauis multo pluris eſſe:At me inquit preſentem aduerſus quot naues opponis inuadentibus uero hoſtibus quom aliquando ceſſiſſet ait nequaq̃ ſe fugere;Sed ipſum utile quod retro poſitum eſſet inſequi.

Lcybiades canem quom haberet optimum quẽ nũmum ſeptẽmilibus emerat;ei caudam abſcidit dicẽtibusq̃ id uile inclyti ducis miniſterium fuiſſe hoc ideo feci inquiẽs;quo atheniẽſes hac de re loquẽtes de me aliud nihil curioſius queritẽt.

ymoleon quom demenatus in contione populi de rebus geſtis

eius detrahere coepisset;ac non nulla inueheretur in eum:dixit nūc demum se uoti factum compotem:nanq; hoc a diis īmortalibus sē per precatum ut talem libertatem restitueret syracusanis in qua cuius liceret de quo uellet impune dicere.

Bruto quom se pene tota lusitania dedidisset ac sola gentis huius citania ciuitas pertinaciter instaret:temptata redemptione propemodum uno ore legatus eius respondit ferrum uidelicet sibi a maioribus quo urbem tuerentur non aurum libertatem quo ab imperatore auaro emerent relictum.

Himotheus fortunatus Imperator quom putaretur atq; qui ei inuiderent pingerent urbes;quæ illo dormiente ad rete ultro se implicarent:Itaq; dicebat thimotheus si huiusce modi urbes capio dormiens:quid me facturum arbitramini quom uigilauero:Ad hęc quom ex audacibus prætoribus quidam athenienſibus uulnus ostenderet; At me inquit puduit quod me prętore uestro in ſamo catapulta prope concidit.

Ilsimachus in thracia superatus a Dromachea:quom & sese & exercitum suum præsidi dedidisset;ubi bibisset in captiuitate positus o dii īquit ut parue uoluptatis gratia memet seruū ex rege feci

Syllanus quom maxima apud hostes dignitate ac potentia prę-stans Mario in bello ciuili fossa circundato et obsesso occasionem et tēpus operiens dixisset o.marii si magnus imperator es descēde in aciem et pugna:Respōdisse Marium ferunt:At tu si clarus imperator es certare me nolentem coge Iterū quom aliquando hostes sibi congrediendi præbuissent causam Romanusq; certamen detractauisset:ut abiere utrinq; militibus in contione habitis:ambigo inquit an hostes:an uos magis eneruatos appellem;non enim uestra illi:nec uos eorum terga intueri potestis.

Aberius quom uitam omnem honesta militia exegisset sexagesimū uitę annum agens ad extremum Iul.Cæsaris blandiciis ac precibus que de ore principum armate prodeunt;productus in scenam;de romano equite factus est minimus quam iniuriam ipse quidem non tacitus tulit immo multis et inter cętera his quęstus est uerbis Ergo bis tricenis annis actis sine nota eques romanus lare egressus meo domum reuertar minimusq; nimirum hoc die uno plus uixi q̄ mihi uiuendum fuit idem diu ante clarissimus et inuictus;tandem a Publio uictus extitit quippe a quo ea tēpestate nemo nō uictus extitit

quod et Iul. Cęsar diffinivit his uerbis fauente tibi me uictus es laberi: Et laberius ipse tam equo tulit animo ut uictum se sine altercatione fateretur his sapiętię plenis et memoratu dignis uersibus: nō possunt primi esse omnes omni in tempore summum ad gradum quom claritatis ueneris consistes egre: et citius q̄ descendas decides cecidi ego: cadet qui sequitur laus est publica.

Thenodorus singularis et uita et doctrina philosophus quom aliq̄diu in instruendo Augusto dedisset operam: et urgente senectute facultatem in patriam redeundi ab imperatore oraret: ac tandem impetraret discessurus ut aliquod quasi pignus et perpetuum sui recessus monumentum relinqueret: in extremo abeundi gratificandiq̄ officio: quom irasci inquit Cęsar tibi contigerit: nihil prius dixeris feceriſue. q̄ quattuor et uigīti litteras mente percurras: quod a philosopho summo inuentum proinde puto: quo concitatio illa uehemens animi alio traducta parui temporis momento languesceret sapiens profecto preceptoris dictum: Non minus benignum illud Octauiani Cęsaris factum Apprehensa enim a thenodori dextra tua mihi et adhuc opus est pręsentia dixit: hominemq̄ apud se annum postea tenuit; prefatus taciturnitatis quia sine periculo sit tutum nec mediocre premium fore.

VNT ALIAE BELLORVM rationes atq̄ consilia permulta Sigismunde Pandulphe quę tradere ardua quidem res erit et operosa nimis quoniā quod utile quisq̄ probat dux et Imperator id et sequitur: et q̄q̄ nouis ingeniorum inuentis occurrere difficillimū etiam sit quom non premeditata sępenumero casus afferat: dabimus tamen operā ex his quę prioribus ad gloriam succedere uiam aperire posteris: ut ex similibus elicere similia quęant consilia ī bituti nāq̄ ueteris ac probati q̄ diu fuisse legimus nullum bellū geri neq̄ īdici

debere neq; ſolere niſi:quicq̃ prius hoſtibus a ſacerdotibus foecia-
libus denuntiatum eſſet:apud quos belli equitas pacisq; ſanctiſſi-
mo Ro.populi iure perſcripta erat:Formula autem indicẽdi belli
aut feriendi foederis per foecialem huiuſmodi erat Et qua nulla: ut
Liuio placet uetuſtior eſſe memoratur:Foecialis inquit regem Tul-
lum ita rogauit: Iubes ne me rex cum patrepatrato populi Al-
bani foedus ferire iubente rege Saginia:inquit a te rex poſco:Rex
ait Puram tollito foecialis ex arce graminis herbam puram attulit:
Poſtea regem ita rogauit:Rex facis mene tu regium nuntiũ populi
Ro.nos comiteſq; meos:Rex reſpondit:quod ſine fraude mea popu
liq; Ro.Quiritum fiat. facio multiſq; id uerbis quæ longo affata car-
mine non opere precium eſt refferre; peragit legibus deinde recita-
tis:Audi inquit iupiter Audi paterpatrate populi albani:Audi tu
populе albane ut illa palam prima poſtremaue ex illis tabulis ceraue
recitata ſunt ſine dolo malo utiq; ea hic hodie rectiſſime intellecta
ſunt:illis legibus populus Romanus prior non deficiet;Si prior
defecerit publico conſilio dolo malo:tu illo die iupiter populum ro.
ſic ferito ut ego hunc porcum hodie feriam tantoq; magiſ ferito:
ãto magis potes polleſq;:id ubi dixit porcum ſaxo ſilice percuſſit:
Sua item carmina albani:ſuumq; iuſiurandum per ſuum dictatorem
ſuoſq; ſacerdotes peregerunt:Ancus autem Martius nummo Pom-
pilii ex filia nepos equitate ac religione aui perſimilis qui lat nos bel
lo domuit ;ius foeciale quo:legati ad res repetendas uterentur:ab
equiculis tranſtulit quod prius heſus fertur excogitaſſe patris pa-
trati uſus eodem tempore quo foecialis apud Ro. prodiit:Nam et
ĩ feriẽdis a foecialibus foederibus patrispatrati opera auctoritaſq;
exigebatur:legatus igitur idemq; patriſpatratus ubi ad fines eorũ
uenit unde res repetuntur:Capite uellato filo lanę uelamen eſt:audi
iupiter inquit Audite fines cuiuſq; gentis ſunt numina audiant fas:
Ego ſum publicus nuntius populiRo.iuſte pieq; legatus uenio uer-
bisq; meis fides ſit;Peragit:deinde poſtulata inde iouẽ teſtẽ facit:
Si ego ĩiuſte ĩpieq; illo homines illaſq; res dedier populo Ro.mihiq;
expoſco tum patrię compotem nunq̃ me ſinas eſſe;hęc quom finiit
ſupraſcandit. Hęc quicunq; primus uir ei obuius fuerit hæc por-
tam ingrediẽs hæc forum ingreſſus paucis uerbis carminis con-
cipiẽdiq; iuſiurandi mutatis peragit Si non deduntur quę expo-
ſcit diebus tribus & trigĩta tot enim ſolẽnes ſunt pactis bellum ita

indicit: Audi iupiter & tu Iuno Quirine: Diiq; omnes celestes; uosq; terrestres uosq; inferni audite: Ego uos testor populum illū qui cunq; est nominat iniustum esse: neq; ius persoluere: Sed de istis rebus in patria maiores natu consulemus quo pacto ius nostrum adipiscamur: Quom is nuntius Romam ad consulē dum rediit con festim rex ex his ferme uerbis patres consulebat quarum rerum liti um causarum cōdixit paterpatratus po.Ro.quiritiū patripatrato pri scorum latinorum hominibusq; priscis latinis quas res dari fieri: sol ui oportuit quas res non dederunt nec soluerunt: nec fecerunt: Dic inquit ei qui primum sententiam rogabat: Quid censes: Tum ille puro pioq; duello quęrēdas censeo itaq; consentio: consistoq; indeq; ordine alii rogabantur: Quandoq; pars maior eoꝝ qui aderant: in eandem sententiam ibat: bellum erat consensu fieri solitum: ut foeci alis hastam feratam: aut sudem pręustam ad fines eorum ferret: et non minus tribus puberibus pręsentibus diceret: q; populi prisco rum latinorum: hominesue prisci latini aduersus populum roma num quiritium fecerunt deliquerunt q; populus romanus quiritium bellum cum priscis latinis iussit esse Senatusue po.ro.Quiritiū fece runt deliquerunt q; populus ro.quiritium censuit: consensit: consci uit ut bellum cum priscis latinis fieret ob eam rem: Ego populusq; ro. populis priscorum latinorum: hominibusq; priscis latinis bellū indico: facioq; id ubi clara uoce denuntiasset: quam clarigationem quasi claram actionem ueteres dixere hastam in fines eorum emitte bat quę sic deniq; missa belli prīcipium erat: quod nec dissimulasse uisus est Maro: Quom inquit Et iaculum torqueus emittit in auras principium pugnę erat: Et ante bellonę templum bellica columnę id nomen est: supra quam hastam etiam iaciebant bellum indicturi Ouidius in fastis: Prospicit a tergo summum breuis area circum Est ubi non paruę parua columna notę: Hinc solet hasta manu belli prędūtia mitti In regem et gētes quom placet arma capi Hocitaq; tum modo repetitę primum res a romanis: ac bellum īdictum: morēq; eum posteri et si absoluerit acceperunt.

Elebres deinde auctores hademus quę uel ui uel arte excogitari ac machinari possunt ad capiendum opprimēdumq; hostem nutu deorum et auspicio fieri solere: ut his propitiis

et auctoribus ars efficatior esset; simili modo inoppugnationibus urbium ante omnia solitum a romanis sacerdotibus euocari deum constat in cuius tutela id oppidum sit promittiq; illi eũdem aut amplior em honorem apud romanos cultumue: Quod haud aliter urbẽ capi posse non crederent; aut etiam si posse nephas existimarent deos habere captiuos: Propterea durauit in põtificum disciplina q̃diu id sacrum constatq; ideo occultum et multis sęculis ignotum urbis latinum nomen tutelarisue dei: Sed dei quidẽ nomen nonnullis antiquorum inter se dissidentium libris insitum est: Alii enim Iouem crediderunt, alii lunam alii opem, consciniam; et horum quidem fides firmior uidetur quibusdam; Sunt qui Angeronam inter antiquissimas sane religiones huius deę sacellum colitur; cui sacrificatur ante diem. xii. Kll. Ianuarias; quę diua pręsul silentii ipsius pręnexo ore; digitoq; ad id admoto simulacrum habet quod silentium denũtiat; ipsius deinde uerum urbis nomen et unde deductum sit; inter doctissimos non satis constat: ut enim Varroni placet & Liuio: Potitus imperio Romulus; siue Remus condita urbs est; et conditoris sui appellatione nominata: Alii sunt qui uideri uelint romę uocabulũ ab Euandro primum datum quom oppidum; ubi sita nunc urbs est ibi offendisset; q̃ extructum antea latino nomine ualentia dicebatur Cuius uocabulum archades uertente in gręcum iuxta prioris uerbi significationẽ Rhomen pro ualẽtia uocauere; Heraclidi placet Troia capta quosdam ex Achiuis ĩ ea loca per tyberim deuenisse; deĩde suadente Roma nobilissima captiuarũ quę his comes erat; incensis nauibus posuisse sedes; struxisse moenia; et oppidum ab eius nomĩe uocauisse; Agathocles scribit romam nõ captiuam fuisse: Sed Ascanio natam æneę neptem eiusce denominationis causam extitisse tradit et romę nomẽ uerum uetitum tamen publicari; quo minus annũtiarentur Ceri moniarum archana: neq; q̃ sepe aduersus urbes hostium feciſſe se nouerant; Idem ipsi quoq; hostili euocatiõe paterẽt Sed uidendum ne quod nonnulli male existimauerunt; nos quoq; cõfundat opinantes uno carmĩe et euocari ex urbe aliqua deos; et ipsã deuotam fieri ciuitatem; Est autem carmen huiusmodi quo dii euocãtur, quom oppugnatione aliqua ciuitas cingitur; Si deus si dea est cui populus ciuitasq; carthaginensis est in tutela teq; maxime qui urbis huius populiq; tutelam recepisti pręcor uenerorq; ueniamq; a uobis peto ut uos populum ciuitatemq; carthaginẽsium deseratis

loca:templa:ſacra:urbem eorum relinquatis abſq; his abeatis:eiq; populo ciuitati metum:formidinem:obliuionem iniiciatis proditiq; Romam ad me meoſq; ueniatis:noſtraq; uobis loca:templa:ſacra urbs acceptiora:probatioraq; ſint:mihi quoq; populoq; Ro.militi. buſq; meis prępoſiti ſitis ut ſciamus intelligamuſq; Si ita feceritis noueo uobis templa ludoſq; facturum;in eadem uerba hoſtias fieri oportet;auctoritatemq; uideri extorum:ut ea promittant futura:ur. bes uero exercituſq; numinibus iam euocatis his uerbis ſic deuouẽ. tur:Dis paterue Iouis manes ſiue quo alio nomine faseſt nominare oro ut omnes illam urbem carthaginem exercitumq; quem ego me ſentio dicere fuga.formidine;terrore compleatis;quiq; aduerſus le. giones:exercitumq; noſtrum arma telaq; ferent,uti uos eum exercitũ eoꝝ hoſtes:eoſq; homines urbes agroſq; eorum et qui in his locis re. gionibuſq; agris:urbibuſq; habitant abducatis;lumine ſupero priue tis:exercitumq; hoſtium:urbes:agrosq; eorum:quos me ſentio dicere uti uos eas urbes:agroſq; capita;ętateſq; eorũ deuotas;cõſecrataſq; habeatis ollis legibus quibus quandoq; ſunt maxime hoſtes deuoti eoſq; ego uicarios pro mea fide:magiſtratuq; meo po. Ro.exerciti. bus:legionibusq; Do:Deuoueo:ut me meamq; fidem imperiumq; le giones:exercitumq; noſtrum qui in his rebus gerendis ſunt bene ſal uos nos iri ſinetis eſſe:Si hęc ita faxitis;ut ego ſciam ſentiam intel ligamq; tum quiſquiſ uotum hoc faxit ut ubi faxit recte factum eſto Ouibus atris tellus mater teq; Iupiter obteſtor quom tellurem di. cit manibus terram tangit quom Iouem dicit manus ad celum tol. lit quom uotum recipere dicit manibus pectus tangit hęc eſt euo. cationis deuotioniſq; forma.ex libro rerum reconditarum.v.ſamo. nici ſerani utrunq; carmen hoc continentis.Quod etiam ille in cuiuſ dam furti uetuſtiſſimo libro ſe repperiſſe profeſſus eſt;Liuius autẽ libro octauo ab urbe cõdita.Trepidationem detii conſulis ſe deuo uentis aliam deuotionis formam his uerbis expreſſit;Agedum pon tifex publicus populi Ro.prei uerba quibus me pro legionibus de. uoueam:pontifex eum togam prætextam ſummere iuſſit;et uellato capite manu ſubter togam ad mentum exerta ſuper telum ſubiectũ pedibus ſtãtem ſic dicere:Iane:Iupiter:Mars:Pater Quirine:Bel lona:lares:diui npuem ſimiles dii ĩdigetes:Diui quorum eſt pote. ſtas noſtrorum hoſtiumq; Diiq; manes uos pręcor:ueneror:uenian pero feroq;:ut populo Ro.Quiritium uim uictoriamq; proſperetis;

hosteſq; populi Ro. Quiritium terrore;formidine;morteq; afficiatis ſicut uerbis nuncupaui;ita pro Ro.populo Quiritium exercitu; legionibus;auxiliis populi Ro. Quirtium legiones;Auxiliaq; hoſtium mecum deis manibus ;telluriq; deuoueo Hęc ita præcatus;lictores ire ad.T.Manlium iubet Matureq; collegę ſe deuotũ pro exercitu nuntiare ipſe incinctus;cinctuq; gabino;armatus in equum inſiluit;ac ſe in medios hoſtes īmiſit;conſpectus ab utraq; acie aliquanto anguſtior humano iuſſu ſicut a celo miſſus piaculũ omnes deorum ire qui peſtem a ſuis aduerſam in hoſtes ferret;ita omnis terror;panoreq; cũ illo latus ſigna prima latinorum turbauit;deīde in totam penitus aciem perſuaſit;euidentiſſimũ id fuit;q; quacũq; equo inuectus eſt;ibi haud ſecus q̃ peſtifero ſydere icti pauebant; ubi uero corruit obtutus telis;inde iam haud dubie conſternatę cohortes latinorum fugam;ac uaſtitatem late fecerunt illud etiam adiiciendum uidetur licere Conſuli;dictatoriq; et prętori quom legiones hoſtium deuouerit non utiq; ſe:Sed quom uelit ex legione romana ſcripta ciuem deuouere.

Eque etiam ſermo ille quem de Zaleuci minois lycurgi: Nummæ aliorumq; ſimilium uirorum religione deorũ narrant hiſtorię ĩceptum quicq̃ habet qui ut īfrenes difficilesq; multitudines gubernarent;componerent;caperent;magnaſq; rebus publicis nouitates afferrent;Deorum opinionem cõmenti ſunt;quę ipſis illis quorum gratia fingebantur ſaluti eſſent;in qua re præter hos quos modo diximus; nec externorum nec noſtrorum ſimilium uirorum deſunt exempla;Nanq; epaminundas ille thebanus non aliter aduerſus lacedęmonios q̃ religione fiduciam ſuorum adiuuandã cenſuit; eueſtigio enim arma quæ in templis ornamentis affixa erãt nocte ſubtraxit;perſuaſitq; militibus deos iter ſuum ſequi;et prelĩatibus ipſis adiumento fore;Pericles athenienſium quoq; dux iturus prelium quom animaduertiſſet;locum ex quo utraq; acies conſpici poterat denſiſſime opacitatis uaſtum alioquin et Diti patri ſacrum ingentis illic ſaturę hominem altiſſimis Cothurnis,et ueſte purpurea uenerabilem in curru conſtituit;Qui dato pugnę ſigno proueheretur et uoce periclem nomine appellans cohortaretur eũ diceretq; deos atheniẽſes adeſſe;quare ſubito demiſſis ac cõſternatis

animis hõſtes in fugam uerſi ſunt: Thimolion Corinthius magnus etiam omnium iudicio uir: et dux humanarum rerum; nihil quod fau ſtum: foelix: fortunatumq; eſſet; ſine deorum numine geri poſſe pu tabat: Proinde ſuę domi ſacellum conſtituerat: idq; ſanctiſſime cole bat; ad hanc quam: hominis excellentem probitatem et religionem mirabiles acceſſerāt caſus; Nam prelia maxima natali ſuo die fecit omnia quo factū eſt ut eius diem natalem feſtum haberet uniuerſa ſicilia; Syrus quiſpiam nomine Eunus: fanatico furore ſimulato: dū Syrię deę comas iactaret ad libertatem et arma ſeruos quaſi numi, num imperio concitauit; idq; ut diuinitus fieri probaret; in ore abdi, ta nuce: quam ſulphure: et igne ſtipauerat leniter inſpirans flāmam inter uerba fundebat hoc miraculum primo. IIM. exobulis mox iure belli refractis ergaſtulis. Lx. amplius milium fecit exercitum regiis ne quid malis deeſſet: decoratus inſignibus: caſtella uicos: op, pidaq; miſerabili direptione uaſtauit: Vtq; ad noſtros unde paulu, lum diſceſſit redeat oratio: Scipio maior clariſſimum hac in re prę, cæteris ſibi locum uendicat: Quippe qui ab adoleſcentia ſupra quā credi poſſet mira quadam arte in oſtentationem uirtutis ac ſancti, monię inſtructus erat: Pręcrebuerat enim fama ſeu conſulto ſeu te mere incertum non humana: Sed diuina eum ſtirpe progenitum: Cui quidem in tali re uſu euenit: et fabularum ambages aderant uſum ſerpentem inſuetę magnitudinis in lecto matris ſibi infanti draco, nem circunfuſum; nihil nocuiſſe; multa id genus uulguſ indoctum motura: hanc deſe opinionem hominum tali ingenio nutriuit: ut de origine quidem ſua nihil ſponte loqueretur; et interrogatus an uera eſſent quę paſſim ferebantur nec affirmaret ne quam exinde uanita tis notam incurreret; nec negaret quod credi ab omnibus gratu, labatur: hac taciturnitate plus aſſecutus; q̄ ſi palam Iouis ſe filium prædicaſſet: Addidit etiam aliud religionis genus per ſingulos di, es anteq̄ quicq̄ publici: priuatiq; muneris ageret; in capitoliū aſcē, dens: cellam Iouis ſolus intrabat ibiq; aliq̄diu perſtans: uelutt diui, no colloquio frueretur: uulgo perſuaſerat inde ſpei plenus ad geren das res digrediebatur: idq; in multis bellis repletis ſuperſtitione: ac ſæpe militum animis quaſi e cælo promiſſis proſperis euentibus ad uictoriam eos contuliſſe certum eſt: L. Sylla quo paratiorem mi litem ad pugnandum haberet prędici ſibi a diis futura ſimulauit Poſtremo etiam in conſpectu exercitus priuſq̄ in aciem deſcēderet;

Signum amplitudinis:quod delphis ſubſtulerat orabat:petebatq; promiſſam uictoriam maturaret.C.Marius mulierem quandam Syram nomine Martam habuit:uaticinii ut dicebatur;gnaram quam lecticæ incubantem compoſite ornateq; circunducebat:et aqua ſe dimicationum euentum prædiſcere inſimulabat;Q.Sertorius cum barbaro et rationis et conſilii exercitu in religionem tamen prono uteretur:Ceruam candidi coloris per luſitaniam ducebat:tanq; donum id eſſet dianę ſibi tranſmiſſum et ab ea quæ agenda queue uitanda erant pernoſcere ſe aſſeuerabat nam quotiens hoſtium copias fines ingreſſos aut oppidum aliquod coepiſſe occulte perſenſerat in ſomnis ſibi dictum a cerua inſimulabat ut ſuas in armis haberet: Rurſus uero ſi uictoria aliqua ducum ſuorũ deferebatur;occultato nuntio ceruam coronabat:ſibiq; ab ea quoq; fauſte nuntiatum:et ob id diisſupplicandum eſſe dicebat quaſi aliquid foeliciter geſtũ audituros hac ratione illos ſibi magis;ac magis parere compellebat ueluti non hominis alienigenę;Sed dei conſiliis ac religione ſũma ducerentur;Poſt hos deniq; intueri ſi libet.M.Furium Camillum uirum religione pace ac bello uere unicum Cæteroſq; Romanorum et exterarum gentium illuſtres ab ętatis noſtrę memoria remotos: maximarum profecto uictoriarum:et optatæ glorię compotes fuiſſe eos ſemper inuenies;qui res præceteris exactiſſimo deorum cultu: auſpicioq; geſſiſſent.

Sque etiam adeo religioſa res militia fuit;ut non niſi ſacramento fieret miles et qui miles non eſſet ei militare munus obire non liceret cuius rei fidẽ ſi quęris;ĩ primo offi.libro M.T.Cicero opulentiſſimus teſtis eſt Pompilius inquit Imperator tenebat prouintiam in cuius exercitu catonis filius tyro militauit Quom autem pompilio uideretur unam dimittere legionem catonis quoq; filium qui in eadem legione militabat:dimiſit Sed quom amore pugnandi in exercitu remanſiſſet;Cato ad Pompilum ſcripſit:ut ſi eum pateretur i exercitu remanere:ſecundo obligaret militię ſacramento;quia priore amiſſo iure cum hoſtibus pugnare non poterat:M.quoq; catonis ſenis ad M.filium extat epiſtola:in qua ſcribit ſe audiſſe eum dimiſſum eſſe a conſule quom in macedonica bello perſico miles eſſet;monet igitur ut caueat ne pręlium ineat;

negat enim iuseſſe cum hoſte pugnare quaſi miles non ſit ecce q̄
uir ſapientiſſimus milite non credebat niſi eum qui ſacramento ad
militiam eſſet adactus.

Vcio etiã Flac.et C.Varrone coss.milites primo iure iurãdo
facti ſunt antea enim ſacramento tantum modo a tribunis
rogabantur:i pſiq̄ inter ſe coniurabant ducis aut tribuni
parere edicto militiam non deſerere:ſtrenue pugnare:defendere ſi
gna:non uitare mortem:tenere pugnando locum:eundemq̄ intereun
dum ſeruare:ſuecurrere feſſis:protegere ſaucios:die iſcripto adeſſe
et citanti Imperatori reſpondere:quod et Liuium xxii.ab urbe cõ
dita minime prꝛterit:Delectum inquit profecto coss.paucos mo
rati dies dum ſotii ab nomine latino uenirẽt:nunq̄ quod ante factũ
erat iureiurando a tribunis militum adacti milites iuſſu coss:con
uenturos neq̄ in iuſſu abituros:nam ad eam diem nihil prꝛter iu
ramentum fuerat:et ubi ad decuriatum et centuriatum conueniſſẽt:
ſua uoluntate ipſi se equites decuriati centuriati pedites coniura
bant ſeſe fugę:atq̄ formidinis cauſa non abituros neq̄ ex ordine nõ
receſſuros:niſi teli ſummendi:aut petendi aut hoſtis feriendi:aut ci
uis ſeruandi cauſa:id ex uoluntario inter ipſos foedere ad tribunos:
ac legitimam iuriſiurandi ad actionem tranſlatum.

Incius uero de re militari quom delectus antiquis fieret:&
milites ſcriberentut iuſiurandum eos tribunus militum adi
gebat in uerba hęc in magiſtratu uerba.C.Lelii C.F.cos.
L.Cornelii.P.F.cos ĩ exercitu decẽq̄ milia paſſuũ prope:furtũ no
facies dolo malo ſolus:neq̄ cũ pluribus pluris nũmi argẽtei in dies
ſingulos extraq̄ haſtam haſtile pompabulum:utrem ſolem:faculam
Si quid ibi inueneris ſuſtuleris ue quod tuum non erit quod pluris
argentei nummi erit.uti tu ad.C.Lelium.C.F.cos.L.ue Cornelium
P.F.cos Siue ad quem utrum eorum iuſſerit:proferes:aut profite
bere in triduo proximo quicquid inueneris ſuſtuleris ue:in dolo malo
aut domino ſub ciuium id cenſebis.reddes uti quod recte factum
eſſe uoles:militibus autem ſcriptis tempus prꝛfiniebatur quo die

adeſſent et ut citanti couſuli reſponderent Deinde ita cõcipiebatur iuſiurãdum ut adeſſet his additis exceptionibus:niſi haruncę aliqua cauſa erit funus familiare:ferię uindemiales quę non eius rei cauſa ĩ eum diem collatę ſunt:quo iseo die minus ibi eſſet morbus ſonticus;auſpiciumue quod ſine piaculo pręterire non licet ſacrificiumue anniuerſarium:quod recte fieri non poſſet:niſi ipſo die:Si haruncę aliqua cauſa erit tum poſtridie licebit;quom autem miles die quæ prędicta erat aberat neqꝫ excuſatus erat:Cæterum ĩfrequés dabatur;iurabant autem milites teſte Liuio per Iouem martemqꝫ.

Mperium autem belli habentes apud ueteres de controuerſiis iudicabant ;atqꝫ hoc alii iureiurando;alii ſine;Erat autem illis iuſiurandum perſceptri eleuationem;ut Ariſtoteles auctor ẽ: et hęc de militaris;ac Imperatorii forma iuramenti dicta ſint.

Vom autem duo ſint quæ militem efficiunt;delectus ſcilicet et ſacramẽtum:De ſacramẽtoqꝫ dictum ſatis ſuperqꝫ ſit:de altero nobis differendum ſupereſt;In hoc itaqꝫ militum delectu;primo cuius gentis ſint ipſius deinde regionis ſpectãda natura quom et uario et diuerſo terrarum ſitu cęliqꝫ aſpectu et facies hominum et uoces et colores et corporum lineamenta et qualitates animorumqꝫ diuerſitates prodeant nec dubium ſit effeminari animos;locorum amenitate nimia aliquidqꝫ ad dandũ animis uigorem corrumpendumqꝫ poſſe regionem; Hinc enim ęgyptios eſſe ſuapte natura leues;uentoſos;pendulos;furibundos;iactantes;iniurioſos;nouarum rerum cupidos;et ad omnia fame momenta uolitantes;Romanos graues.Crętos ſuperbos auaros;et leues expeditiore ingenio;Athenienſes callidos;Poenos et uerſipelles insensatos;Galathas;et ſi.Diodoro credimus Molles;minaces;detractores;opinioneqꝫ inflatos acutos ingenio;et a doctrina minime alienos mobiles; et ĩfidos Numidas.Seres.Perſas et Alobroges horridos hiſpanos furẽtes Cymbros animoſos Germanos et feroces procero corpore animoq̃ magno magiſq̃ firmo:Gallos quorum.Iulio Cel.belli gallici libro tertio auctore ut ad bella ſuſcipienda alacer non ſolum Sed promptus eſt animus Sic mollis ac minime reſiſtens ad calamitates

perferendas .nens eorum eſt :utq; inquit Romanę pater hiſtorię hoꝝ
etiam quidem corpora intollerantiſſima laboris atq; ęſtus fluere;
primaq; eorũ eſſe prælia pluſq̃ uiroꝝ:poſtrema minus q̃ foeminaꝝ
iamq; cognitum eſt.Si primum impetum quem feruido ingenio et
ceca ira effundunt ſuſtinueris fluunt ſudore et laſſitudine membra
labant arma mollia corpora;molles ubi ira conſedit animos;Sol pul
uis:ſitis;ut ferrum non admoueas proſternunt:Quid de nonnullis
aſię partibus frigia chariaq; dixerim ;nonne ſi Ciceroni credimus;&
ueteri prouerbio friges plagis fieri ſolere meliores;Quid de tota cha
ria ;nonne prouerbio etiam increbuit Si quid cum periculo experiri
uelis in charia potiſſimum id eſſe faciendum:quid porro de creten
ſibus dicam:quos epimenidis poetæ ſententia quã poſtea Callima
cus uſurpauit: et mẽdaces et malas beſtias:et uentre pigros ſemper
fuiſſe conſtat:Deniq; qui proximi ſunt ad axem meridianum:ſub
iectiq; ſolis curſui uel ad orientis plagas uergunt breuioribus corpo
ribus ſunt ob cæliq; tenuitatem ex acuto feruore ad conſiliorum
bellicorum cogitationes incredibili ſolertia expeditius celeriusq; q̃
cęteri mouentur;atq; ingenii et artis plurimum ita et animi parum
habent propter ſanguinis enim exiguitatem ſolis calore exhauſtam
ferro reſiſtere formidoloſiores ſĩt;Cõſequẽs ẽ Lucanus;Quicqd ad
eoos tractus mũdiq; : tẽperẽ labit emollit gentes clemẽtia cęli Illic
et laſſas ueſtes;et fluxa uirorum uelamenta uides.Sub ſeptentrio-
nibus autem quę nutriuntur gentes ac nationes immanibus corpo
ribus et ſanguine plurimo ab humoris plenitudine et craſſitudine
cęli perfuſi hebetes ac tardas ut habent mentes ita et animo qui
dem magno ſunt et elato:Proinde ad armoꝝ uehemẽtiam procliuio-
res ſunt;Sanguinis enim copia ſine timore in ferrum ruunt et uul
nera Quod ſi in dubium cuipiam forte ueniat ardentiſſimus duobus
in locis teſtis Lucanus accedit:ĩ altero quidem his uerbis:Certe po
puli quos deſpicit arctos foelices errore ſuo quos ille timorum ma-
ximus haud urget lęti metus inde ruendi in ferrum mens prona
uiris animęq; capaces mortis et ignauum eſt rediturę parcere uitę
is in altero Omnis in arctois populus quicunq; pruinis Naſcitur in
domitus bellis:et martis amator Alpina etiã corpora humecto cęlo
educata ſimile quidpiam niuibus ſuis habent ſuoq; ſimillima cælo
utuntur:ut ait poeta Quum enim mox pugna in caluerint ſtatim in
ſudorẽ eũt et leui motu quaſi ſudore laxãtur Quum igit acutiores

et ad motum proniores efficiat calidus aer hominum mentes refri-
geratus autem contra tardiores; Quod pigrum contractūq; est fri-
gus ut in serpentibus est uidere quę solis incendio ex plosa humo-
ris refrigeratione cursu:et corporum dimicatione mouentur acerri
me;hyberno autem tempore ab humectatione cęli refrigerate īmo-
biles propemodum fiunt atq; stupētes:ex his itaq; qui mediam quā
dam locorum regionumq; qualitatem ab origine nacti erūt eligen-
tur ꝙ utriusq; naturę participes sint:ad eedem mortisq; conc̄ptum
ad intelligentiam uigoremq; animi dimicationibus impartiendum
idonei Adde ꝙ salubris hęc utrinq; mixtura ad omnes actus:ritus
mores;sensus fecunda efficit ingenia imperii omnis totiusq; naturę
capacia:ut italorum omnium qui contra barbarorum uirtutes forti
manu consiliis uero contra meridianorum cogitationes orbis terrarū
imperio potitis inuictas et immortales laudes consecuti sunt; Quas
etiam inter hos ut facile consequamur adhibendi erunt prestanti i
genio uiri militaris disciplinæ gnari:quos summa curaet diligentia
niti decet ne quis militum ętate minor aut q̄ uirtus poscat aut ma
ior q̄ patiatur humanitas contra morem ueterem deligatur ętatis au
tem huiusmodi initium ad finem Tubero in historiarum primo scri
psit.Seruium Tullum prudentissimum Ro. populi regem a xvii.ad
annum usq; quadragesimum sextū milites scripsisse;ꝙ idoneos tūc
esse populos Ro.arbitraretur:Similiter senatum triumuiros binos
creasse in hoc militum delectu solitum accepimus:alteros qui citra:
alteros qui ultra quinquagesimum lapidem in plateis foris et conci
liabulis omnem copiam ingenuorum inspicerent:et si qui roboris
satis ad ferenda arma habere uiderentur etiam si nondum militari
etate essent:milites facerent tribuni plebis si his uideretur ad popu
lum ferrent ut qui minores septem et decem annis sacramento di-
xissent:his proinde stipendia procederent;ac si septem et decem an-
norum aut maiores milites facti essent;Nec aliter dictator ex aucto
ritate patrum dictus Iunius et.T.Sempronius magister equitum
delectu edicto Iuniores ab annis decem et septem et quosdam prę-
textatos scripsere .iiii. ex his legiones et mile equites efficientes
Macedonum regum Philippus primo ac mox Alexander non præ-
textatos et impuberes nec spectati Roboris iuuenes tantum Sed ue
teranos etiam qui superiori tempore sæpe ac diu in castris uersati
essent ad exercitum deligendos censuit quosq; non tam milites;q̄ in

militum prefectos et tribunos uirtutis ac ueneratione et ſapientiæ magnitudine delectos iure diceres;Proceritatem ſũt deinde qui in hoc delectu ſpectari debere maxime putent:Fortitudinem nanq; et uirium magnitudinem conſiſtere:quemadmodum formę pulchritudinem in magno corpore aiunt;Non abre igitur delectori ſuo Pyrrhum dixiſſe ferunt tu grandes elige ego eos fortes reddam;Nec multum id tamen refert Si cętera probitatis ĩſignia coeant;proceri ne ſint an ſtatura breuiore;Preſtat enim uirium q̃ ſtaturę rationẽ habere unde equites Ro.binum fuiſſe cubitorum:clari nec deſunt auctores ut.C.Marium quom facultatem;haberet deligẽdi exercitus ex duobus qui ſub Rutilio;quiq; ſub Metello ac poſtea ſub ſe ipſo meruerant Rutilianum quempiam minorem quoniam certioris diſciplinę arbitrabatur militẽ pręoptaſſe;Idem Marius declaratus cos. militum agens delectum;capite cenſos militię aſcripſit;quod genus hominũ ab imperatoribus cęteris antea nunq̃ receptum fuerat;Arma enim ueteres illi non niſi cum ingenuis hominibus cuiuſdamq; cenſus;et benemeritis partiri ſoliti ſunt;Iudicantes cẽſum adres bene gerẽdas ut pignus eſſe;Id autẽ ab.C. Mario pręter legem; moremq; maiorum;alii per ambitionem conſulis;alii bonorum inopia factum memorant;ueritus autem poſtea hanc militum electionem in ſui nominis ſuggillationem uerti poſſe;et ueluti capite cenſum imperatorem compellari eiuſcemodi militie genus oblitterandũ duxit;et q̃q̃ ad hunc uſq; diem capite cenſum militem etiam nobilem Romana res publica deligendum egre tuliſſet;cęlis tamẽ ſeruilibus et paſtorum caſulis mancipiorum ut ita dixerim colluuionem quẽdam deligere;et tanq̃ ualidiſſimum robur legionibus ſuis adiicere coacta eſt;Bello etiam punico ſecundo quom deeſſent qui ſcriberentur;Serui p dominis pugnaturos ſe poliċiti;ĩ ciuitatem recepti ſunt;et uolones quia ſponte hęc uoluerunt appellari;eiuſdem etiam belli punici tempore in foeliċibus quibuſdam pręliorum ſucceſſibus confectis;ĩminutisq; Romanorũ legionibus;Senatus cenſuit; ut publice ſerui emerentur;proinde quattuor et uigintimilia ſeruorum empta fuiſſe conſtat;hoſq; iureiurando adactos fortiter Strenueq; quoad poeni uexarent italiam laturos arma in caſtra tranſmiſit Ad Cannas quoq; uictis Romanis ſimilem formam noui delectus inopia liberorũ capitũ;ac neceſſitas dedit octomilia nanq; iuuenũ ualidorum ex ſeruitiis prius ſciſcitãtes ſingulos uellẽt ne militare

empta publice armauerunt;quomq; ſex milia Romanorum quę ĩ ca ſtris hannibalis captiua erant minoris redimi poſſent;maluit ſe res publica ſeruis in tanta tempeſtate cõmittere;In qua et prętextato rum plurimos arma tuliſſe et abdictorũ et ultimo ſupplicio plectẽ dorum ſexmil.etiam conſcripta fuiſſe memorant.Sed poſt calami, tatem apud tranſimenum nocte cladis acceptam;libertini quoq; ĩ ſacramentum uocati ſunt bello ſotiali cohortum xiiM.ex libertinis cõſcriptarum opera memorabilis uirtutis apparuit aduerſus gallos L.furio duce quom latini qui a romaĩs ſubiugati erant milites prę ſtare nollent ex romanis tantum tyrones delecti ſunt factęq; legio nes decem Qui modus Lx.uel eo amplius armatorum milia paruis adhuc rebus romanis efficiebat Cęſarem quom milites in amiſſorũ locum ſubſtitueret ſeruos quoq; ab amicis accepiſſe;et eorum forti opera uſum eſſe comperimus;Cęſar Auguſtus in germania et illy, rico cohortes libertinorum complures legit;quas uoluntarias appel, lauit;Ac me putes hęc tantum contigiſſe reipu.noſtrę Boriſtenide oppugnante Zopyrione ſeruis liberatis dataq; ciuitate peregrinis et factis tabulis nouis hoſtem ſuſtinere potuerunt;Cleomenes la, cedęmonius quom mile quingenti ſoli lacedęmonii;qui arma ferre poſſent ſuperfuiſſent;Ex ſeruis manumiſſis bellatorum nouem milia conſcripſit;Athenienſes conſumptis publicis opibus;ſeruis liber tatẽ dederũt;Cato quoq; Cenſorius eo item milite quiſquis ille eſſet ſibi opus non eſſe aiebat;qui ut intereundum manus ita interpu, gnandum pedes agitaret quiq; in ſtertendoq; hoſtibus in clamando longius ſentiretur Rurſus hic ſe iuuenibus dicebat magis oblectari qui rubeſcerent q; qui palore perfunderentur;Idem in pinguem quẽ dam acerbe maledictis inuectus eſt.Quibus enĩ ĩ rebus huiuſmodi corpus ciuitati fructuoſum fore putas;interrogauit cuius inter gut tur et inguem cuncta ſub uentris ditione poſita eſſent.Neq; aliter magnis atq; prępinguibus dux ille thebanus epaminundas infeſtũ ſe prębebat quippe qui et talem quempiam ammouit exercitu;ĩqui ens uix tribus quattuorue clipeis tegi eius uentrem;cuius magnitu dine ſuam ipſius mẽtulam ne uidere quidem poſſet;Nimis ſimiliter pingui homini;et corpulento militi cenſores quondam equos adi, mere ſolitos legimus;minus idoneum ſcilicet ratos eſſe eum tanti corporis pondere ad equitis munus obeundum;Cęſar militem neq; a morum urbanitate;neq; a formæ dignitate;neque ab externorum

bonorum copia Sed a uiribus corporis tantum deligendum probat: maiores ſuos credo ſecutus. uera enim illa Romuli proles agris: uil, liſq; exercitata: ut firmiſſimis per ualida corporibus Sic ad militiam quom opus eſſet ſemper Fortiſſimos uiros et Milites ſtrenuiſſimos ex ruſtica plebe diligens prępoſuit urbanę utq; omnem uillam: ortũ ueteres appellabant: q; ibi qui arma capere poſſent orirentur: Sic finitis quoq; bellorum operibus augendæ reipu. cauſa urbes inſtitu erunt: Quas uictoribus militibus pro eorum meritis aſſignarent: et ab incolendo colonos appellauere: hinc etiam ciuitates a maio, ribus ciuitatibus ueluti populorum examinibus conditę coloniæ nuncupantur. Sic Iulius Cęſar militem a colendo rure deductum intra ſtipendiaria merita detinuit: ueteranoſq; incolonias dimiſit: Di uus eque Augu. exercitus qui ſub Antonio aut lepido militauerant pariter et ſuorum legionum milites colonos fecit alios in italia alios in prouintiis quibuſdam delectis hoſtium ciuitatibus nouas urbes conſtituit quoſdam a ueteribus oppidis deduxit et colonos nomina uit: illas quoq; urbes que delectę a regibus aut dictatoribus fuerant quaſq; ciuilium bellorum interuentus exhauſerat: dato iterum colo nie nomine numero ciuium ampliauit romana quoq; reſpu. quom neceſſaria admodum eſſet militia in urbe ad uim ui hoſtium pro, pellendam uixq; fieri poſſet. quo idem ſemper militię munus obirẽt rem ut omnibus conducibilẽ in urbe retinuit munus autem huiuſ, modi pro cuiuſq; hominis condictione intercapedine: ac uiciſſitudĩe quadam uariauit Quapropter et agricola quom uiciſſitudo et rei pu. neceſſitas aderat Relictis agris ad arma proficiſcebatur: ommiſ ſoq; agricolationis artificio quaſi alius factus militabat rurſuſq; ad artificiũ redibat non ut miles uel belli dux: Sed ut artifex nec erat illis pudor depoſitis armis anguſtia rei familiaris coactis agreſtem uitam repetere: ea nanq; ętate ciuitatis proceres in agris uerſabãt: et quom conſilium publicum fieri ſolitum erat a uilis accerſabãtur in ſenatum: quod uſq; adeo uerum eſſe conſtat: ut Attilium Seranũ imperium populi Ro. ſuſcepturum dati honores ſerentem inuene, rit: unde et cognomentum poſtea aranti etiam illa quattuor ſua iu gera in uaticano: quę prius prata quintia dicebantur L Quintio Cincinato uiator attulit dictaturam: ex qua obſeſſi conſules et exer, citus liberator depoſitis faſcibus rurſus ad eoſdẽ boues rediit buſſe quuſq; denuo factus eſt: Item Fabricius: et Curius dẽtatus: alter

Pyrrho finibus italię pulſo domitis Alter Sabinis non minori indu-
ſtria agros coluit: q̄ ſtrenue ac fortiter armis hoſtes queſiuit Nec
aliud de. M. Furio Camillo; multiſq; aliis romani generis memora-
bilibus ducibus ad hoc ſemper duplex ſtudium uel defendendi; uel
colendi patrios queſitosue fines ĩcumbentibus coniectari licet teſte
Lucano quom ĩquit; Paupertas fugitur; totoq; accerſitur orbe Quo
gens queq; perit nunc longos iungere fines Agrorum et quondam
duro ſulcata Camilli uomere; Et antiquos Curionum paſſa ligones
lõga Sed ignotis extendere rura colonis: Quom diſtinctio honoſq;
ciuitatis ipſius Non aliũ de eſſet nec prima maiorũ cognomĩa non
aliũde. n. Fabios q̄ ab agroꝝ foſſiõe; fodios qdã nõ ĩcelebres primũ
dictos putant; mutatiſq; gemĩs litteris; fabios deinde cognomĩatos;
uel a fabaꝝ exactiſſimo cultu: Fabioꝝ. n. lentuloꝝ Cice. q; cognomi-
nationẽ admittebant; ut q̄ſq; aliquod optime genus ſereret: Sic Iu
niorum familiam bubulcum nominarunt; qui bobus utebatur nec ſo
lum ſemina ac boues; Sed ſcrofam etiam et aſinam uiris non medi
ocribus Tremulio et principi cornelię gentis Cęterisq; Corneliis;
et Scipionibus cognomenta prębuiſſe non eſt obſcurum; Syluius
deniq; a quo omnes albanorũ reges Syluii ſunt uocati; non aliunde
q̄ q; Syluis et rure fuerat educatus; hoc ſibi apud latinam gentem
nomen aſciuit; et quoniam Ruſticę tribus laudatiſſimę eorum qui
rura haberent; urbanę uero in quas tranſferri ignominia eſſet deſi
diæ probro; ea porro ratione ut ex agricolis milites deligerentur fa-
ctum eſſe reor; quoniã minime male cogitãtes; duratis ad omnem
malorum tollerãtiam membris et ęſtum; et puluerem; et frigora et ni
ues pati; uada. fluminum traiicere; Celeribuſq; plantis montes ſu-
perare aptiſſimi ſunt; Adde q; deliciarum omnium ac uoluptatum
contemptores iure uidentur; non multifacere oppetere in bello cum
tot laboribus tantiſq; malis affecti liberẽtur; Neſcio enim quo pacto
fit ut is mortem minus reformidet; qui laute minus uixerit; Neq; ta-
men inficiandũ reor fortiſſimos ac optimos græcorũ romanorumq;
milites cũ laude et dignitate ex urbibus ad militiam fuiſſe delectos
uerũ quia hi tũc non ocio; non langore; non deſidia; non luxu non
umbris non delitiis; cæteriſq; uoluptatibus infringebantur pericu-
la ſubire ſoliti ex infamię pudore et glorię cupiditate quales ho-
merus aliquot ex ciuibus etiam facit ut hectorem et Diomedem
Ro. reipu. regniq; illius ampliſſimi ſalus ac fundamentum erant;

Noſtrę autem ętatis milites urbani et uerne ſplẽdido apparatu uncti et nitidi ac urbium illecebris deliniti cum loci diſciplina ſeueri, or firmet ingenium aptumq; magnis conatibus reddat ſi manus conſerere debeãt:quom in leui armatura paꝝ habeant fiducię;in graui minimum alacritatis;crebro non tam ducibus ſuis conferre ad uictoriam q̃ hoſtes irritare ad prędam ſolẽt:unde et Hannibal quom apud regem Antiochum profugii cauſa diuertiſſet;facetiſſime cauillatus eſt:Eaq; cauillatio huiuſmodi fuit;Oſtendebat ei Antiochus exercitum ingentem;quem bellum populo Ro.facturus comparauerat;purpura:inſignibus auri et argenti fortunę apparatibus florentem;inducebat etiam falcatos currus;et elephantos cum turribus equitatumq; cum frenis:monilibus:faleriſq; profulgentem;atq; ubi rex contemplatione tanti:ac tam ornati exercitus gloriabundus Hannibalem aſpicit:Putas ne inquit conferri poſſe;ac ſatis eſſe credis romanis hęc omnia Tum poenus eludens ignauiam ꝫ belliamq; militum eius prędioſe armatorum;plane ſatis eſſe credo romanis hęc omnia;etiam ſi auariſſimi ſunt:nihil prorſus nec tam lepide;nec tã acerbe dici poterat:Rex enim de numero exercitus ſui;ac de exiſtimanda equiparatione queſiuerat;Reſpondit Hannibal de pręda: tanq̃ ad eam huiuſmodi homines expoſiti ſoleant eſſe:Doctus enim erat poenus horridum militem ferro et armis fretum eſſe debere;non celatum purpura auro;atq; argento;illumq; inſignium armorum apparatũ prędam uerius q̃ arma eſſe;utq; nitentia ante rem;Sic deformia inter ſanguinem et uulnera;uirtutẽq; eſſe militis decus;et omĩa illa uictoriam ſequi et ditem hoſtem q̃uis pauperis uictoris premiũ eſſe;Eos ſi deniq; milites Naſo a militari re ſua ne dum arcet;Sed eſſe procul tanq̃ peſtem et labem quandam iubet;Quis eos credet ad robuſtam militiam admittendos;niſi forte cum Dario uel thraſone potius ad imitationem expugnandæ thaidis lenonũ mulierum; ac ſpadonum agmine ceterorumq; qui miniſtri ſunt uoluptatum;& ſordidi quæſtus ac uiliſſimarum artium ueneri militiam ſuam deuouerit;Marte contempto non contra Hannibalis;Sed Catonis quoq; ac ueteris militię inſtitutum Quod Lucanus breui quodam pręconio his uerbis expreſſit;Hirtam membra cuius romani more quiritis incluſiſſe togam;hoc profecto tantus auctor haud quaq̃ extuliſſet; niſi durioris etiam togę uſus de quiritum conſuetudine proceſiſſet: Tales deniq; ex omni genere hominum deligi debent qui non uti

ſamnites uibrent haſtas ante pugnā quibus in pugnādo nihil utan
tur:Sed qui ipſis quibus præluſerint pugnare poſſint at ualeant.

Vnc quoniam de militum delectu abunde ſatis dictum eſt equorum ad pugnam deligendorum rationem:et ſigna in-eamus:per quę militiæ incumbentes excellentis equi notas intelligant :ne fallantur empturi:et operam ſimul et impenſam per dant in ignauo hic probatur natura:moribus:colore:forma:et edu-cationis loco:Natura probatur ſi hylaris:Si laſciuus:et alacer ſi ī trepidus Si nouę rei haud quaq̄ terretur aſpectu:Ex moribus qui ex placido et concitato mitiſſimus ſit quiq̄ ex ſumma quiete facile cō moueatur uel excitatus feſtinatione non difficili teneatur:hoc eſt ho noris appetens cum temperantia:ac pudore:promptus:cohortatiōe ſolum et ratione regatur:Alter e contra improbandus qui ītortus et multiplex:inglorius:et contumax uix flagello ſtimuliſq̄ obtē pe-ranſ nec habenis:nec uerberibus coerceri poteſt:Sed interequitan-dum calcitrat ac domitis frenis ne regi poſſit uiolentia equitē :auri gamq̄ ſuum mordet et in pręceps quo per ſe timuiſſet deſcendere: perturbat:et rapit:quo fit ut ſi quando hoſtibus obuia ſit eundum neceſſe ſit equites aut poſtremos in agmine conſequi:aut eorum malignitate inutiles reddi:Colores inter multiplices eorum mixtas facies hi duo tantum re uera potiſſimum ſpectandi:Candidus qua-dam nitenti luce perfuſus ex omni quoq̄ parte niger intermixtus Albus deinde nigris punctis īteruenientibus:et ſpadix:Glaucusq̄ hoc eſt exuperantia:et ſplendore ruboris:quales ſunt fructus palmę arboris non admodum ſole incocti:unde ſpadici fęnicei nomen eſt: Forma deligetur:ut ſit arguto:et breui capite et Sicco:pelle prope-modum oſſibus adherente:Ceruice ardua:et erecta:Auribus breui-bus:etacutis Oculis magnis et prominentibus nigriſq̄ ſiue felline is ideſt quaſi quodam ſplendore perfuſis:Naribus patulis duobus utrinq̄ foraminibus quibus auras captare uberius faciliusq̄ recipro care animam poſſint:Coma denſa et in dextrum latus protendente: Pectore lato:uentre ſubſtricto:Paribus:et exiguis teſtibus:rotūdis clunibus Promiſſa cauda:mollibus altis erectisq̄ cruribus:pedi-buſq̄ ſiccis:altis:concauis:atq̄ rotundis:uniuerſo corpore compo-ſito auriculatim diſtincto grandi ſublimi erecto et in aſpero loco ut

Xenophonti placet:educato ut autem Satyra inquit;Nempe uolucrem ſic laudamus equum:facili cui plurima palma feruet et exultat rauco uictoria circo:Nobilis hic quocunq; uenit de gramine cuius Clara fuga ante alios et primus in equore puluis.

Electis militibus et equis ad pugnam idoneis:quis potiſſimũ illis p̃ficiendus ſit dux Querimus uoluntates et gentiũ ſtudia in his declarantes;iudeis alienigenam lex pręfici uetat:ne auctoritas ĩperio religionis ſuę cultum inuertat ĩ aliis duces; et Imperatores externi patria:et natione nobiliſſimi reperti ſunt;unde et exoraculo Egiptiis dictum eſt;ut auxiliatore hebreo contra ethiopas uterentur:Carthaginenſes infracti bellis;et cladibus multis exinaniti Xantippum lacedęmoniorum regem cum auxiliis ducẽ bello pręfecerunt:Qui fortiter ac ſtrenue pugnantes Romanos euertit:Tarentini Gilippo duce et ipſo lacedęmonio Athenienſes uicere Galli Breno Duce britanno italiam coepere:Roma inſuper incenſa Romanos tamen quos labore et induſtria armis quoq; ac bellicis inſtitutis Cæteris nationibus Græcorum pace dixerim pręſtiterunſſe conſtat multi opinione ducendi regendiq; exercitus in cælum extulerũt;unde uir præcipuus Cynneas Pyrrhi legatus;quom Roma regrederetur;regum patriam ſe uidiſſe teſtatus eſt:Quam ſententiam uideo poetico illi nimium conuenire;Excudent alii ſpirantia mollius æra Credo equidem uiuos ducent de marmore uultus:Orabunt cauſas melius cęliq; meatus Deſcribent radio et ſurgentia ſyderadicent:Tu regere imperio populos romanę memento;Hę tibi erunt artes paciſq; imponere mores:Parcere ſubiectis et debellare ſuperbos: Cęterũ in hac ipſa ſententia pro ſe ne ipſi Romani fauiſſe illi reperti ſunt:q̃do externos;quoq; uirtutem romanam rem creuiſſe conſtat ĩ ſupremos dignitatum gradus admiſere;Sunt qui aſtruũt ſolas diuitias eſſe;quę ducum et imperatorum gloriam concomitẽtur et illuſtrent:Quibus deficientibus uolunt;ac prædicant nihil arduum;nihil magnificum;et excellens geri poſſe;Sic perſas;Sic grę cos;Sic Romanos;non ſine diuitiarum copia orbis terrarum potitos eſſe: Alii putant ad laureas;et triumphos habendos foelices dum taxat fortunatoſq; duces ſemper pręfici debere:Aiunt enim quæ diuitię uel copię gentium Romanos fere ſubactos aduerſus Hannibalẽ

errexiſſet niſi Cornelium Scipionem fortunatiſſimum Imperatorẽ qui illum apud Carthaginem:relicta italia:ſolus fudit habuiſſent: Quid profuiſſent inquiunt alii carthaginenſibus theſauri exuberãtiſſimi:aut exercitus ampliſſimi ad oppugnandam:dirruẽdamq; tot annos italiam:niſi ipſum Hannibalem callidiſſimũ:audentiſſimũq; belli ducem gentibus ſuis prẹfeciſſent:Sic Epaminundam thebani: Leonidam lacedæmonii:Themiſtoclem Athenienſes:fortiſſimos duces ſortiti ſunt;Alii et qui tecum rectius ſentiũt SIGISMVNDE non diuitiis affluentibus:non fortunatis;non callidis;et audentibus ducibus tantum:Cẹterum ingenio atq; animi uirtute prẹditis decernenda imperia ſummos credendos magiſtratus eſſe putant.Parum enim ait Cicero ſunt foris arma;niſi conſilium ſit domi;neq; fortuna; aut uiribus;aut uelocitatibus;aut celeritate corporum aut excurſione;aut ſaltu;aut eminus haſtis aut cominus gladiis tantum res magnẹ gerũtur;Sed conſilio magis;Sed ratione ſententia;auctoritate; atq; ſcientia.Quẹ omnia ſiue deorum:Seu naturẹ munere quom in te eſſe omnes intelligant prẹdicent admirentur;Quid mirum ſi te ducẽ ad omnes bellorum euentus;et magnifica quẹq; conficienda uniuerſa hinc inde deliget italia;Quid de te autem reformident ſinguli refellereq; palam audeant:unum hoc eſt;Aiunt enim quod tamen Epaminunde;quod Sertorii;quod Cẹſaris;quod Auguſti;alioꝝq; plurium et maximorum ducum proprium fuiſſe legimus Strenui militis offitio fungi;fortitudĩs opera manu propria edere:ac ſine ulla te exceptione periculis nimis ingerere;quod q̃ glorioſum ſit;q̃q; pernitioſum ad maxima;et plurima bellorum munera obeunda;quom conſilio polleas;uiribus præſtes;et cunctis tam ducibus q̃ militibus in utriuſlibet officiis antecellas;tuo prudentiſſimo iudicio eximandum relinquo;Rariſſimum quidẽ decus;et quod inquit Criſpus de iugurtha:de te Imperatorum noſtri ætui gloria omnium cõſenſu dici poteſt.At Sane inquit ille quod difficillimum inprimis ẽ et in prẹlio ſtrenuus erat;et bonus conſilio;et quoniam alterum ex prouidentia timorem:Alterum ex audacia temeritatem afferre plerunq; ſolet glorioſum nomen tuum non tam fortuna;et opinio q̃ uirtus;et conſilium circunferat;periculisq; obiiciat:Caue itaq; oro ac ducis ac militis officia militis diſtinguas obſecro;Tu enim longe melius noſti quẹ ſit ducis partes et quẹ militũ fortitudo atq; profeſſio debet;Quẹ ſeorſũ aduce exigẽda prẹſtanda nõ ſunt niſi torte

cum ſumma neceſſitas incumbit: legimus fortiſſimum ducum Ma-
rium prouocāti ipſum ad ſingulare certamen. Reſpondiſſe ſe ſi mori
uoluiſſet: multo ciens ſuſpendio potuiſſe: et ſapientem non quærere
pugnam: Sed potius cogitare victoriam: Ecce uirum glorię cupi-
diſſimum et Romanum diſcernentem quid inter ducis: et militis offi-
cium intereſſet et reputantem ſępius ducem ſine exercitu ſaluū eua
ſiſſe: q̄ exercitum ſine duce uides inclyte dux Marium declinauiſſe
ſingularem congreſſum: quem nullum ferme mil tum legimus recu-
ſaſſe: ut eius exemplo diſcas quæ ſunt militis ſpernere: et quæ Im
peratorię maieſtati conducat adimplere: quod ſi te parum mouet ob
ſanguinis ignobilitatem Marius: Audi de gente Cornelia Scipio-
nem non quemlibet Sed illum qui uirtutibus ſuis Africani cogno-
men adeptus: Hic enim quom a quodam q̄ parum pugnax foret ar-
gueretur ignauię crimen: lepida reſponſione ſubmouit: Inquit et
enim recolo matrem me Imperatorem peperiſſe: non militem. Me-
tellum quoq̄ quom multi clamarent: ut ipſe ſingulari certamine cū
Sertorio prouocante dimicaret: Dux cum duce: et Romanus cū Ro
mano: detractantem uero pugnam: ut ignauum aſpernabatur: Sed
ipſe Metellus hęc dicentes merito contemnebat: Ducem et enim ut
inquit Theophraſtus non militis: Sed ducis obire mortē decet: Nec
te moueat dux prę celentiſſime SIGISMVNDE: q̄ Alexandrū ma
gnum legamus et Imperatoris: et militis impleuiſſe munus: Sed me
mento q̄ a principe rei nil: peritiſſimo: atq̄ probatiſſimo laudatus
ſit ſolum q̄ parua manu aduerſus maximos exercitus ſteterit uice-
ritq̄ et inextremas mundi partes peruenerit pugnans ultra ſpem:
exiſtimationemq̄ mentium humanarum: Nam q̄ manu promptus: &
pugnaciſſimus fuerit quom et gregarii militis laus ſit: glorię illi
principi non aſcripſit: tantus iudex ac teſtis: q̄tus Hannibal cum
Scipione conferens fuit: Neq̄ Katilinam peſſime factionis tibi imi-
tandum proponas uelim de quo Saluſtius ſcriptū reliquit: Interea
Katilina cum expeditis prima acie uerſari laborātibus ſuccurrere
integros pro ſauciis accerſere: omnia prouidere Et preter hec Im-
peratoris officia quod militis eſt ſubdit multum ipſe pugnare:
Sępe hoſtem ferire ſtrenui militis & boni imperatoris officia ſimul
exequebatur: Alia quidem ratio eſt eius quod fieri debet: alia eius
quod ille faciebat Pugnabat. n. deſperatione plenus: Poſt q̄ ut ille
ait: uidet mōtibus atq̄ copiis hoſtiū ſeſe clauſū ī urbe res aduerſas

neq; fugæ neq; pręsidii esse sibi ullam spem: Optimum facto ratus ĩ tali re fortunam belli tentare statuit: Promittebat enim cũcta sibi si uinceret & desperabat omnia si uis hostium prœualeret: Nam nec ego uelim te penitus non pugnare: Sed tunc te manum conferere probo quom de summa rerum agetur: Quom cuncta sicut optimum ducem decet prouideris quom necessitas tulerit quom cuipiam ingenti periculo: ut sępe soles uideris occurrendum: Audi Craterum Alexandrum suum admonentem; Quanta libet iquit ille uis omnium gentium conspiret in nos ĩpleat armis uirisq; totum orbem: classibus mare consternat: inusitatas belluas ĩducat: tu non pręstabis inuictos et subdit: Sed quis deorum hoc macedonię columen accitus diuturnum fore polliceri potest: quom tam auide corpus periculis afferas oblitus tot ciuium animas trahere te in cassum: ac post plura quocunq; iusseris ibimus obscura pericula: et ignobiles pugnas nobis deposcimus: Te met ipsum ad ea serua: quę magnitudinem tuã capiunt: Cito glória absolescit in sordibus hostibus: Vides ne qua regula ducis pugna limitetur: et ubi conueniat Imperatorẽ manus inicere: Et quid putas ne si quottidie te periculis obicies nõ aliq̃to fortunam inuenire tuam Tragicum est iniqua raro maximis uirtutibus fortuna parcit; Nemo se tuto diu periculis offerre tam crebris potest: quem sępe transit casus aliquando inuenit: Noli itaq; in paruis ac minimis experiri fortunam: Satis enim periculo tuo ĩmo nostro: q̃tum ad gloriam attinet Sigismunde te pluribus ostendisti satis picentibus: satis hetruscis: satis ĩsubribus; satis latinis ac barbaris ducibus; satis amicis: satis deniq; hostibus te mortis omnisq; periculi contemptorem: manu ac corpore strenuum: et adhorrenda omnia quisquis casus ĩmineat expeditum. Fauit deus: nunc exhibẽdum prudentię temperamentum et cautionis modus: ut quę gessisti consilio et animi magnitudine: non impetu non temere gessisse uidearę: Deniq; corporis habitudo: et integritas: formęq; dignitas: non mundiciis culta: Sed uirilis et pene militaris: ut Liuius inquit: non nihil enim ducibus solet conferre: quæ si desit non usq; quaq; tamen expetenda est: uel quo minus Militent: aliisue præficiantur omnino repudianda modo animo pręstent et harum rerũ quas modo diximus cognitione uersentur: Iure etiam diui Traiani sententia militabant qui aliqua corporis parte debilitati uel minuti sunt: idq; ĩmultis sane urbis romę: exterarq; gentium ducibus est ĩtelligere

Nanq; pręter Marium pręclarum ducem uaricibus laborantem legi-
mus: Et Camillum quom pręneſtinos: et thyrenos prelio uicit: Sene
pariter et egrotum et Iulium Cæſarem dictatorem ſemel: atq; iterũ
inter res gerendas comitiali morbo correptum Q. quoq; Ciceronẽ
magni Ciceronis fratrem tenuiſſimæ ualitudinis multa: et grauia
bella ſub hoc duce in gallia prudenter: ac perſtrenue adminiſtrantẽ
Apud lacedęmonios nec minus Lyſandrum: Sepenumero ui morbi
ac magnitudine mentis uiribus et corporis deſtitutum Ageſilaum
quoq; eorum quondam regem Claudum proinde ſummę an eum rei
pręficerent: diu multumq; deliberaſſe deniq; ſtatuerunt ſatius eſſe
ingreſſu regem q̃ imperio regnum claudicare: utq; Syllam et Cottam
nõ obſcuros ſane duces eo habitu fuiſſe naturę perhibentur: q; uno
tantum teſticulo nati memorentur: Sic Sertorium: Oratium Cocli-
tem: philippum: Antigonum: et poenorum ducem Hannibalem qui
omnes maxime bellaciſſimi fuere: Altero non teſticulo caruiſſe Sed
oculo alię fideles tradunt hiſtorię Quo autem ad forme dignitatem
ſpectat: Scipio Affricanus et Iul. Ceſar et ſi procero corpore fuerit
breui tamen Antigonus: Alexander macedo: et Auguſtus nec tamẽ
eorum magnitudini breuitas nec breuitati magnitudo obfuit nec de
traxit famę Et ad tumulum Archemori dum ludos ſolennes gręcia
celebraret Tydeum capaneo pręſtitiſſe poetico pręconio percelebre
eſt: a quo humili ad modum ſtatura: et exigua thebanos omnes cer-
taminibus longe ſuperatos fuiſſe traditur: gerendę igitur rei huius
dignitas et ſumma merito illis tradetur: quibus explorata ſint omnia
quiq; conſilii auctoritatis: ſcientiæ: multarumq; rerũ geſtarum titulis
illuſtrati pręſentes non modo prouocent ad uictoriam: Sed eorũ com-
memoratione poſteros imitatione ſuccendant.

Vpereſt nunc agminis hoc eſt incedentis exercitus ordo
circa quem ſumma imperatorum: ac ducum uerſanda conſi-
deratio eſt: quom ſit parium impariumq; rerum ſua tribuẽs
cuiq; loca diſpoſitio: qua ſpreta: neq; miles: neq; imperator: quicq̃ ua
let explicare: quom pedes equitem: peditemq; eques ſi ſint promis-
cui ſępe ſe numero prepediant: ac uelut ex theathro confuſe abeun-
tes ſe inuicem afflictent: atq; opprimant: E contrario uero ubi ſit
rite diſpoſitũ agmen: Suoq; quidq; ordine locatũ: ſine trepidatione

Imperator uictoriam ab omnibus optatam promittet: De hoc itaq; ipso breuiter a nobis secundum græcam rationem primo differendum est: Ab Romana traditione deinde summentibus:Quom igit Ciuitas in tribus distributa sit:ex his Decuriones primum:de cuius tribuni sententia ex ipso iuuentutis flore deligendi sunt:ex his qui ætate:et prudentia qui pulchrum aliquid et gerendi:et audẽdi studio flagrent:hos anteire oportet:post hæc totidẽ deligẽdi sunt ex his qui ętate et prudentia maxime antecedãt:qui postremi ĩ ipsis centuriis collocabuntur:Decurionum uero ordo ob has pręcipue causas probatur:q; qui priori loco collocati sunt,omnes principes fiunt quonq; in dignitate sunt: magisq; quom priuati impositum sibi esse existimant pręclari alicuius facinoris gloriam quęrere:Deinde quom quidpiam agendum instet efficatius est magistratuũ Imperium:q; priuatorum primorum etiam manus promptiori alacrioriq; se animo offert:Si quidem a fronte periculum ingruat:quom eã minime lateat eum locum sue uirtuti creditum esse:Et postrema si qua a tergo maioruis præmat:quom eam haud quaq; etiam fugiat deserere ordinem turpissimum esse:Qui etiam postremum agmen ducit hunc omni laude cumulatũ uirum esse cõuenit:Si enim pręstanti uirtute erit:quom tempus instabit:Iubens in hostem inuadere prioribus uires adiiciet:Sin rursus pedem referre opus erit prudenter abducens suos profecto magis seruabit incolumes:Et hic secundũ græcorum rationem agminis ordo Secundum romanam autem eiusmodi erat:Nanq; auxiliares leues:et sagitarii pręibant primo ad festinas hostium incursiones coercendas:utq; suspecta insidiis loca scrutarentur:Post hos uiarum scrutatores:qui aggerũ maligna corrigerent:Syluasq; pręciderent:ne perplexo itinere fatigaretur exercitus:Deinde sua superiorumq; sibi rectorum impedimenta ferentes et defensionis ergo plurimi cum his equitum:Post quos princeps ipse equitatus peditatusq; hos postea sequebantur:qui remouendis urbibus machinarum ac reliquorum tormẽtorum genera deferebãt Chiliarchi deinde atq; præfecti et post hos circa aquilam cætera signa militaria:postq; serui singulorum ordinum cum peditatu erant agminis postrema multitudo mercenaria quam armorum actores sequebantur:et armati equites peditesq; non pauci:Cęterum pro tempore et causis occurrentibus Iul. Cęsar octo legiones hac ratione et ordine ĩtereũdum disponebat quom hostem cominus sentiret:sex

legiones expeditas præponebat :Post has totius exercitus impedimẽ ta inde duas legiones:quæ minus firme ad dimicandum putabãtur ut agmen clauderent:præſidioq; impedimentis eſſent:Minoribus au tem expeditionibus tres legiones expeditas prẹmittebat deinde ĩpe dimenta :nouiſſime legionem unam quæ agmen clauderet :Ita qua drato fere agmine incedere ubi hoſtis ab omni parte ſuſpectus;eſſet et hẹc de agminis diſpoſitione ſecundum utranq; diſciplinam dicta ſint.

Aeterum ſi conflicture coeant utriq; hoſtium copiẹ:primũ optimi et ſapientiſſimi ducis munus eſſe uidetur cõſtituere atq; diſponere qui prudenter fideliter:ſtrenue ac uiriliter ho ſtem ĩuadant:Quod ſi omnem ciuium equitatum;celeriter ad mille equitum numerum compleri neceſſe ſit: Ad ducentos præterea pere. grini conſtituendi ſunt equites;et inter ciues collocandi hi enim ad iuncti uidentur mihi et firmiorem uniuerſum equitatum præſtare; et magis emulatione quadam ad laudis et gloriẹ cupiditatem incen dere:ut certatim ſe inuicem uirtute ſuperare nitantur Nec uero me prẹterit lacedẹmonios rei militaris peritiſſimos;bellicoſiſſimoſq; tũ primum equeſtri gloria maxime clarere coepiſſe:quom peregrinos equites aſciuerint;et in aliis quoq; bellorum euentibus:diuerſisq; nationibus conſtat peregrinas copias magnum ſibi et preclarũ no men peperiſſe:uſus enim ad promptitudinem plurimum confert;ui detur præterea peditatus equitibus adiunctus ad rem gerendam effi caciſſimus eſſe;maxime ſi his hominibus conſtituatur qui hoſtibus ifenſiſſimi ſint;Sunt qui putent pro ratione acierum illud Neſtoris apud Homerum eſſe qui iubebat per tribus atq; partes eorum co hortes aciesq; gręcorum coordinarii ut et tribus tribubus:et pars parti auxiliaretur;Satius et ſalubrius alii cenſent Amatorem iuxta amatum collocari debere;Nam ordo ſecundum tribus non multum rationis in periculis habet;Verum ſi cuneus examicis inter ſe aman tibus exiſtit;indiſſolubilis et inſeperabilis ad perferendos inferen doſq; ictus efficitur;Quom hi amatorum mirabili amore:ferrea;et amantina:ut ita dixerim;cathena teneantur:et ſacram:ut aiunt co hortẽ efficiant;quemadmodum ſeſoſis in arabiam:ut ante dixi. mus;Quom eorũ qui eadem die geniti;qua ipſe ſimulq; nutriti erãt

exercitu a patre missus: Atq; in hoc quoq; ad primos ictus sustinendos sunt qui suos cohortentur; et eo ipso superiores se putent; quo non inferiores in occursu primo reperiuntur; hac arte siue ratione usus Pompeius farsalicis in campis; acies enim ab equo animaduertens; ut hostes nouit cum silentio cõgrediendi tempus ex ordie expectare: suumq; exercitum sine strepitu non esse; imo turbulẽtũ et ĩperitia tumultuantem extimuit; ne in ipso pugnę initio penitus dissolueretur; unde quom utriq; concurrendi signa danda essent: Acierum primos monuit; ut in locis suis starent et densa confertaq; manentes serie hostilem incursum accitus; donec intra pili iactum essent solidissime exciperent; Qua quidem in re; Si Lucano creditur; steterit licet ordine certo infoelix acies Cæsar tamen erasse Pompeium asserit; Plagarum enim ictus ĩpetu; cursuq; illatos subsistendo restingui inquit; Feriendo enim et initio confligendo magnas uires Impetu et cursibus adiici; et animos perinde ac flatibus excitatos omni ex parte succendi; Cæsar itaq; quom sinistrum Pompeii cornu conspexisset tot munitum equitibus timens armaturę splendorem quinq; siue sex ut alii ferunt; obliquas post signa cohortes; quibuscum orbem terrarum congressus est; e legionibus eductas legioni decimæ a tergo locauit; iussitq; eas quietem agere; hostibusq; ignotas esse; Sed quom irrueret equites admonuit; quod neq; ut solitum esset iacerent pila; festinarentq; quemadmodum robustissimi adperstringendos enses; Sed ferite eos altius iussit; oculosq; frontesq; hostium ad uulnera impetere; Non enim permansuros eos fulgentes floridosq; insultatores inquit neq; contra ferrum inspecturos in oculo illatum illos iuuenes parum bellis ac uulneribus assuetos; hoc itaq; impetu; hac acierum serie; ratioue et ordine ĩstruit utrinq; acies; Pompeius octoginta et octo cohortes triplici ordine locauit fuerunt autem peditum .xl. milia; Equites in sinistro cornu. ccccc. ĩ dextro. cccc. Prętera reges multi. Senatores eqtesq; Ro. plurimi absq; leuis armaturę magna copia; Cę. similiter octuaginta cohortes triplici ordine dispoſuit: Cui fuerunt minus xlM. peditum equites mile; His explicitis obsecrantibusq; militibus; Cęsar pugnę signum dedit; Erat forte in exercitu eius C. Crastinus; qui priori tempore honesto gradu sub cęsare militasset; tuuc uero non militiæ sacramento quo solutus erat; Sed iure quodam amicitię euocatus aderat uir bellica fortitudĩe memorabilis; cęsaris nanq; cõtione

itellecta et ut ab utriſq; ſigna dari uidit: Alacri uultu e Cęſaris pha
lange procurrēs: Sequimini me inquit manipulares olim mei et im
peratori noſtro quam debetis opera exhibete ultimum hoc prælīū
eſt: quo peracto: ille ſuam dignitatem: nos noſtram recuperabimus
libertatem: Dehinc uerſus in Cæſarem: faciam inquit hodie Impera
tor: unde uel uiuo mihi: uel mortuo gratias agas: hæc dicens in ho
ſtes irrupit; eumq; delecti milites circiter centumuiginti ſua ſponte
proſecuti ſunt; Erat nempe: ut aliqui tradidere: nec diſſimile ueri ē
quidam utrinq; in ipſo pugnę principio pius torpor: qui ſtrictos iā
gladios contineret quom germani ſuos fratres ab aduerſa acie: pa
tres filius: et parentes filii uiderent: donec craſtinus hic precipi
tanti rabie uocem tolleret: pilumq; torqueret: itaq; prelium coeptū
eſt: quod niſi huius furor hominis acies miſcuiſſet: poterat fortaſſe
ducibus ipſis patientibus citra Romani imperii humaniq; generis
excidium mutua pietate componi: Sed proh dolor inuentus eſt: qui
Cęſare ipso differente properaret: ĩperiumq; ſupremum irreparabili
clade proterreret: Steterunt enim acies ante magno ordine utrinq;:
et bello coepto quom aliquandiu equis uiribus hincinde dimicare
tur: Et Pompeius Multitudine fiſus Ad Circunueniendum Cæ
ſarem equitatum effunderet: ab utroq; cornu Cęſar ſuis equitibus
quos intentos in hanc rem fecerat Subito ſignum dedit: Qui dicto
citius in effuſos facto impetu: uere illos effuderunt; ac dare terga
coegerunt: Et ſecuta eſt equitatum ardentiſſima legionum adeo con
globata: ut quaſi una manus omnium uideretur: Acceſſit et magni
inſtar exercitus Ceſar ipſe ubiq; pręſens utrunq; ſimul exhibens et
fortiſſimi militis: et ſummi ducis officium et feriens et exhortans:
Duæ ex omnibus illius per omnia diſcurrentis uoces annotatę: litte
risq; mandatę: Ferox altera: Sed ad uincendum utilis miles faciem
feri: Altera autem pia Et hanc licet ad iactationem Cæſaris com
poſitam in hunc modum florus dicat: Miles parce iam ciuibus: Pō
peio tamen interhortandum tribuit Eutropius: illa enim ut floro aſ
ſentiar Cæſaris uincere ſatagentis hęc eiuſdem uincentis ſeu iam
victoris miſerentis uox fuit: illa in medio: prelii ardore: ac iam ui
ctis et in fugam uerſis hoſtibus uſus eſt: ille etiam pie non conſenta
neus actus fuit quod cuilibet ſuorum uni hoſtium quem optaſſet
uitam dare permiſit: Nec minus ille q̄ ĩ tanto conflictu nullus inuē
tus eſt niſi armatus in acie cecidiſſe: Pompeius turbatis: ac territis

ſuorũ ordinibus tantę ruinę molem nec ſufferre ualens: nec attolere
tanq̃ inſano attonitoq; ſimilis abiecit pondus imperii: ſeq; in caſtra
recepit: nimis illi quod de alio eſt carmini conueniens; Iuppiter
ipſe pater currus exterruit altos Aiacis ſtetit ille amens clypeũq;
tumentem Tergore ſepteno poſt terga immania iecit Hincq; oculos
uoluens moeſtus ſe auertit abarmis: Hec ubi ingreſſus eſt caſtra tã
diu ſecum tacitus perſtitit: q̃ diu confligendo Plurimi cum fugien-
tibus ſimul in cedem corruiſſẽt: Ruptoq; ſilentio tandem uocẽ hãc
unicam emiſit; Ergo ad congreſſum: aliudq; nihil locutus: ſurgit ue-
ſteq; ſumpta: preſenti cladi accomodata caſtra exceſſit: ſeq; fugę
credidit: non tam uiuere cupiens: q̃ metuens mori: ne ſecum reliquę
legiones in caſſum traherentur: quo ſubmoto nemo amplius in acie
ſtetit: Sicq; uniuerſus Pompei fugit exercitus: cladeſq; incaſtris per-
magna facta miniſtrorum eorumq; qui contubernia defenderent: et
quanq̃ facta cęſorum ratione: Milites tantum ad ſex milia cecidiſſe:
clariſſimus teſtis ſit Aſinius polio qui tunc cum Cęſare militauit:
Compertum eſt tamẽ per alios: nobiliſſimos auctores de legioĩbus
et equitatu Pompei xvM. cecidiſſe: Nam exterrarum gentium et au
xiliorum que ex magna orbis parte confluxerant: ĩnumerabiles ſtra
ges fuit: et eorum qui uagi: et inermes nullo ordine ad ſatietatem ce
dentiũ ſunt oppreſſi: Eoq; uero qui deditione ĩ poteſtatem Cęſaris
uenerant numerum xxiiii. M. et eo amplius fuiſſe litteris traditum
eſt: Signa militaria centum octuaginta: et lxxx. aquilæ: Inter cęſos
fuit Craſtinus ut dictum eſt ardentiſſime dimicans: quem Cæſar eo
prælio mira uirtute rem geſſiſſe: et de ſe optime prędicauit: atq; ita
ut prędixerat: uel mortuo gratias egit; Pompeianorum enim multos
quom ſtrauiſſet in confertiſſimam aciem inuectus unius gladio per
ora illi ad oppoſitum latus adacto perfoſſus occubuit: notatumq;
oris uulnere oris impetum punitum ultione iuſtiſſima periit: Domi
tius is qui ad corfinium captus fuerat ac dimiſſus ex his: qui Cęſa
ris partes ſecuti non niſi Ducenti milites ſunt deſiderati: Centurio-
nes. xxx. uiri excellentes: mirum dictu Romanis ab utraq; parte pu-
gnantibus: eam fuiſſe cladis imparitatem: Sed puto diis placuiſſe:
ut Pompeium ſua illa uetus fortuna relinqueret: Pyrrhus in inſtru
enda acie apud Aſculum homerici uerſus ſententiam inſecutus
fertur; quo equidem minus bellicoſi in medio collocantur: Elephã
tos et equitatũ omnẽ ĩ ſubſidiis eſſe iubẽs: Xãtippus lacedęmoĩoq;

rex ĩ auxiliũ aliquãdo euocatus a carthaginẽsibus quos Romani
ſępenumero protriuerant: Inſpectis poenorum copiis: atq; in campũ
deductis: quom ĩ percunctando quemadmodum Romani ſecum pu
gnando ſemper ſuperiores euaſiſſent; percepiſſet; ac errata ſubinde
quibus res eorum ſubuerſe forent: quaſi diſciplinam quandam ape
riens edocuiſſet ininſtruenda acie: Sic equitum: ſic peditum; Sic ele-
phantorum ordinem diſciplinamq; digeſſit: ut qui modo ne conſpe
ctum quidem Romani exercitus ſuſtinere poſſent: ultro iam poſtu-
larent: ut ad hoſtes ducerentur; Cognito igitur militum ardore Car
thaginenſium fortunam prælii ratus Xantippus aduerſus Romanos
carthaginenſium acies ſic inſtruxit: prima enim fronte elephantos
conſtituit; Paulopoſt urbanam multitudinem dextro ac leuo cornu
deinde mercenarium militem: ueteranorumq; robur diſtribuens, ex
peditos quoſq; ac celeres utrinq; inter equitum alas certare iuſſit;
Econtra utq; ſolidam Romanorum aciem perſpexiſſet qui aduerſus
elephantos ex omni exercitu expeditos: et delectos oppoſuerant;
multipliciq; ſubſidio firmauerant: equitatu in utroq; cornu diuiſo ne
ab elephantis perrumpi agmen poſſet; Xantippus quo Romanorũ
aciem labefactaret circũire equitatum: ac extremos a tergo laceſſere
iuſſit: hoc quom pluribus ĩ locis faceret: ac legiones romanę neceſſa
rio extra equites conuerſe illis: reſiſterent ac propellerent: interim
rarefacta acies ac diſiuncta: ab elephãtis perrumpitur confligiturq;
quo ĩ conflictu xxx. Romanorum milia cecidere: Regulus dux eoꝝ
cum quingentis interceptus et duomilia in clypeam urbem fugata
ſunt; Hannibal Imperator maximus directa acie ad cannas milites
fortiores bellicoſioreſq; in extremitatibus diſponens: ipſe cum debi-
lioribus medium: ubi multi ex fortibus et ſtrenuis uiris preerant; te-
nuit ſexcentos deinde equites numidas trãſfugere iuſſit; Qui ad fidẽ
faciendam gladios et ſcuta Romanis tradiderunt: et in ultimum
agmen recepti: ubi primum concurri coepit; ſtrictis minoribus quos
occultauerant; gladiis; Scutis iacentium aſſumptis Romanorum aciẽ
cecidere; Ad hoc etiam miſcendarum acierum diſcrimen; Scipio ad-
uerſus Hannibalem in terra affrica quom ordinaret exercitum Aſta-
tos prima fronte locauit: principum deinde cohortem; quam quidẽ
triariis deniq; clauſit: nec denſas ſuorũ acies inſtruxit; Sed quodã
interuallo diſtantes: quo elephãti recepti abſq; ulla ſuorum permix
tione ac ordinis perturbatione tranſmitti quirent uelitum etiam

plurimi prẹſto erant iuſſi in ipſo belluarum impetu corũ terga dextrum ;lẹuumq; latus telis confodere;Equites deinde diſtinxit ĩ cornua;et cum italis equitibus Lẹliũ ab lẹuo:MASSINISSAM uero numidis inſtructum dextro cornu oppoſuit;Quæ ordinatio magnam ſibi peperit uictorię laudem Hannibal uero e contra cum decernendum ſibi neceſſario eſſet;et ad illud ſupręmum glorię certamen:quo nullum unq̃ pernitioſius:nullum magis terribile:uel memorandum quoq; quom uel omnium gentium Imperium:uel perpetuum ſeruitutis iugum ſuis fore uideret Ex Scipionis hoſtis ſui ſẽtentia omniumq; qui armorum uel militarium rerum gnari erant id laudis aſſecutus:ut ſuorum cohortes mirabili haſtu:et diuina potius q̃ humana ratione diſponeret;Elephantos enim octuagĩta trementes in terga turres militibusq; refertos habentes in proſpectu Romanorum exercitus præſepſit:ut inde ſuo terrore:impetu:atq; ui hoſtium ad ſuos tanq̃ clypeus et murus æneus acceſſum prohiberent. auxiliaribus gallis:lyguribus: Mauris atque balearibus ante poenorum ;ſuorumq; ciuium cohortem ;Deinde ſubsequentibus ne mercenariis diuerſarum nationum militibus:quos non fides;non patriæ pietas ulla fortes ac ſtrenuos redderet,fugiendi facultas daretur;utq; primo poſt elephantos loco poſiti pugnę impetum admittentes extinguerent;tum ſuorum ac macedonum multitudinem ut Integri cum feſſis hoſtibus pugnando uictores euaderent;italicos uero et brucios tanq̃ ĩfidos q; moeſti coactiq; magna ex parte terra italia excedere ĩperium ducis et caſtra ſequerentur ĩ poſtremã ſubmouit aciem;ad ſuos poſtea quom ambo ſe duces utriq; recepiſſẽt hortarenturq; uarię et ignauię notas et premia militibus prępone-rent;interim ad initium pugnæ claſſica Romanorum cecinere.tãto quidẽ omniũ clamore ut elephanti quos primo agmine anxia tãti ducis cura ĩ prẹſidium locauerat fortuna conſilium peruertente in ſuas acies redirent;ĩpetuq; ſuo loco adeo turbarent Vt equitibus in fuga uerſis primam tantę ruinæ tantęq; ſtragis cauſam prębuiſſent,Equitibus enim ĩminuta poenorum acies;pedes in hoſtes concurrit primoq; nixu loco moueri contigit;hos ut motos Romani ſẽfere partim ſeſe ad ſuos recipientes ac terga dantes carthaginenſiũ aciem adorti ſunt;Re autem bene ac foeliciter geſta tot iã fugatis equitibus;tot elephantibus fuſis;primisq; ordinibus in ſecundos iã pulſis interpugnandum Lelius ac maſſiniſſa qui pauloante pedem

refferentes aliq̃tiſper profugos inſecuti fuerãt opportune redeũtes
et quidem equites hoſtilis exercitus quotquot ſupererant a tergo in
curſant isq; quaſi inopinatus impetus hoſtilem impetũ aciem tãta
compleuit formidine: ut ancipiti undiq; pugna circũuẽte funderẽt
cederenturq; nullo pudore nulla reuerentia tanti ducis ualente fugã
ſiſtere: Et q̃q̃ ſane ab utroq; ipſorum ducum et ab aliis ſępenumero
maiores alibi ſtrages ędităe ſint: grande tamen prędium iprimis meri
toq; ſeu ducum claritate ſeu gentium potentia ſeu militum uirtute
ſeu ancipiti ceſorum diſcrimine ſeu deniq; uictorię effectu inter illu-
ſtria referendum: Quom auctore etiam floro: non fuerit maior ſubĩ
perio Ro. dies q̃ ille quo hæc geſta sunt: Ex carthaginenſibus: et ſo
ciis xxM. et eo amplius hac in pugna cecidere: totidem fere capti:
ſignaq; militaria Cxxxii: cum elephantis xi. ĩtercepta: Romanis ue
ro qui ſuperiores euaſere: nec incruenta uictoria fuit: decem nanq;
milia periere: Dux aũt ipſe Hannibal moeſtus et equitibus paucis
ad modum comitatus haſdrumentum: id oppidi nomen eſt fuga ſe
contulit ſingula tam ante prælium q̃ in prędio quæ quemlibet ma-
gnanimum principem decet: priuſq̃ inde habiret expertus: Cartha
ginem patriam deinde ſuam profectus uel reuocatus coram primo-
ribus et ſummatibus urbis ſe non prędii modo: Sed belli uniuerſi
gloria inferiorem euaſiſſe: et a ſcipione uictum et ſuperatum eſſe nõ
luit inficias Cornelius Scipio cognomẽto. Affricanus aduerſus Aſ
drubalẽ poenoq; ducem in hiſpania bellum gerens: et per aliquot
dies nõ quo dimicaturus eſſet ordine duxiſſet exercitum: ac hoſtes
pari ordine ſeruato proficiſcerẽtur: eodem die quo manus cõſerere
inſtituerat ĩſtructionis mutauit ordinem et quibus ipſe præuale-
bat ĩfirmiſſimas hoſtiũ partes una acie aggreſſus facile fudit: The
ogenes Athenienſis quom exercitum megarum duceret petentibus
acierum ordinem Reſpondit ibi ſe daturum deĩde clam equites præ
miſit eoſq; hoſtium ſpecie ĩpetum ĩ ſotios retorquere iuſſit: Quo fa
cto tanq̃ ad hoſtium occurſum prępararentur permiſit ita acies or
dinari: ut quo quiſq; loco uoluiſſet cõſiſteret: ut ĩertiſſimus quoq;
quiſq; retro ſe dediſſet: ſtrenui autem ĩ frõte proſiluiſſẽt: ut quẽq;
ĩuenerat ſtantem: ita ad ordinem milites prouexit: Adderẽ his ergo
arcturi Regis placita: cuius apud Nos neſcio q̃ uerax: Sed noua
uriq; et ob id ipſum ſuſpecta mihi eſt fama et q̃q̃ hiſtoriis miſcere
fabulas nihil ſit aliud q̃ mendatio ueri fidem ĩminuere Eius tamen

hac in re geſta uel quæ geri potuerũt conducibilia plurimum non ſiluiſſe equidem q̃ affirmaſſe maluerim:hic enim in acie ut aiunt inſtituenda peditatum quidem omnem per ſe ponebat:equitatũ quoq; Quomq; pedites pugnam iniiſſent;equites ſuperuenientes aduerſam aciem diſſipabant;Pręter hos autem ſeorſum quoſdam manipulos militares collocabat: qui prelio feruescente ſuperuenientes hoſtes impeterent;Ita cum feſſi integris a tergo urgerentur;ſuo comento nunq̃ non uictor in omni prælio fuit Alexander peditatum imediam aciem coniciebat:Equites a dextro leuoq; cornu diſponens;Idẽ ad uerſus Archelaum quom hoſtium copias multitudinemq; uereret uirtute autem ſuorum fideret;Aciem in omnem partem ſpectantẽ ordinauit ut circumuentis undiq; pugnandi facultas eſſet:Hic idẽ aliquando omnibus ad pugnam ſtructis quom prętores militum iterrogaſſent ad hęc aliud ne quicq̃ iuberet;nihil reſpõdit niſi ut barbæ Macedonum abraderentur;Parmenionę uero admirante:An ignoras inquit anſam in prelio nullam eſſe q̃ barbæ meliorem;M Antonius aduerſus parthos;qui infinita multitudine ſagittarum exercitum eius obruebant:ſubſidere ſuos;et teſtudinẽ facere iuſſit:ſupra quam tranſmiſſis ſagittis ſine militum noxa exhauſtus eſt hoſtis; Quod ſi hoſtilis acies inſolubilis ſit ut pleriſq; mos eſt;ſcutorum teſtudine cuneos inſolubiles efficere inuenti ſunt;Aliquãdo iuuenes militię romanę qui ſupra inſilirent:et ſcuta manibus euellentes de ſuper uulnerarent;Scipio emilianus ad numantiam non cohortibus tantum;Sed centuriis ſagittarios;et funditores interpoſuit·Fuit et mirabilis Romanorum aduerſus latinos;latinorumq; aduerſus Romanos in omnibus pene par ininſtruenda acie ratio;Cum equis ante omnia utrinq; uiribus eodem animorum ardore;hiſdem militaribus inſtitutis eodem armorum genere congruentes milites militibus:Centuriones centurionibus;Tribunos tribunis cõpares collegiſſent.Quomq; in unum Manipuli plures coiſſent;plures haſtati et ſcutati;et principes ante pilarii uexilarii;triarii rorarii et accẽſi hiſq; omnibus quom munitus eſſet exercitus;haſtati omniũ primi prælium inceptarunt Qui ſi hoſtibus pugnando inferiores reddebãtur;ipſi ſe ſe ad ſuos recipientes a principibus excipiebantur;tũcq; principes qui dicti ſunt decernebant; & ſubſequebantur haſtati; Quod ſi a prĩcipibus quoq; infoeliciter dimicatum eſſet ad triarios qui poſtremos claudebant pedetentim referebantur; qui quom in

acie tertio ordine extremis subsidio locarentur consurgentes ho
stes incessebant hi q̃q̃ spei nihil suis post relinqnerent: hostibus tae
men formidinis plurimum afferebant. Quom uelut fulos profliga,
tosq; hostes insecuti: et uictorię compotes ĩopinatam extemplo aci
em scutis et hastis horridam munitamq; et militum numero auctã
inruerentur; instructis itaq;: sicut ante dictum est: ordinibus: Aduer
sus latinos Romani in aciem processere et Manlius et Decius eorũ
dextro ac lęuo coruu præfuere; Adiectum est aliquid Romana disci
plina per Q. Neuium Centurionem ĩ exercitu fuluii flacci procos
contra campanorum multitudinem ad instruendam aciem pręter eã
quæ est ex equitibus peditibusq; pugnam lecti nanq; agilitate cor
poris iuuenes leuibus armis tecti galeiculis gladiisq; ac septenis
hastis quaternorum circiter pedum armati post terga equitum insi,
debant: et cum ad hostem uentũ erat: equis dissilientes hostem ex ĩ
prouiso confodiebant: uelites ipsi huiusmodi pugnatores appellant
Samnites pręter Cęteros belli: apparatus: ut acies sua fulgeret no,
uis armorum insignibus fecerunt; duo nanq; illis exercitus erant;
et scuta alterius auro: alterius argento celata spongia pectori teg,
mentum: et sinistrum crus ocrea tectum galeæq; cristatę quę specie
magnitudinis corporum adderent: Tunicę auratis militibus uersi,
colores argentatis linteæ: Quibus apparatibus formidinis pluri,
mum et terroris aduersę parti redderetur: Fidenates et fasilici ueie
tes item et tarquinienses quia pares armis non erant ad terrorem in
acies hostiles mouẽdum cum plurimis suorum noua acie irrumpẽte
et ĩaudita et ante id tempus inusitata in habitu sacro sacerdotis fa,
ces et angues fanatico uelut instructa cursu pręferentibus: Roma
noq; pari modo acie exterruere: Scitice gentis amazones exercitũ ad
pugnam ingressuræ tegmenta corpoq; pro armis habuere serpentum
magnorum coria quorũ et quidem pręter fidem ingentium copia in
lybia supersit: utebantur longis ensibus: hasta et arcu quo non so
lum exaduersum pugnantes uulnerabãtur: Sed fugiendo feriebãt
ĩsequẽtes: Aduersus Carolum quoq; in hispanis Arabes mirabili
arte ininstruenda acie usu perhibentur equitatu nanq; in acie dire,
cto Arabes contra laruatum insuetam faciem obiicientes Simul &
tympanoq; strepitus concitãtes equis pauefactis equitatũ omnem
pepulerunt: nec fuit resistẽdi facultas: donec equorum facie uelata
auribusq; obturatis milites rigidis personaq; simulacris repugnarẽt

Baleares tribus fundis quiqꝫ in prę̨liis armantur:una caput cingũt altera uentrem.iii.ĩ manibus geſtaṫ ĩ prælio multo maiores lapides q̃ reliqui ita iactant robuſte ut abaliquo tormento lapis uideatur emiſſus in urbium expugnatione lapidum iactu eos qui deſuper ex propugnaculis tuentur moenia uulnerant:in pugna uero ſcuta:galeas omneqꝫ armorum genus confringunt.tantaqꝫ uis ac peritia his eſt ut creberrime grandinis modo in aduerſam partem et propĩquantem iam terræ claſſem effuſa:intrare portum ſinant neminẽ:Quod cũqꝫ enim uolunt lapide miſſibili facile contingunt:Nec eſt quod gentis huius quiſpiam certiſſimos miret̃ ictus:quom hęc ſola gẽtis arma ſint idqꝫ unum ab infantia ſtudium;nam cybum puer a matre non accipit niſi quem ipſa mõſtrante fundam percuſſit Trogodite ethiopum gens tantę uelocitatis quom ſint :ut feras curſu pedum aſſequantur:in aciem arma hæc ferunt;bi ſcutum ex corio crudo bouis rotũdum:et feratam clauam;arcus alii lanceaſqꝫ:nec ut græci ob irã aut ambitionem Sed pabuli gratia bellantur inuicem;in eorum cõ certationibus primum iactis lapidibus quoad aliqui uulnerentur concertant cum arcu quo admodum exercitati ſunt pugnantes mutuis uulneribus cadunt eorumqꝫ certamina dirrimũt quę ætate prę cedant foeminę;quibus nullo periculo ĩmedium prodeuntibus;ne phas eſt enĩ has ullo pacto ledere;extẽplo a certamine ceſſant Mace qui circa Syrtes habitant inter cęteros lybios quom ſint corporibus etiam agiles patria uero ut plurimum plana neqꝫ enſe neqꝫ galeis neqꝫ aliis armis interpugnandum utuntur:tantum ferunt haſtas lapideſqꝫ in uaſis ex corio factis delatos cum his certantes tum in cõgreſſu tum etiam abeundo primo ferire hoſtem conantur ad curſum et lapides recte iaciendos longo uſu edocti;ergaqꝫ externos nullum ius nullam omnino fidem ſeruant:Germani acies ſuas rhedis circundare ſoliti ſunt;ne cui ſpes ĩ fuga relinquaṫ hisqꝫ ĩpedimẽta imponunt Idem equeſtrem aciem ſic ſtruunt equitum quot milia lectiſſima ſuntqꝫ totidem numero pedites uelociſſimi;et fortiſſimi; quos ex omnibus copiis ſinguli in ſingulos ſalutis ſuę cauſa delegerunt:Cum his in prælis uerſantur;et ad eos ſe equites recipiunt hi ſi quid ſit durius concurrunt Si quis grauiori uulnere admiſſo equo deciderit circunſiſtunt ſi quo ſit longius aut celerius recipiendum prodeundi tanta eſt celeritas horum exercitatione ut iubis equorum ſubleuati :eorum curſum adequent:Celtiberorum

quidem ſcutis leuibus certant alii:rotundis umbonibus magnitudi-
ne clypei cruribus ocreas ex pilis factas euoluunt:Galeas ferunt
æreas criſtatas palmis gladios inſuper ex ferro puro ad palmæ men
ſuram:Quibus inconferta pugna ferrum ſuo more ad conficienda
arma præparantes:Nam ferreas laminas in terra abſcondentes:ibi
tam diu eſſe ſinunt:quoad debiliori parte ferrugine abſumpta ua li
dior ſuperſit:Ex eo tum enſes fortiſſimos tum cętera ad belli usū
arma neceſſaria componunt: hoc pacto fabricata adeo cedunt omni
ut neq; ſcutum:neq; galea:neq; aliud quid eis abſiſtat:duobus gla-
diis fulti:cum equeſtri certamine ſuperiores euaſerunt:ex equis de
ſiliunt:pedeſtremq; adiuuant pugnam Sueuorum gens quę longe
maxima et bellicoſiſſima germanorum omnium eſt:equeſtribus
pręliis ſæpe et equis deſiliunt:ac pedibus præliantur equoſq; eodē
remanere ueſtigio aſſuefaciunt:ad quos ſe celeriter:quom uſus fert:
ſe recipiunt:Galli equitum aciem inſtructuri inter equites raros ſa
gittarios:expeditosq; leuis armaturę interponunt:qui ſuis auxilio
ſint atq; impetū equitū ſuſtineant:Pedites autem pugnaturi nuda
bantur:uel nudi ſuper umbilicū uaſtis scutis et pręlongis gladiis
accincti inpugna persiſtebāt:Ad hæc cantus inchoantium prælīū
et ululatus:et tripudia et quatientium ſcuta ī patrium quēdam mo
dum horrendos armorum crepitus omnia de īduſtria compoſita ad
terrorem uerum hęc quibus inſolita atq; īſueta erant aduersus grę
cos:et friges et chares multi ad uictoriam momenti erant:Aduersus
autem Romanos:quibus gallici tumultus uanitates notę erant nul
lius uel q̄ parui:Nam tam et ſi ſemel atq; iterum ad cremeram et ad
aliā olim fuderīt maiores noſtros indeterius tamen eorū quottidie
data res eſt:quom ex eo tempore per ducentos iam annos pecorū
īmodū cōſternati:cęſi;fugatiq; sīt:ac pluresq; quoq; de gallis uicto
rię q̄ de toto orbe terrarū per Romanos habitę ad litterarum cuſtodię
traditę memorentur:Gallatę in pugna iugis utuntur quę Redarius
et Aſſeſſor ducunt:in bellis obuium hoſtem iaculo ex curru primū
appetunt:tum relicto curru pedites enſibus certant:Quidā adeo
mortem contemnunt ut pugnent nudi cuſtodes corporis ex liberis
hominibus pauperes eligunt qui et pro aurigis in pugna ſeruiant:
et ferant ſcutum inſtructa acie prędire conſueuerunt:et ad ſingulare
certamen hoſtium fortiſſimos prouocare:arma ut hoſtem terreant
quatientes capita hoſtiū ī acie cadentium abſciſſa equoq; alligant

collo hoſtium:Spolia ſanguine perfuſa famulis tradunt:in foribus domorum cum cantu atq; hymnis effigenda quẽ admodũ feras ſolent uenatu captas:hoſtium nobiliorum capita aromatibus uncta in tecis condunt ſumma diligentia oſtendentes ea hoſpitibus:nullo q; pretio ea uel parentibus uel aliis reddunt:Britannis uel belgis Galliæ populis ſua cura hęc inuenta etiam ſunt;eſſedis et carris apud ipſos primũ repertis ſtruunt genus pugnę quod eiuſmodi eſt equis enim huiuſmodi curribus iunctis;et bellatoribus impoſitis omnes primo partes perequitant inter media equitum agmina tela iacientes atq; ipſo terrore equorum et ſtrepitu rotarum ſuperſtans hoſtis inſolitusq; eius tumultus non nunq̃ romanorum conterruit equos:aliorumq; ordines plerunq; perturbauit:Cęterum bi quom ſe inter turmas immiſerint;eſſedisq; diſiliunt:et pedites pręliantur.Interea auriga paululum e prælio excedentes ita ſe locant: ut ſi ab hoſtibus ſuis præmantur;tutum receptum ad eos habeant; Ita mobilitatem equitum peditum ſtabilitatem in pręliis preſtant uſu quotidiano et exercitatione inſtructi ut et decliui;et præcipiti loco equos ſiſtere;moderari ac flectere per temonem procurrere;& iugo inſiſtere;et in curtus q̃ ociſſime ſe recipere conſuerunt;Quod genus pugnę ab orientalibus ſumptum puto;qui curribus falcatis utuntur in prælis;ex quibus eſt pugna haud diſſimilis;Multa in his ſpes orientalibus fuit:Filii Ioſeph multo tempore ab hereditate prohibiti ſunt Curruum falcatorum metu Siſarra noningentos in expeditione contra Iſraelitas produxerat:D A R I V S eam ſpeciem obiecit Alexandro:quos ille laxis ordinibus ſuos iuſſit excipere:et non impune uagari;Hos in bellis et rex Mitridates et rex Antiochus:aliiq; plurimiq; nobiliſſimi duces habuerũt ex equo acie ſub armis ad pugnam inſtruere theſſali prius docuere:hos poſtea omnes pene ſecutę nationis eqs ad certaĩa uſę ſunt;ac ĩ dies magis magiſq; utuntur:uerum ſcitę non equos pro bello:Sed equas malunt:quoniam urinam curſu non impedito reddant:Colofoni et Caſtabolenſes Canibus in bella ductis primas acies inſtruebant;tutiſſima ac fidiſſima hominum auxilia nõ eris alieneq; ſtipis ídiga;nec dominorum fidem detractãtia:Dominos enim cõſtat Canum auxilio a craſſatoribus ſæpe defenſos;& pugnaſſe eos aduerſus hoſtes pro dominis Garamãthum regis exemplo;quem ducentorum canum acies obiicientes ſeſe contra reſiſtentes propter bella ab eo

quo detinebatur:exilio reduxere:Seianus perfidus miles:acerrimos canes ut ſibi uni manſuetos et mites hoſtibus uero in acie feros et ĩmanes habere poſſet ſanguine paſcebat humano:Bactros credo ſecutus:qui canibus humana carne nutritis obiiciunt ſenes:quod quom Alexandri pręfectus Siaſanor emendare uoluiſſet:pene amiſit prouintiam:Aduerſus Hamilcarem hiſpani:non canes: Sed boues uehiculis adiunctos ĩ prima fronte locarunt:uehiculaq; thedę ſulphuris:ac ſępi plena;ubi eneatores pugnę Signum dec re:incẽderunt actis deinde et exagitatis ſic bobus conſternatam ac diſſipatam hoſtium aciem reliquere:neq; enim ludibriis pręcipitiq; furore:Sed alta conſilii meditatione:his inuentis maiores bella tractabunt:Deſerta quoq; requirentes ut elephantos ac terrificas feras etiam ad pugnam cogerent;Equidem de captura elephantorum non operoſe tractandum quoniam in remotis orbis partibus reperiuntur:Quę autem ad bellorum uſum attinent his iſtandum:Captiq̃ ociſſime mitificantur ordei ſucco truncos gratiſſimo in cybatu habent;Palmas quoq; celſiores fronte proſternunt:atq; ita latentium fructum aſſummunt manduntq;:et ſi pabulum in preſepio poſitum attingi a mure quem maxime animalium odere faſtidiunt;in potu quoq; hauſta hirudine;quam Sanguiſugam uulgo appellant:Cruciatum maximum ſentiunt et quoad docilitatem attinet minimi ęthiopis iuſſu diſcunt ſubſidere in genua ambulare per funem militare turres armatorum in dorſis ferre magna ex parte perſarum et orientalium regum bella conficientes;Ad acuendos uero eos in prę-lium linteum uuę uel mori ſanguine tinctum eis oſtendunt Et proſternant licet acies proterant armatos.Suis tamen et muris animãtis exigui ſtridore:ac uiſu tanta eſt rerum natura terrentur territi uulneratiq; retro ſemper cedunt haud minore quandoq; ſuarũ partium pernitie;Semiramis bellum indis motura;inferior illis elephãtorum apparatu;rem excogitauit;qua terreret indos cogitantes neq̃quaq̃.extra indiam elephantos eſſe;Occiſis igitur.ccc.boum milibus;carnes operariis diſtribuens;coria inſui fecit elephantorum ĩſtar;quę poſtmodum foeno referta;ueri elephanti ſpeciem pręſe ferebant:intus hominem;Camellumq;;Super quo ſedes formam beluę duceret; Incluſit hæc in loco ſemota occluſoq; acta nequa exterius emanare poſſent;utq; inde improuiſa reperculſi ueras beſtias exiſtimarent:his biennio confectis;Tertio in Bactris coegit;

fuerunt pręter aliam infinitam multitudinem currus ad Milia centum Erant totidem numero homines ſupra Camellos cum gladiis cubitorum quattuor: aſſuefecit autem equos: ne eis ſimulachris terrerentur: quod et Perſeus macedonum rex multis poſt annis ĩ eo bello imitatus: uerum neq; illi in bello neq; Semiramidi profuerunt: Audita enim rex indorum tum exercitus magnitudine: tum ingenti apparatu belli. Conatus eſt excedere Semiramidis uires: Accitis maioribus q̃ quę erant Semiramidis copiis; Elephantorumq; Syluestrium uenatione facta; plurimos ad bellum inſtruxit: ut uerum terrorem quem intulerunt aſpicientibus iniicerent: Pyrrhi bellis hi primum in italia uiſi fuerunt; Quippe qui uſq; ad id temporis inuiſos Romanos numero. xx. in italiam primus inuexit: L. Metellus Pontifex uictoria de poenis captos xlii. ut quidam clx. tranſtulit ratibus quas Doliorum conſertis ordinibus impoſuerat Anthiocho regi: Antipatre auctore duo fuere celebres in bellicis rebus cognominibus ſuis appellati; atq; diſtincti: Et enim nouere ea certe Cato quom Imperatorum nomina annalibus deſcriberet: eum qui in acie punica fortiſſime præliatus eſt: Sutrum tradidit appellatum: altero dente mutilato: Antiocho uadum fluminis eis aliquando renuit experienti: Aiax aliquando dux agminis ſemper tunc pronuntiatum eſt; eius fore principatum; qui tranſiſſet auſumq; Patroclum ob id faleris argenteis; quibus maxime gaudẽt: et reliquo omni primatu donauit: ille qui notabatur inedia; uitam finiens; mortem ignominiæ pretulit mirus nanq; his pudor eſt: uictiq; uocem fugiunt uictorum terramq; ac uerbenas porrigunt pudore: idem rex quom in prealti fluminis tranſitum elephantos compellere non poſſet: nec nauium copiam haberet: Iuſſit ferociſſimum elephantum ſub aure uulnerari: et eum qui uulneraſſet ſtatim trãſnato flumĩe procurrere Elephantus exaſperatus ad ſequendum doloris ſui auctorem tranauit amnem reliquiſq; idem audendi fecit exemplũ Anthiochus qué eupatorem dixerunt xxxii. in acie contra iudeos produxit: in ſubſidium cuiuſq; beſtiæ quingentis equitibus deputatis: in ſingulis turribus fuere pugnatores. xxxii. electi: Hannibal aduerſus Scipionem in Affrica quom exercitum dirrigeret; Elephantos octuaginta in prima fronte locauit: ut auxiliares: gallos: et lygures: Mauros: et Biliares: poenis a tergo ſtantibus a fuga arcerent hoſtiumq; aciem terrore peruerterent Cęſare dictatore tertio conſulatu ſuo uiginti etiã

elephanti cõtra pedites quingentos pugnauere: Itemq; totidem turriti cum ſexagenis ppugnatoribus eodẽ quo priore numero peditũ et pari equitum ex aduerſo dimicante prima ĩter regem Pyrrhum et Leuinum conſulem apud heracleã campaneę urbem; Fluuiũq; Lyrim pugna commiſſa introducti inter concurrentia agmina elephãti forma truces: odore graues: mole terribiles; ut uiderit Romani nouo pugnandi genere circunuenti: et territi equis maxime pauitantibus diffugerunt: Sed poſtq; Minutius CENTVRIO quarte legionis primus haſtatus protentam in ſe haud improprie belluę manum appellatam gladio deſeruit atq; in ſuos ſeuire coegit: eius immoderato diſcurſu perturbari ac permiſceri ordines coepere; finiſq; pugnæ beneficio etiam noctis impoſitus eſt: Secunda inter Pyrrhum eundem: et Romanos pugna fuit: P. Sulpitio: et Decio mure conſulibus: ubi elephanti qui prima pugna uulnerati: atq; in fugam poſſe cogi deprehenſi fuerant ſubiectis inter poſteriora & molliora ignibus exagitati Ardentes inſuper machinas furore trepidi circunferentes exitio ſuis fuere: Tertio inter Pyrrhum et Romanos pugna fuit Curcio dentato Conſule: ubi elephantis in ſubſidium miſſis: Romani iam aſſueti iam pugnare cum belluis: cum maleolos ſtuppa inuolutoſ: ac pice oblitos inſuper acuieis tenaces prę parauiſſent: eoſq; flagrantes in terga belluarum turreſq; uibraſſent non difficile furentes: ardenteſq; belluas in eorum excidium quoq; ſubſidio fuerant retorſerunt: Eoſdem aliquando uelites auolitando dicti: uel a gręco. i. iaciendo: Quod genus militię pauloante repertum fuerat fabrili ſcalpro inter aures adacto retro agebãt: et quoma ſuis regi non poſſent necabantur: id genus occidendæ belluæ cũ opus eſſet Haſdrubal Hannibalis frater primus inuenit unũq; uno ictu confectum accepimus telo in uitalia capitis per oculum recepto ipſi tela cęteraq; heſerint corpori olei potu decutiunt: Contra hos diuerſa reſiſtendi ratio fuit Bini equi cathefracti ad currum iungebantur: Quibus inſidentes longiſſimas Sariſſas in elephantos dirigebant muniti enim ferro: nec a ſagittariis quos elephanti uehebant ledebantur: et ipſorum impetum equorum incurſatione uitabant: Cathefractos alii mittebant milites ita tamen ut aculei ferrei undecunq; in eorum armis prominerent: ne uenientem in ſe militem ſine uulnere elephanti poſſent excipere: Alii uelitum aciem his obiecere: dato eis precepto: ut q̃ primum elephanti ab hoſtibus

acti ſpatio intermiſſo reciperentur ad elephantorum impetum: uel retro: uel poſt uel ad latus contũderent; equitatum permulti quoq; quo nihil tutius erat eminus fundis eos per quos regebantur elidebant: Sicq; in ſuos plerunq; lapidibus adactæ belluę: et amiſſis rectoribus ſeuire cogebantur; uenientibus nonnulli quaſi terrore quaterentur continuas detrahebant cohortes; manipuliſq; inter ſe diſtãtibus ſpatium dabãt cumq; agminis mediũ attigiſſent circunfuſa militum multitudine obruebantur: illeſiq; una cum rectoribus aliquando intercipiebantur: Camellos uitiliani in terra affrica: et aliquot clari etiam duces in aciem produxere; qui ante legiones poſiti aut cũ legionariis mixti cum cominus pugnaretur hoſtium ſępe acies peruertere: Creſus numeroſo ac præpotenti hoſtium equitatu eos obiecit; quoꝝ nouitate aſpectus odore atq; horrore: trepidãtes equi nec dum equitum; uerum etiam peditum ſuorũ acies peruerterũt uincendoſq; hoſti præbuerunt: Camelli item cum Scipione Anthio cum deuicere: et cum Archelao item ad orchomenum & cheroniam conſeruiſſe Camellos memoriæ proditum eſt: horum qui in pugna præſtent nonnuilli gibbum duplicẽ in dorſo habent: Duos quoq; in bello in certamen ſagittarios ferunt dorſo inuicem contrarię reſidentes; Alterum a fronte aduerſus hoſtem; alterum contra perſequentem pugnantes: Tentarunt etiam poeni ut Lucretius inquit; Tauros in munere belli: expertiq; ſues ſcęuos ſunt mittere ĩ hoſtes Et ualidos partim pręſe miſere leones: Cum doctoribus armatis ſcęuiſq; magiſtris qui moderarier his poſſent uincliſq; tenere: Ne quicq̃ quoniam permixta cæde ruentes Turbabant ſcęui nullo diſcrimine turmas Terrificas capitis quatientis undiq; criſtas; Nec poterant equites fremitu perterriti equorum Pectora mulcere et frenis conuertere in hoſtes.

ACTENVS SIGISMVNDEPã
dulfe de inſtruẽda acie ſecundũ diuerſos du
cum aſtus;uariasq; nationes de inpugnati
one huiuſmodi:atq; expugnatione ſi quando
uſus tulerit ad pręſentium ac poſterorum
inſtructionem dicta ſint Deinceps ut erat p
poſitum de religioſi temporis diebus ac mẽ-
ſibus pręſenti materie ſubiacentibus:quos ĩ
fames;atros;uel infauſtos in xi comentariorum grãmaticorum Ni
gidius appellauit:pauca memorare exempla forſan non incogruũ
erit;ſeu recte;ſeu perpam id fiat;Menſis itaq; octobris pridie no
nas Romanos primo quidem a Cymbricis ſub ſcipione exercitu
priuatos fuiſſe conſtat: Poſtea uero imperatore Lucullo Armeni-
os & tigranem uiciſſe. Lucullus enim in Armenia cum.x. milibus
peditum & mille equitum aduerſus Tygranem qui Centumquin-
quagintamilia hominũ in expeditiõe haberet:hoc die profectus cũ
eſſet quo Scipionis copię conſumpte ſunt a cymbris: & quidem
dixiſſet Romanis illũ diem nefaſtũ eſſe atq; formidabilẽ; Pugne-
mus igitur inquit hodie impigre;quo hunc quoq; Romanis diem
ex atro & triſti hilarem iocundumq; reddamus;atq; quũ pugnaſſet:
illosq; fugaſſet;Romanos quĩq; leto ĩterceptos amiſit:hoſtiũ uero
ſupra centum milia occidit: Menſis nouẽbris Clades barbaris ma-
gnas euidenter intulit;hoc nanq; menſe alexãder regis Auctores ad
grãnicum uicit; & carthaginenſes ſeptima & uigeſima die apud
Siciliã a timoleonte uicti ſunt: ſub quã diẽ ilion captũ uidet ſicu-
ti ephorus & caliſthenes :&damaches & philareus phibẽt: Boetiis
qdẽ contigit mẽſis Ianuarii quĩta die binas præclaras & inſignes
victorias coepiſſe:ut pote quibus grętiæ libertatem reſtuerent.
Februarius græcis haud quaq; ęquus extitit:huius ſeptimo die pu
gna cum cranone ab Antipatro uicti funditus perire & in chero-
nia antea aduerſus philippũ haud foeliciter pugnauere hac eadẽ

die februarii:eodemq; anno qui cum Archidamo trāſire in italiam ab illius loci barbaris fede conſumpti ſunt:uigeſimamnonam carthaginēſes obſeruant:utq; plurimaſ eis:& maximas calamitates intulerit:Menſis Martii ſexta quidem die Marathone tertia uero in platheis ſimul & apud michalem perſę a grȩcis deuicti ſunt:Quīta uero & uigeſima die Arbelis athenienſes nauali pugna circa naxon uictores fuere ſub ipſam preterea eiuſdem menſis uigeſimā diē Macedonum athenienſes prȩſidium coepiſſe:quo die miſtico luſtrant bacchо. Apud Romanos prȩliares etiam dies ſunt qui abiuſtis non ſegregantur.ſi quidem iuſti ſunt continui xxx dies quibus exercitui imperato uexillum ruſſi coloris in arce poſitum eſt: prȩliares autem omnes: quibus fas eſt res repetere.uel hoſtem lacceſſere.eligendi enim ad pugnandum diem Romanis tunc fuiſſe licentiam conſtat ſi ipſi inferrent bellum.At cum exciperent nullum obſtitiſſe diem quominus uel ſalutem ſuam.uel publicā defenderēt dignitatem.uitabant & ad uiros uocādos dies.qui eſſēt notati rebus aduerſis:Dies autem qui ſunt poſtridie Kl.nonas Idus:quāq; ad rem ſane militarem nihil attinere notet Varro.ſed ad ſolas actiones reſpicere priuatas:ad omnia tamen maiores noſtri cauendos putauerunt:quos etiam atros.uelut infauſta appellatione damnarunt.ob hanc causam dictos habitosq; atros Seruius Flaccus ſcribit.Quod urbe a gallis Senonibus recupata.L.Actilius in ſenatu uerba fecit.Q.Sulpiciū tribunum militum ad alia aduerſus gallos pugnaturum rem diuinam dimicandi gratia poſtridie feciſſe cum exercitu populi Ro. occiſum:Item apud cremeram:multisq; aliis temporibus & locis poſt ſacrificium die poſtero celebratum male ceſſiſſe conflictum:& poſt diem tertium eius diei urbem prȩter capitolium captam fuiſſeq; pluresq; alii ſenatores recordari ſe dixerunt.Quotiens belli gerendi gratia res diuina poſtridie Kl. nonas Idus populi Ro. facta eſſet eius belli proximo deinceps prȩlio rempu.male geſtam eſſe:tumq; ea re ꝑ ſenatum ī pontifices reiecta:ut ipſi quid uideretur ſtatuerent.Pontifices decreuerūt ut hi dies neq; prȩliares:neq; puri. neq; comiciales ēent nullumq; his diebus ſacrificium recte futurum.Quod nec doctiſſimum poetam Ouidium prȩterit primo faſtorum dicentem:uēdicat auſonias Iunonis cura Kalēdas idibus alba Ioui grandior agna Cadit:Nonarum tutela adeo caret omnibus iſtis Nec fallare

Caue proximus ater erit:Omen abeuentu est:illis nam roma die.
bus damna sub aduerso tristia marte tulit:hęc tibi dicta semel to
tis herentia fastis:Ne seriē rerum scindere cogar erunt:Ante di.
em tertium nonas octobris & ante diē sextum idus nouēbris nihil
in repu. maiores nostri geri uoluerunt:Itaq; hos dies nō cum hoste
manus conferebantur:non aliud quodcūq; in repu.nō exercitus scri
bebantur:non comicia habebātur:non aliud agebatur:nisi quod
ultima necessitas exegisset administrabatur:Ante diē quoq; quar
tum Kl.uel nonas uel idus tanq; inominabilem diem pleriq; uitāt:
Cuius obseruationis an religio ulla sit memorię proditum nihil in
uenio:nisi q; Claudius annalium quinto cladem illam pugnæ cānē
sis uastissimam factam dicit ante diem quartum nonas sextiles. An
te diem īsuper xv.Kalēdas sextiles a Romanis haud procul fluuio
qui allia nuncupatur ac xi.milibus passuum uia Sabbaria ab ur
be distat instantibus gallis male pugnatum ē fusaq; extemplo Ro.
mana acies ad ripam fluminis quo sinistrum cornu defugerat a
celtis tanta strages facta:ut urbi subito subsecuta ruina & patrum
cędes atq; capitolinæ arcis obsidio:eorum fuga uero nocturna fuit
eo tempore quo commissa ē:pugnatumq; ē circa ęstatis finem:
circaq; plenilunium: quo dies ingens & antea clades in fabios ad
cremeram flumen inter urbem & uehios acciderat: sex & trecenti
nanq; patricii milites omnes ex eodem genere eademq; familia una
die a uehientibus cęsi sunt:Pompeius fugientem etiam Mitridatē
ad pręliam compellere cupiens noctis tēpore expugnationē fieri
statuit:Quem Pompeius insecutus ut luna tunc orta a tergo Roma
nis erat:Mitridates exercitus longitudine umbrarum proximitatē
hostium ratus cuncta in irritum tela fudit:illi inermes aggressi si.
ne labore certaminis uicerunt.& castra coeperunt.hannibal apud
Cannas hac militari temporis ratione & astucia usus:non noctis tē
pore:sed orto iam sole aduersus Romanos dimicaturus:ita suos ad
pugnam struxit: ut contra solem orientem exercitum Romanum
pugnare cogeret:contraq; Eurum uentum:quem nostri uulturnum
uocant:Nam īmorem ardentis fulminis mane: more suo perflare
solitus:tunc flabat: rapidumq; puluerē ex patentibus: torridisq;
campis eleuabat:& super carthaginensium phalanges ad ora Ro.
manorum īpellebatur:sicq; cum eurī uel uulturni uenti adiutorio
ac fulgoris oculos hostium perstrīgentis:hānibal illā memoralem

& immortalem cānenſis pugne gloriā ſibi adeptus: ubi ipſe quū eſſet crudeliſſimus: Romanisq; infeſtiſſimus tanta tamen inimicorum atrociſſimorum cede ſatiatus parci iuſſiſſe perhibetur: Par poſtea ratio Romanos iuuit. Marius enim & Catullus conſſ. cōtra gallos pugnaturi uirtuti dolum addiderunt: primum nebuloſum nacti diem: ut hoſti inopinanti occurrerent: tum uentoſum quoq; & puluis in oculos oraq; ferretur tunc acie conuerſa in orientem: ut quod ex captiuis mox cognitum eſt: ex ſplendore galearum ac repercuſſu ex aduerſo: uiſum eorum puluis oppleret: & ſplendor hebetarēt totā terribilē gallorū multitudinē miñia romanoꝝ clade profligauere: eſt etiā pręterea ſua ſabbatiſſimi ratio indeis: qua quom eis nefandum ſit quicq̄ ſerie rei facere Diuus Auguſtus Veſpaſianus adortus eos ſuperauit: eoſdem alia atq; huic diſimili ratione ſubegit anthiocus: is enim quom Ieroſolimam obſideret Iudeis ad maxima illa ſolennia petentibus dierum ſeptem inducias: nō eas modo dedit: ſed etiam tauris auratis cornibus odoribusq;: & pigmentis affati pręparatis ad portas usq; pompam egit atq; ſacrificio illorum ſacerdotibus tradito ipse in caſtra rediit: iudei uero admirati continuo ſe ſe poſt ſolennitatem dedidere: ē & aliis gentibus alia quoq; temporis ratio. Nam Mylciades quom perſas triduarię legionis ocio teneri didiciſſet: improuiſos inuaſit & obtinuit: Athenienſes quom ſubinde a lacedemoniis infeſtarent diebus feſtis: quos ſacros mineruæ ext urbē celebrāt: Armis ueſte celatis peracto ritu ſuo: non ſtatim reuerſi athenas ſed potius inde raptim acto lacedęmonē uerſus agmine eo tempore quo minime timebatur agros hoſtium quibus ſubinde predæ fuerant ultro depopulati ſunt. Athenienſes ſimili modo ubi aduentare darium cōperunt: quanq̄ auxiliū a lacedęmoniis popoſciſſent: tamen quom detineri perſas quatriduanę religionis ocio compertum haberent ſpem religionis occaſione ſumentis inſtructis tantum decemmilibus ciuium & platheenſibus auxiliaribus mille aduerſus ſexcenta milia hoſtium campis marathoniis perruperunt: Mylciade eius belli duce: qui celeritate magis q̄ uirtute frętus alacri ſatis expeditione prius hoſti cominus heſit: q̄ poſſet expedito ſagittarum ictu propulſari: tanta in eo bello diuerſitas certandi fuit: ut ex alia parte uiri ad occidendum parata: ex alia pecudes admoriendum pręparate putarentur: Ducenta enim milia perſarum apud campo-

Marathonios ea tempestate cecidernnt. Germanorum etiam ani-
mos quom sortilegarum uaticinia mulierum obtunderent; ut pu-
qua fluuiorum cursus uortices strepitūq; coniectantes futura pre-
dicerēt: assererentq; siue Arioiusti eorum regis instituto: siue le-
ge non esse fas superari eos, si ante lunam contenderent: Cęsar sa-
tius esse duxit citra tempus inuadere: q̄ idoneum illis tempus expe
ctando sedere: facto itaq; in eorum munitiones & tumulos impetu
non antea stimulare ac incessere destitit: q̄ ira deducti pugnam ea
pesserent: his ac de re deniq; in fugam uersis Cęsar stadiis cccc.
ad Rhenum usq; persequens: terram omnem cadaueribus; spoliisq;
referſit: Arioiustus cum paucis pręueniens rhenum traiecit. Cęsor
numerum lxxx. milia fuisse perhibent.

Inc deinde locus castris idoneus deligatur necesse est: ea. n.
res maxime rationis ē bellicę: ut hostis hostē si petierit e subli-
mi repelli nō possit: Aut sane collectis uiribus excipi; siue igit ex
itinere quiescendum sit; siue castra castris obiicienda. In deligen
do loco hanc rationem haberi oportet: ut locus arte uel natura mu-
nitus sit: & necessariis sufficiens: arte: ueluti fossa uallo: uel aggere
Natura munitus: ut sunt tumuli ascensu difficiles colles ardui
locaq; edita: & aspera: quę uerucas cato appellat; aut loca flumini-
bus uel paludibus cincta: necessariis sufficiens; ut materies, aqua
frumentumque de proximo peti possunt: Quod si & horum com-
patio habenda sit: loca munita: q̄ opulenta uiros illustres quęsis-
se magis inuenio: quod & mario uenit in successum Is enim ter-
tio consulatu suo bello cymbrico quom collem occupasset: qui cā
po: & fluuio imminebat: ubi hostes se diffuderant: quomq; aqua
exercitui deesset ad potandum: quę relisq; omnium coarguęretur:
aquam in prospectu esse respondit: sed eam ferro uindicandam.
Primis itaq; calonibus in pugnam cum clamore ruentibus subse-
cutus exercitus: mox iusto certamine compositis agminibus bel-
lum gestum est: & uicere Romani. Iulius Cæsar loca eminentia ī
omnibus approbauit: quę si negasset facultas: irrigua prę ferebat:
inuenitur etiam gallicis expeditionibus aliquando iuxta fluuium

axonam castra posuisse. Quę res & latus unum castrorum ripis flumiis muiebat & post eũ q̃ erãt tuta ab hostibus reddebat:& co meatus ut a proximus ciuitatibus sine periculo aduehi possent efficiebat.CN.Pompeius in Capadocia locum delegit castris ponendis editum ab imo paulatĩ procliuẽ:unde adiuuante procliui impetum militum facilem ipso decursu Mytridatem superauit. Q.Metellus in hispania Citeriore in castra hostium humili loco posita ex superiori parte flumen immisit: & subita inundatione turbatos per dispositos insidiatores Cecidit:tãto itq; locus utilior iudicabitur;quanto fuerit editior;in subiectos enim uehementius tela torquentur;maioriq; impetu pars editior obnitentes propulsat & impellit:quum hi qui humili sunt loco castrametati duplex subeant cum loco primum;deinde cum hoste certamen.

Tquoniam pręcellentis ẽ ducis munus tum pace:tum maxime bello hostium regionem exploratam planeq; cognitam habere; ne omnes ordines temere uagari errareq; contingat; consyderandum quoq; oppositę ipsius Regionis quæ sit natura lis positio Rupibus ne in uia an fluminibus cincta:uel paludibus impedita inhabitantium pręterea multitudines quantę;quæ uolũtates:quæ studia;que consilia perquirendum:firmis an infirmis Natura uel arte munitis pręsidiis contineãtur:quæ singula in ducis consyderatonem deducta:Si minus perse pręstare queãt alios quorũcumq; locorum peritissimos adiungere oportet hęc autẽ tute ac commode poterit:si ex utrorunq; amicis ciuitatibus atq; mercatoribus futuri sit qui explorent:Ciuitates enim omnes qui importent aliquid:q̃ liberaliter semper accipiunt:sunt qui hæc per hostes aut per suos uel etiam per se ipsos imperatores quidam scrutati sint.M.Cato in hilpania quia ad hostium consilia alio ingenio peruenire non poterat:Iussit trecentos milites simul impetũ facere in stationem hostium:raptumq; unum ex his: in castra perferre incolumẽ:tortusq; ille omnium suorum arcana confessus est Iulius Cęsar missis equitibus his quos in agris repperisset hostiũ res & consilia scrutabatur:& ut concordi eorum sententia reppe risset:quod agendũ ĩ cõsultatione deliberabat:& scite & sapiẽter


id quidem. Speculatores deinde exploratoresq; de ſuis mittere uni uerſorum ducum inſtitutum eſt: & quãq̃ duo hęc uſus ſępe confũdat: diſcernit: tamẽ rõ: & doctiſſimorũ hominũ auctoritas: ut ſpeculator is ſit: qui hoſtilia ſilentio perſpiciat: quom explorator clamore peccata cognoſcat: explorare enim antiquos pro exclamare legimus uſos: Sed poſtea prospicere & certum cognoſcere coepit ſignificare: Perſę quoq; nullo extrĩsicus aminiculo explorandi modus quidam eſt: quo & ipſi duces uſi sępe perhibentur: sicut Emilius conſ. bello hętruſco: hic enim dux apud oppidũ colonia multitudinem auium procul contemplatus citatiori uolatu exſylua cõ ſurrexiſſe: intellexit illic aliquid inſidiarũ deliteſcere Quod & turbatę aues & plures ſimul euolarent: premiſſis igitur exploratoribus decemmilia Coloniorum comperit excipiendo ibi Romanorũ agmen in itinere: eaq; alioq̃ expectabatur itinere latere: in is legionibus circũfudit. Thianicus horeſtis filius ſimiliter quom audiſſet iugum ab hoſtibus munitum præmiſit ſciſcitaturos quid rei foret referentibusq; non eſſe uerum quod opinaretur: ĩgreſſus iter ut ex eo loco uidit magnam uim auium ſimul euolaſſe arbitratus eſt ibi hoſtium agmen reſidere itaq; circũducto exercitu eluſit inſidiatores: Per ſe ſe autem hoſtium res ſcrutati ſunt Alexander Sertorius. M. Voluſius edilis plebis & Maximianus quoq; cũ Diocliciano poſtea imperauit: & mutato habitu quidem. Iulium uero Cęſarẽ & habitus mutatione: & per alium & per ſe ſe etiam exploraſſe conſtat. Nam quũ britanniam expugnare illi mens eẽt: & inſulæ ſtatum moresq; hominum percunctari: exploraſſetq; per. C. Voluſenum ut communis habet hiſtoria: ſunt tamen non ignobiles auctores qui cęſarem perſe ipſũ portum & nauigationem & acceſſũ ad insulam exploraſſe confirmet: & quanq̃ illi fortunam ſuam experti forte probauerint: omnino tamen audacię & temeritatis mihi maxime eſſe uidetur conſilium & subsidium totius exercitus periculis obiicere: quom hi omnes aut uitę ſuę aut alienę necis cupidi sint qui huiusmodi uel ipſi ſuſtituerĩt ut uel alios perpeti coegerint maxime quũ id quod Scipio & Valerius Lauinus cõſſ. & xerſes pro ſua nobilitate memorabile poſteris reliquerunt exemplum non ſæpe: ſed pro raro contingat: ille enim captos tres hãnibalis exploratores circũduci per caſtra iuſſit: oſtenditq; his totum exercitum nihil de hoſtibus percunctatus: mox etiam prãdium dari

iuſſit:eisq; refectis ipune redire ut quæ apud Romanos uidiſſet; hannibali renuntiarent:hic uero quom non ſecus intra caſtra ſua exploratorem hoſtium deprehendiſſet;magnamq; copiarum ſuarꝫ fiduciam haberet circunduci eum iuſſit terrendiq; hoſtis cauſa exercitum ſpeculatoribus eorum quotiens uoluiſſet patere Poſtremo Xerſes ſimiliter darii filius quos in caſtris ſpeculatores græcorum depræhendiſſet: nullo affecit ſupplicio.quin ubi iuſſiſſet eos circunduci ut audacter intuerentur exercitum cuius gratia uenerãt libere quo uoluerunt dimiſit incolumes; preterea non uſq; quaq; etiam obuiis & tranſfugis quibusq; credendam ſalutem ſuam plurimorum periculis edocemur. Babylon ingẽs enim quam exercitus capere nulla ui poterat Zophiri arte capta eſt; ſe nanq; plagis affici:auribusq; ac naribus mutilari conſulto iuſſit:ac deformis ueluti tranſfuga urbem ingreſſus:ſe cum omnium audientium intuentiumq; conſenſu ita darii iuſſu ceſum ſe mutilatumq; finxit:inde populum cohortatus forti animo ut eſſet;ac moenia tueretur;pateretur q; ſe una cum ſuis recẽſiore ira:& iniuria laceſſitum bellum contra darium inire:his nanq; & aliis huiusmodi Babyloni decepti fraudibus ſummam gerendarum rerum omnium curã:& potestatem liberam Zophiro tandem omnium ſuffragio tribuerunt:augendam uero ad fidem ſæpe is profligauit hoſtes:ac poſtremo creditam multitudinem in hoſtium manus duxit. ſic urbs Babylonia quę ui non poterat:fraude capta eſt:Quom autem darius poſtea punicum malum quoddam & id quidã per magnum apuiſſet quærenti cuidam quidnam tantum habere uellet quanta granorum multitudo Zophiros ſe uelle reſpondit. Erat autem Zophirus non modo comes illi uerum uir tum probus tũ amicus qui ubi ſe ſe ipſe cecidiſſet:narẽq; & aures obtrũcaſſet & ita creditus Babylonios fefelliſſet ac dario tradidiſſet urbẽ ſæpe dicebat:Darius Zophirum male integrum:q̃ centum capere Babylonias. Iulianus quoq; in partos expeditionem agens;quom indefertum primo captiuorum habuiſſet ductorem:poſtea quidẽ ſenior tranſfuga ſub ſcemate pditores ei ſe compendioſum iter oſtẽdere pollicitus quũ triduo ambulantes ad maiores ſolicitudines peruenirent in inſidias inciderunt:& mox quidem illum ſenem fuſtibus occidere cõfitentes ſe hoc pro patrię libertate feciſſe & libenter aſpera quęq; pati uelle; in quo bello ĩperator concidit;& exercitus ĩ cõditionẽ


adductus est: Valerianus item Augustus doctrina & eloquentia clarus ingentem exercitum in persas agens & incaute quidem suorum ac aliorum ductu a Sapore persarum rege captus ignominiosa apud persas seruitute consenuit: donec damnationem fortitus ut ipse ac cliuis humi; regem ascensurum equum non manu sed dorso semper attolleret: Ad postremum quom nulla prẽda hostibus pulchrior: nec præstantior q̃ exploratorum uel speculatorũ si capi eos contingat; quod sępe fit; quom persequantur quodcunq; se illis puium obtulerit: non usq; ita fides habẽda illis: ut custodia negligatur; sed instructa semper omnia; & parata esse oportet eque ac si hostem instare; uel imminere nuntiatum sit.

Is pro loci qualitate hincinde rite peractis: Castrorum formam secundum maiorum disciplinam officiorumq; castrẽsiũ ordinem ritus ac rationes ex Reliquo prosequęmur. Quattuor nanq; angulis eorum dimensio dessignabatur: nam & fabrorum multitudo: & ferramentorum copia: quę usus extructionis poscit sequitur exercitum: & interior quidem pars castrorum tabernaculis distribuitur. Ambitus autẽ eorũ extrinsecus muri faciem prẽsferebat: Ordinatis etiam turribus pari spacio dispositis: quarum interualla telis atq; balistis aliisq; machinis saxa torquẽtibus; omnibusq; instrumentis missilium complent: ut cuncta scilicet iaculorũ genera in promptu sint: Ex omni deinde muri parte quattuor portas ędificant; tam lumentis aditu faciles; q̃ ipsis siquid urgeat introcurrẽtibus latas: intus autem castra uici spaciis ĩterpositis dirimunt; mediaq; rectorum tabernacula collocant; & ĩter hęc imperatoris ac ducis maximi medium templo simillimum ut quasi repẽtina quędam ciuitas existat: forumq; & opificum stationes & sedes militum primatibus ordinũq; principibus: ubi siqua sit inter illos ambiguitas iudicet; ipse uero ambitus & omnia quę ĩ eo sunt multitudine simul: & scientia; & fabricantium opinione quom opus est dicto Cicius cõmunitur Qui si res urgeat fossa extrinsecus cingitur depressa cubitis quattuor; pariq; spacio lata: Castris etiam sic munitis aut muniendis armata custodia deesse nõ debet: Numerus cohortis extimatione nunq̃ inferior per singulas portas si

periculū īmineat ducis arbitrio augetur: hiq; per uices quaternis horis die noctuq; ſibi ſuccedēt. Horarum autem discretionem ue, teres aqua & umbra denuntiarunt:& ad poſteros in hunc modum noscenda transmiserunt: Duo nanq; illis uasa erant ænea:siue ut clesbius alexandrinus primum inſtituit ex auro perforata; aut ex gemma terrebrata:ea enim nec terrunt̄ pereuſſu aquę nec ſordes recipiunt ut obturentur:non ubiq; tamen eadem uſui:Nam alibi alteri fundus erat immodum clepsydre foratus & quod erat ītegrū uacuū ſubiecerūt: pleno aquæ altero ſupposito:alibi ſuperioris uasi uacui fundus erat simili modo perforatus:alterum quod ſubiecerunt integrum ac aquę plenū altero ſuperaddito & aquam cō tingente: ſed aquę meatu ante hinc inde munito:quę ubi primū coepit ſurſum uel deorsum emergere uel influere mox minutione ſuducta permiſerunt influere: uel effluere fluxiq; in noctis ipſius & ſequentis ipſius diei finem atq; id uſq; ad principium noctis ſe, cundę ſic ſibi menſuram temporis in aquæ de illo fluxu ſuſceptæ quantitate poſuerunt:hac in partes ęquas.xii.ſubfida demenſiōe diuiſa decreuerunt in ipſo ciclo conſtituere:& diuiſionibus anno tare:ut certi eſſent horarū numeri ī quos eas ingredi morari &egre di nuntiarent:Tuncq; poſt ægyptiorum retro maiores:quos cō ſtat primos omnium cęlum & temporū momenta ſcrutari & auſos metiri:ſiue horus ille fuerit:quem ſolem appellant:& unde horæ di ctæ ſunt: siue ꝙ horus apollo ſit; qui pręceteris horas inueniſſe perhibet:Scipio naſica collega lenati primus apud noſtros aqua diuisit eas ęqua noctium ac dierum:idq; horologium in hunc mo, dum ſubtecto dicauit: Anno urbis Quingenteſimoquadrageſi, mo quinto.



MBRARVM autem rationem apud grecos anaximenes mi
lesius Taletis discipulus inuenit: primusq; horologium la
cedemoniis ostēdit hęc ipsa ratio īterdiu mō horoscopi īsti,
tutio die nubilo nō uacet per solē internosci maxime poterit: si in
loco plano stans quispiam dorsum contra solis rectitudinem po
suerit: Suiq; umbram corporis Pedibus metietur a xxiiii. die men
sis Decembris cū Ianuario inchoando: in quo est numerus in sua
hora prima & undecima pedum xxviiii. Nam decembrem cum Ia
nuario in horis causa dispar adiunxit: cum linea simili alter auge
atur: alter uero decrescat. Nouembrem & februarium ratio tempo
ris per horas duxit equaliter. October Martium concordibus um
bris asciuit & parem sibi fecit: Septembris & Aprilis dies horis
similibus conferuntur. Augustum Maio par solis cursus equabit:
Iunius & Iulius horarum sibi æqua spacia contulerunt: ut de sin
gulis mensibus in huiusmodi circunscripta numerorum descriptiōe
continetur.



Ac horarum uicissitudine uigilũ sors succeſſiue per omnes
æqualiter currat: in hos acerbissima Sanctio ut qui loco qua
libet cã ceſſerit demedio tollatur: & die quidem pro portis
Armatę ſtationes diſponũt Nocte autẽ per caſtella uigilare mos
eſt: Sed & preter publicas cuſtodias aliquot in caſtris diſponere
non erit inutile: ne quid tecti facinoris admittatur: Brutus enim
ex captiuitate græcorum: quom per notos ſibi uigiles euocaſſet
totum exercitum ſuum in caſtra græcorum induxit: hoſtesq; con-
fecit: ideo prudẽtioribus conſuetum fuit: ut circitores caſtris prę
ficere: quos olim circuitores appellabant: qui uigilias circuirent
ac renuntiarent ſi quos ĩmerſerit culpa uel aliquando per ſe uigi-
les reuiſere. Titus iheroſolomorum obſidione primam uigiliam no-
ctis per caſtra & caſtellorum ſpacia circuiens explorabat: Secũda
ſecundo a ſe principi Alexandro permiſerat: Tertiam agminum
Ducibus: Alcybiades athenienſis ciuibus ſuis a lacedæmonijs ob-
ſeſſis ueritus negligentiam uigilum his qui in ſtationibus erant
Denuntiauit: ut lumen obſeruarent quod nocte oſtenſurus eſſet ex
arce & ad conſpectum eius ipſi quoq; lumen attollerent: Quo mu-
nere qui ceſſaſſet poenam paſſurum: Dum ſolicite itaq; expectare-
tur ſignum ducis peruigilatum ab omnibus: & ſuſpectę noctis pe-
riculum euitatum eſt: Iphicrates athenienſium dux: quom ſub
aduentu hoſtium ipſe uigilias circuiret: uigilem quem dormientẽ
uiderat teli cuſpide perfodit: quod inclementius factum nonnullis
increpantibus: qualem inueni inquit: talem reliqui: his itaq; om-
nibus ſimul ſomnum & excubiarum: & uigiliarum tempora bucci-
næ ſignificent: nec quicq̃ præter ordinem ſine ducis geratur edi-
cto ſummo mane officiis pro religione celebratis mox milites ad
centuriones ad chiliarcos illi ueniant: cum quibus ad ſummũ om-
nium ducẽ uniuerſorum ordinum principes quibus ille ſigna det
aliaq; pro negotio præcepta perferẽda ſubiectis: quæ cum in acie
fuerint recognoſcant: ut ſi res exigat incurſibus: itemq; reuocatio-
nibus uniuerſi obſecundent & pareant. Signum ab imperatore dã
dum quod deferant ſubiectis quod nemo non ſciat in ordine con
ſtitutus, Nemo ſciat externus eiusmodi eſt: quũ quid memoriter
tenendum indicitur: uti in bello Marii Bardeus: in ſyllæ: Apollo
Delphicus: in Cęſaris: uenus genetrix: Græcorum chriſtianorum
chiriele yſon: & alia atq; alia: prout cuiq; uiſum eſt: id enim quoſe

hoſtibus diſcernant maximi uſus in bellis eſt: ſiue ī luce pugnet: ſiue in tenebris: Nam ſi hoſtis ī Armis domeſticis latere uelit ſignum interrogatus: ſotium uel hoſtem illico ſe prodit: id alii Symbolum uocant: probati auctores Liuius & Maro texeram.

Egationes cum hoſtibus ſi agendę ſint: illud animaduertēdum ut hi mittantur: qui aſtu uel multarum rerum cognitione hoſtium latebras: atq; conſilia metiri queant: Scipio enī Affricanus occaſione mittendę ad Syphacem legationis capta cū Lęlio ſeruorum habitu tribunos & centuriones electiſſimos ire iuſſit: quibus curę eſſet regios uiros inſpicere: qui ut liberius caſtrorum poſitionem ſcrutarent. equum de induſtria dimiſſum tāq; fugientem proſecuti maximam partem circuierūt munitorum: quę quom nuntiaſſent incendio confectum eſt bellum: itidem carthaginenſes miſere qui per ſpeciem legatorum Romæ morarentur: exciperentq; conſilia Romanorum. Cato autem cenſorius poſtq; tres in Bithiniam legati Romę delecti quorum articulari morbo & podagra unus capite alter uulneribus confoſſo tertius uecordia laborare uidebatur: Ridens populus Romanus inquit: legationē mittit: quę nec pedes: nec caput: nec cor habet: Apud eum populum autē legati ſi quando incogniti uenire nuntiabantur: primo quid uellent ab exploratoribus requirebant: poſtea ad eos egrediebātur magiſtratus minores: & tunc demum ſenatus extra urbem poſtulata noſcebat: & ita ſi uiſum fuiſſet admittebatur.

I autem conſultationes hoſtium admittendę ſunt: qua cautione id fieri debeat: Cęſaris & arioiuſti germanorum regis monemur exemplo. hi enim quom occuriſſēt dies colloquii utriusq; conſenſu indicta placuit equitatu tantum armato conuenire. Cęſar quum ſalutem ſuam non omnibus committere uellet Gallis auxiliaribus equis ſubtractis milites eis legionaricos decimę legionis: cui maxime propter uirtutem confidebat: impoſuit hos. Du cētis paſſibus ab arioiuſti prędidiis in tumulo collocans ut ex equis colloquerēt: pari quoq; interuallo aberant equites arioiuſti ubi uero interloquendū Cęſari nuntiatur germanos ad equitare

lapidesq; & tela in ſuos conijcere:loquendi finē fecit:ſe ad ſuos recepit Nam & ſi ſine ullo periculo decimæ legionis præſtantia hoſtes ſuperari uideret a ſuis: tamen prelium committendum non putauit:ut poſſet dici pulſis hoſtibus:eos a ſe p fidē in colloquio circunuentos:Caſtris item & loco & manu munitis ſi ex conſultatione ſimiliter cum hoſtibus agendum:ſapientis ducis eſſe ſtatuo ne ſi incaute illis ingerat ad loquendum. Agrippa enim rex cum gamalenſibus de traditione loqueretur Veſpaſiano iubēte ad dextrum cubitū lapide ictus egre de medio ſublatus eſt: Titus quoq; ad iheruſalem quom putaret iudeos hominis gentilis oratione flecti:Ioſephum miſit oraturum:qui grauiter in capite ab eis Siuci us:niſi mature ab ipō Cęſare ī caſtra ſubreptus fuiſſet oppetiſſet

Dhuc Armorum habenda ratio eorum enim habitus pleriſq; gentibus alio atq; alio tempore noxius eſt uti Numidis haſtilia telorū;quæ manu ſine amentis intorqueri ſolent:pluuiis ingruentibus lubrica ac per hoc inutilia fiunt:Scuta etiā que elephantorum corio extento atq; durato habilia & tuta geſtabant: quorum ea natura eſt:ut acceptū imbrem tanq; ſpongia ebibant:ac per hoc intractabilia repentino pondere fiant:quia circūferri nō poterant defendere nequiuerunt: Orientales qui maxime ſagittis bella conficiunt oderunt uentos & imbres:qui inter illos pacem eē cogunt proinde.P.Scipio in Lydia quom die ac nocte imbre cōtinuo uexatum exercitum Anthiochi uideret:nec homines tantum aut equos deficere:uerum arcus quoq; manantibus neruis inhabiles factos cohortatus eſt ſuos ut ſequenti quanq; Religioſo die cōmitterent pręliū: Quā ſententiam ſecuta extemplo uictoria ē.

Vrſus in multitudine partium diſciplinę ſtudium uel ratio utriq; animaduertenda: ne pugnantibus & diſciplinę tenacioris militibus rudem & indoctam multitudinem miſceas putans in uniuerſo exercitu Xerſis exemplo belli robur conſiſtere. hic enim pręclarus aſię rex cum Armatorum ſeptingentamilia perſarum:trecentaq; de auxiliaribus pręter claſſem maximam uixq;

credibilem habuiſſe narretur: meritoq; inopinato exercitui uix ad potum flumina; uix terra ad ingreſſum uix Maria ad cursum cę lũ ipſum uix patere Sagittis putaretur: huic tam incredibili tempo ribus noſtris agmini: cuius numerum nunc difficilius eſt aſtrui q̃ tunc fuit uinci leonidas rex ſpartanorum cum quattuor milibus hominum in Anguſtiis thermophilarum obſtitit triduo continuo manu conserens; Quatriduo deinde cũ iugi bello uideret hoſtem undiq; circunfundi Dimiſſis ſotiis auxiliaribus ut ad meliora se tempora reseruarent hortatus: Spartanos ſuos admonet de gloria plurimum de uita nihil sperandum neq; expectandum uel hoſtẽ uel die ſed occasione noctis perrumpenda caſtra: commiscenda arma conturbanda agmina fore; nũq̃q; victores honeſtius q̃ in ca ſtris hoſtium eſſe perituros: Perſuaſi igitur plus ſe patriæ debere q̃ uitę: ac mori malle cum gloria: q̃ supereſſe sine: Mirũ dictu sex centi uiri Caſtra ſexcentorum milium irruperũt. Poſtremo inter ſtragem: & cadauerum aceruos ĩedia: uigiliis: & labore longę cędis feſſi cum duce ſuo multo cruore graues inuicti æterna uiuẽtes glo ria Cecidere. Xerſes uero eo tumultu terreſtri ac pturbatione ter ritus: & a themiſtocle nauibus quibus omne mare compleuerat Spoliatus: incognitus & Sautius fugit: nec aliter ſane ut Satyrus inquit q̃ una naue cruentis Fluctibus ac tarda per denſa cadauera prora Xerſes itidem a trecẽtis lacedęmoniorum ad thermophilas uexatus cum uix eos confeciſſet hoc ſe deceptum aiebat: q̃ multos quidem homines habebat uiros autem diſciplinę tenaces nullos uel q̃ paucos: a xiiii M. gręcorum qui numerus in auxiliis cyrri ad uerſus Artaxerſem fuit centum milia Barbarorũ ſupate ſunt. Cyr rus bello aduerſus perſas xiiii M. Armatorum immenſas difficul tates ſuperauit Alexander Macedo xl. milia hominum iam inde a Philippo patre tantę diſciplinę aſſuefecit: ut terrarum orbem aggreſſus in numeras hoſtium copias ſuperaret: Primo nanq; ce teris omiſſis Alexandri cum dario Rege congreſſu ſexcenta milia perſarum in acie fuere: quę non minus arte Alexandri ſuperata. q̃ uirtute Macedonum: terga uerterunt In exercitũ Alexandri cxx. equites & ix. tantum pedites defuere. Secundo prelio a Dario cum cccM. peditum & centum milibus equitum in Alexandrum pugna committitur: Quod Darius fugeret & perſarum cedes ſecuta ibi enim tunc peditum Octingenta milia equitum xM. cæſa ſunt:

capta autem xlM. fuere . Ex Macedonibus uero Cecidere pedites cxxx. equites cl. inter captiuos castrorũ Mater & uxor eademq; soror & filię duę darii fuere: quarum redemptionem Darius tum etiã oblata regni dimidia parte non impetrasset. Tertio cunctis persarum uiribus: sotiorumq; auxiliis contractis bellum instaurat: spe pacis amissa: & cccM. peditum & .cM. equitũ Alexãdro ab ægypto reuertenti apud tarsum bello opponit; Sed Darius post anceps diu prælium cum uinci suos uideret mori in bello paratus: persuasu suorũ fugere compulsus est: quo prælio asiæ uires: & regna ceciderunt; totusq; oriens in potestatem macedonii cessit ĩ, perii: atq; ita attrita est in hoc bello persarũ omnis fiducia ut post hoc rebellare ausus sit nullus equoq; animo Persæ post imperium tot annorum iugum seruitutis acceperunt in tanta malorum multitudine difficillima dictis fides tribus pręliis totidemq; annis quiquies decieſcentena milia peditum equitum consũpta & hęc quidem ex eo regno illisq; : Vnde iam ante annos non multos plures Decies nouies centena milia profligata referuntur. Epaminundas thebanorum dux quattuormilibus hominũ: ex quibus quadringenti equites erant lacedęmoniorum exercitum uigintiquattuor miliũ peditum equitum milesexcentorum uicit; Mylciades atheniensiũ dux in paucis suorum omnibus persarum copiis occurrens: prius hosti cominus hesit: q̃ posset sagittarum ictibus propulsari: itaq; in xiM. suorum Ducentamilia persarum occidit. Lucullus in armenia cum decemmilibus peditum & milequitum Aduersũ Tygranem; qui centumquinquagintamilia hominũ in expeditione habe ret nemine illorum suorum impetum sustinente dum illos fugat Romanos quinq; læto interceptos amisit: hostium uero supcentum milia occidit; idem Lucullus trangressus eufratem & Tygrim cum mitridate & Tygranne congressus minima suorum manu magnũ numerum hostium occidit. trigintamilia hostium in eo bello cęsa referuntur Tygrannes uix cum cl. equitibus aufugit: diademate: ne agnosceret: abiecto: Fabio Maximo. Decio mureno conss. Quatuor fortissimi florentissimiq; italiæ populi. Hetrusi; umbri; Samnites; & galli; in unum agmen foedusq; conspirantes: Romanos dedere conati sunt: cumq; Samnitibus & gallis bellum inirent & ĩ eo bello gallorum impetu Romani pręmerentur; Decius cons. occisus ẽ. Fabius cũ magna decianæ partis strage uicit eo prælio xlM

Samnitum ſiue gallorum cęſa: Romanorũ uero ſeptẽmilia:ex decii tantummodo parte qui occiſus eſt referuntur fuiſſe autem uſque etruſcis & umbris quos aſtu Romani bello uocauerunt Gallorũ & Samnitum peditum cxlM. & cccxxx.equitum uero xlviiM.Liuius refert: & carpentarios mile in armis contra aciem ſtetiſſe Romanã a Romanis aduerſus Mytridatis exercitum ĩminore armenia Quadragintamilia hominum cæſa uel capta ſunt: Romani uulnerati mile:uix autem xl. interfecti:a Romanis item penes Metheurum flumen uictus eſt haſdrubal caputq; eius ante hannibalis caſtra proiectum:Deq; exercitu ſuo ſex & quinquagintamilia occiſa:capta autem vM. & quadringenta:cum ab exercitu Romanorũ ſotiorumq; octo ferme milia cecidiſſent.Cum theuthones & cymbri italiæ plana peruaſiſſent.Marius & Catullus aduerſus eos miſſi: ita pugnarũt:ut tanta atq; terribilis multitudo:Minima Romanorum clade ſua autem ultima internitione cederetur clM.eorum tunc in Bello cæſa xlM.capta dicũt.L.Emilio Catullo.C Accilio regulo cõſſ.formidine magna conſternatus ſenatus defectione ciſalpinę gallię cum etiã ex ulteriore gallia ingens aduẽtare exercitus nuntiaretur maxime gerſatorum quod nomen non gentis:Sed mercenariorum Gallorum eſt:ita permoti conſules totius italiæ ad prędidium imperii contraxere uires:quo facto utriusq; conſulis exercitu octingentamilia Armatorum fuiſſe referuntur:ſicut Fabius hiſtoricus qui ei bello ĩterfuit:memorię demãdauit:quæ nec ſaltẽ tanta quanta eos terrere debuit cęſa ſui parte fugierunt:Nam tria milia eorum tunc interempta hiſtorici tradiderũt:quod ideo ignominioſius turpiusq; eſt tam paucis amiſſis tãta agmina diffugiſſe. Sylla poſt partam athenienſium urbẽ cum archelao conflixit cx. milia cęſa:uix.x. milia ſuperfuiſſe referuntur; hac comperta clade Mytridates lętiſſima lxx.milia militum in ſubsidiũ archelao miſit e Aſia Secundo prędio lx.milia ex his interfecta ſunt:tertio bello omnes copię quas archelaus habebat extinctę sunt:Nam xx milia militum eius in paludem pulſa quom Syllę fidem implorarent insatiabili uictoris ira interfecta sunt:totidẽq; alia in flumen coacta ac necata:reliqui miserorũ trucidati sunt.Parſodes persa Dux beli exercitum maximum ad cc.milia hominum milia coegit:caſtrisq; in finibus cadusiorum positis arseum medorũ Ducẽ se aduerſus cũ octingentis milibus hominũ profectum pugna initia ſupauit

ad quingentamilia interfectis:reliquos extra caduſiorum fines abi gens;hac uictoria inſignis a caduſiis rex creatus in mediam trā. ſiit:omniq; prouincia uaſtata magnam gloriam aſſecutus ẽ.Cro rhonienſes italię quondam potentiſſimi populi:bello ſunt a locrẽ. ſibus fuſi:quanq; militum illis centum uigintimilia his non milia xv.modo eſſent. Heraclianus cui immenſam & ſatis incredibilem claſſem nauium fuiſſe perhibent; quippe qui tuuc tria milia ſe. ptingentas haberet;quem numerum apud Alexandrum magnum uel quenq; alium regem prẹter Xerſem: fuiſſe hiſtoriæ ferunt ſi. mul ut cũ agmine militum ad urbem pergens littore egreſſus eſt: occurſu comitis marini territus;& in fugam uerſus arrepta naui Solus carthaginem rediit;atq; ibi continuo militari interẽptus eſt.

N obſeſſis item ſtudia multitudinis exploranda:ſi enim diſ. ſenſorium partes intercidant aditus;aperitur uiro forti;dũ trepidant: ait ille nullo firmatę robore partes tolle moras ſemper nocuit differre partis: Titus proinde dum taricheas bello fugaſſet in ciuitatem regreſſus aduenas cum indigenis diſſiden. tes;audiens mox Armato milite ciuitatem ingreſſus obtinuit;itidẽ ſi ad deditionem offeratur aſſenſus: cauendum ne ſententia pluri. morum in dolo obtineat:P.Licinii:proconſulis exemplo:Nã quũ pagos ſub ſpecie deditionis oblatos accepiſſet;qui ĩ poſtrema rece. ptiq; acie collocati ſunt Romanorum terga ceciderunt:Proĩde ce. ſar nũq; deditiis credidit:niſi armis:obſidibusq; traditis & ipſis ex nobilioribus lectis ueluti filiis ac fratribus principum nume. ro pro amplitudine loci plerunq; ad quingentos quo & fiduciam hoſtibus adimeret & ſibi munimenta conquireret.

I oppugnari caſtra: ut uaria ſorte plerunq; contingit;qua id ratione fiat horum monemur exemplis: Scipio Affricanus aggreſſus hyberna poenorum caſtra atq; munitiones nocte concubia fecit incendi: poeni trepidi quom caſu ignem accidiſſe uel affuiſſe putarent inermes ad extinguendum aduolarunt;qui facile ab Armatis oppreſſi ſũt; ĩ utrisq; caſtris xl.milia hominũ

igni ferroq; consumpta; capta quinque milia: Duces ipsi miserabiliter adusti egre effugerunt. Crassus ex Ducibus Cæsaris; hostiũ castra hac arte expugnauit; ipẽ ĩ aquitania res gerens quũ aduerteret hostes consuetudine rei publice loca capere; castra munire; commeatus suos includere; non cunctandum existimauit; quin pugna decerneret; hac re ad consilium delata; quom omnes idem censirent posterum diem pugnæ constituit; Luce productis copiis auxilia; in mediam aciem conjectauit; sicq; acie instituta quid hostes cõsilii caperent expectabat; illi & si multitudine sua & Romanorum paucitate tuto se dimicaturos arbitrarẽtur; tutius tamẽ esse rati sũt obsessis aut commeatu ĩtercluso sine uulnere uictoria potiri Quod si se Romanę recipere coepissent firmiori animo sub Sarcinis adoriri cogitabant; hac re percepta crassus cum hostium cunctatione suos alacriores effecisset; ad hostium castra contendit ubi quom alii fossas complerent; alii telis conjectis hostes repellerent; Auxilares quibus non multum confidebat lapidibus telisq; subministrandis; & ad aggerem cespitibus deferendis constituit; quom his intenderent; equitesq; crasso renuntiarent non eadẽ diligentia ab decumana porta castra munita illi crasso iubente eductis quattuor cohortibus; quę præsidio castris erant in hostiũ castra peruenerunt; Quomq; bellum anceps esset & ultro citroq; ferirent hostes; seq; per munitiones eiicientes fugã peterent equitatus eos apertus campis consectatus ex hominũ milibus quinquaginta uix quartam partem reliquit; propter huiusmodi casus animaduerto cęsarem satis cauisse ne castrorũ munitionibus ampliores unq; latitudines includeret; q̃ suis copiis implere sufficeret Eidẽ una cõsuetudo etiam fuit nunq̃ castra deserenda esse; nisi cum munitionibus effractis; hostes uallo prohibere non possent Ast erruptio quando necessaria sit. Galba eiusdem cęsaris dux documentum nobis sit; hic enim quom ad radices alpiũ hyberna castra locasset & comeatus causa plurima pars suorum abesset; Galli subito alpium culmina occupare ceperunt; Rebus cognitis; Galba concilio conuocato sententias exquirit placet ĩterim rei euentum experiri; & castra defendere; tunc signo dato hostes exomnibus partibus concurrunt; hi quom primo ĩtegri uiribus & qua parte castra nuda defensoribus erant concurrentes Auxilium ferent; Tandẽ hostium multitudine & suorum paucitate languidiores effecti sunt;

uallum hoſtes ſcindere:foſſam cõplere coeperũt:ut res ad extremũ caſum perduci uiſa eſt;Primorum ordinum principes ad Galbam conuenientes:experiri extremum remedium ſuadent atq; eruptione pugnare; Principes ſuos ſubiectos cẽturiones faciunt;ut paulisp miſſa tela excipientes ſe ſe ex labore reficiant Poſtea uero ſigno dato:atq; omnibus portis erruptione facta:nulla ſui colligendi hoſtibus facultas fuit:ſed circunuẽti omnes fuſiq; ſunt:Romani uero ſe ĩcolumes receperunt. Aemilius ſimiliter paulus uniuerſis lyguribus ex improuiſo adortis caſtra eius ſimulato timore diu militem continuit:fatigato deinde iam hoſte a quattuor portis erupti one eueſtigio facta ſtrauit coepitq; lygures. Titurius quoq; Sabinus aduersus amplum Gallorum exercitum continendo militem ĩtra munimenta metuerit Suspicionem ei preſtitit:cuius agendi causa perfugam misit: qui affirmaret exercitum Romanorum in desperatiõe eẽ:ac nõ niſi de fuga cogitare Barbari oblata uictorię ſpe concitati lignis onuſti quibus foſſas implerent ingenti curſu Romanorum caſtra petierunt: Vnde in eos Titurius uniuerſas immiſit copias; Multisq; Gallorum cęſis;plurimos in deditionem accepit.

D hec rebus bellicis quiſquis finis obuenerit nunq̃ is negligendus; Si enim pari ſorte diſſeſſum eſt:paribus annis repetere licet; ſi autem hoſtibus pars ſuperior ſit rebus labentibus & in fugam uerſis maturo conſilio ſuccurrendum ẽ:Sertorius enim a.Q.Metello pio acie pulſus:quom neq; fugam ſibi tutam arbitraretur:milites diſperſos abire iuſſit admonitos ĩ quẽ locum uellet conuenire. Viriatus dux luxitanorum:Romanorum copias locorumq; iniquitatem euaſit:eadẽ qua Sertorius ratione ſparso exercitu primo deinde collecto. Tryphon autem Syriæ rex uictus per totum iter fugiens pecuniam sparsit; eumq; sectantes Antiochi equites morando effugit:Rex item Callidus Mitridates Romanęq; auaritię gnarus:qua sequentes moraretur spargi similiter a fugientibus Sarcinas & pecunias iuſſit.M.Marcellus cons. quũ ĩ manus gallorũ incidiſſet; oĩaq; infeſta uideret:ĩ medium hoſtiũ irrupit; quibus inopinata audacia exterritis regẽ eorũ occidit atq; ubi ſpes ſalutis uix fuerat ĩde maxima ſpolia reportauit.

Vod si bello pulſi munitionibus recepti ſint:ubi deliberati-
oni opus eſt:nunq̃ animus dimittendus. Nanq; Cathinẽſes
quom Syracuſanos graues infeſtosq; paterẽtur: ab Athenien-
ſibus auxilia impetrauere. Athenienſes magna claſſe inſtructa ly
cia & lamacho ducibus tantis uiribus Siciliam petunt:ut ſuffra-
gia ſua ipſi timerent. Duobus pręliis ſecundis ſucceſſibus factis
hoſtes in urbem concludunt;& obiecta claſſe terra mariq; cingũt:
Syracuſani fractis feſſisq; rebus. auxilia a lacedęmoniis petunt a
quibus mittitur Gylippus ſolus quidem ſed in quo omnium prę
ſidiorum inſtar pręferebaẽ:qui ueniens ut audiuit inclinatum iam
belli ſtatum auxiliis contractis opportuna bello prꝛeocupauit loca:
deinde Duobus pręliis uictus:ne tertio lamachũ congreſſu occi-
dit:hoſtes in fugam uertit. Socios ab obſidione liberauit athenien-
ſes nauali certamine congredi parant. Gilippus claſſem inſtruc-
tam a lacedęmoniis accerſit auxiliaq; ſociorum athenienſes prima
congreſſione uincuntur; caſtra cum omni pecunia publica uel pri-
uata amittunt. Sic Gilippus optimus dux licet bis uictus nec ani-
mo tamen conſternatus nec fractus inſtatum optimum res redu-
xit. Et ſi quidem uiribus diſſipatis nulla manus bello ſuperſit.
hoc ipſum ſocijs rei gerendę occaſionem offert. Ariſtonicus Aſiæ
Rex licinium craſſũ. cum multis auxiliorum copijs bello obtinuit.
huic craſſo Perpenna cos. ſucceſſor ueniens Ariſtonicum recenti uic-
toria exultantem improuiſo bello adortus nudatum omnibus co
pijs in fugam uertit. Cumq; ſtratonicem urbem ad quam ille con
fugerat obſidione cinxiſſet. cruciatum famæ ad deditionem coegit.

ERVM ſi hoſtes bello ſine munitionibus pulſi fuerĩt oĩo
inſtandum erit ad reliquias coepti pręlij conſumendas. uti
Marius qui deuictis prędio theotonicis eorum reliquias:quia
nox bellum circumuenerat continuis ſubinde circunſedens cla-
moribus per paucis ſuorum perterruit inſomnemq; hoſtem deti-
nuit. ex eo aſſecutus ut poſtero die in requietum facilius hoſtilem
debellaret exercitum infinita hæc negligentibus damna contigere.
Ethius cons. Romanus dumonorum centũ octuaginta milia unius

diei quota parte proſtrauiſſet Facillimumq; ſibi foret reliquos con
ficere bellum conſilio nimis imprudenti diremit: ac totius Galli-
æ excidium hoſte impunito reliquit. Par huic Pompeio contigit
quo ſibi ipſi mortem conſciuit. Nam cum Cęſare torquatum eius
legatum legionemq; unam ut expugnaret aggreſſus eſt Hoc pe
riculo ſociorum Pompeius cognito omnes eo copias contraxit: in
qua ſe illico Cęſar omiſſa obſidione conuertit: Torquatus autem
eueſtigio prorumpens Auerſum inſecutus eſt ita Cęſaris milites
ancipiti periculo territi ipſo Cæſare fruſtra obſidẽte fugerunt. e-
uaſit tamen Caes: quia nocte interueniente Pompeius proſequẽ-
tem reuocauit exercitum: qui Cęſaris teſtimonio uictor tunc erat:
cum diceret. erat hodie profecto uictoria apud hoſtes. ſeq; tantum
ea die ab eis potuiſſe ſuperari ſi uincendi gnarum ducem habu
iſſent Deniq; di'apſus contractis copiis cum Pompeium farſalici s
campis uiciſſet fugientem inſecutus eſt protinusq; obtinuit. in om
nibus bellorum negotiis ſemper in conſumationem intendebat nil
actum credens cum quid ſupereſſet agendum ipſe nanq; cum bel
uitiorum trecenta quinquaginta octo milia bello cecidiſſet centũ
triginta milia: que ſuperfuerant nulla noctis parte itinere inter
miſſo die quarto in fines lingonum peruenerunt cum Romani pro
pter uulnera & occiſorum ſepulturam triduo remorati fuiſſent
Ceſar ad lingonas litteras nunciumq; miſit ne cõmeatu neue alia
re adiumento illi eſſent: qui ſi iuuiſſent ſe eos hoſtium loco habi
turum. Ipſe autem triduo intermiſſo cum omnibus copiis inſecu
tus eſt heluitii rerum in opia adducti deditionem ſui obtulerũt
atq; ad pedes Ceſaris obortis lachrymis prouoluti pacem petiere:
quibus cum obſides armaq; tradere prȩcepiſſet. dũ ea conquirũt.
nocte intermiſſa ſexmilia diffugerunt: quos ille inſecutus hoſtium
numero habuit reliquos indeditionem accepit ac ſuis locis reſti-
tuit. idem cum Belgas bello fugaſſet illi in finibus ſuis pugnari
domum reuerti ſtatuerunt: quibus ſecunda uigilia profectionem
parantibus Cęſar ueritus inſidias quod cauſã nõ dũ cognouerat:
exercitum continuit. Prima luce re ab exploratoribus confirmata
equitatum prȩmiſit: qui nouiſſimum agmen moraretur ipſe cum
inſtructis legionibus inſecutus tantam multitudinem interem t
quantum diei ſpaciũ ſufficit: Mox anteq̃ hoſtes ſe ex fuga recipe
rent infines eorũ progreſſus ſine difficultate ulla munitiones eor

obtinuit Omni gallia deuicta cum quædam ciuitates. belli consilia renouare nũtiarentur in eorum fines exercitum traduxit. Repentino eius aduentu accidit. Vt prius abequitatu opprimerẽtur q̃ diffugere in oppida possent. nam & illud incursionis signũ quod incendiis edificiorum fit Cæs. edicto fieri uetuit. tum ut prẽcaueri non posset ac ne pabuli frumentiq; copia deficeret. Itaq; Cæs. omnibus hostium consiliis magnis itineribus aduolando contendens occurrebat. Nec dabat ulli ciuitati spacium de aliena potius q̃ de domestica salute cogitandi hac celeritate & fideles amicos retinebat & dubitantes terrore ad conditiones pacis adducebat.

Contra uero non esse etiam pertinaciter neq; omnino usq; pernitiem hostibus instandum multorum ducum sententia perspicuum est. Nanq; M. Liuius fuso Hasdrubale hortantibus eum quibusdam ut hostẽ ad interemptionem usq; prosequeretur respondit; aliqui ut supersint; qui de uictoria nostra hostibus nuntient necesse est: Scipio Affricanus dicere solitus est hosti non solum dandam uiam sed etiam muniendã: Pyrrhus quoq; Epyrotarum Rex inter. cętera præcepta imperatoria memoriæ prodidit non esse pertinaciter neq; usq; ad pernitiem fugientibus instaturos uictores Quod stratagematis genus & ab ipso & ab aliis etiã plerisq; clarissimis ducibus ĩ expugnandis quouis modo hostibus obseruatum inuenio. ipse enim cum ciuitatem quandam occepisset clausisq; portis ex ultima necessitate fortiter dimicante eosq; inclusi erant animaduertisset; uiam illis ad fugam dedit. Hãnibal cum inclusi germani ad transimenũ acerrime pugnarent deductis suorum ordinibus abeundi facultatem reliquit abeuntesq; sine suorum cede & sanguine strauit. Agesilaus lacedęmonius aduersus Thebanos cum acie confligeret intellexissetq; hostes locorum conditione clausos ob desperationem fortius dimicare suorum ordinibus aperta thebanis ad euadendum uia rursus in abeuntes contraxit aciẽ & sine iactura suorum cecidit aduersos ob desperationem fortius dimicare suos pontem irrumpere prohibuit cum docuisset satius esse eũ expelli ab europa; q̃ cogi ex necessitate pugnare misitq; idem ad eum; qui indicaret; quo in discrimine sua res sita est

nisi fugam maturaret; Antigonus Macedoniæ Rex ex etholis; qui in obsidione ab eo compulsi; fame urgebantur statuerantq; erupti one facta commori uiam fuge dedit; atq; ita fracto impetu eorum in secutus aduersarios fudit; Titus eques Romanus & cui duobus Scipionibus occisis exercitus ĩperium detulit; cum circumuenti ab eo poeni ne multi morerentur acrius pugnarent lassatis manipulis ex concesso fuge spacio dissipatos sine periculo suorum trucidauit. C. Cęsar Germanos inclusos ex desperatione fortius pugnantes emitti iussit; Fugientesq; aggressus est. C. Mamlius cons. cum ex acie reuersus capta ab hetruscis Romana castra; iuenisset oĩbus portis statione circundatis inclusos hostes in eam rabiem efferauit ut ipse ĩ prędio caderet; quod aĩaduertentes legati eius ab una parte remota statione exitum hetruscis dederunt & effusos persecuti occurrente altero consule ceciderunt.

Ccedit ad hęc domitii etiam corbulonis consilium; qui dolabra hostem dicebat esse uincendum quod multis non secus præclaris ductoribus id seruantibus in successum & nominis sui gloriam uenit. & Fabio Maximo inprimis. Nam cum aduersus Hannibalem missus nollet cum eo acie contligere sed cunctando exercitum eius terere; qui tum pecunię; tum annone premeretur inopia per summa montium iuga & abditos nemorum saltus castra ponens, Hannibalem sequebatur & se se a latere egressus opponebat; cumq; a multitudine rideretur & hannibalis uocaretur pedagogus; id minimi pendens cogitatibus suis atq; consiliis utebatur & ad amicos sępe conuersus dicebat; eum sibi timidiorẽ uideri; qui cauillationes conuitiaq; timeret; q̃ qui hostem fugeret; insuper cũ de collega minutio. quoniam hostes aliquot prostrasset, magnus rumor esset; quasi uir esset nomine Romano dignissimus Magis se inqt secundam. minutii fortunam q̃ aduersam pertimescere. Paulo que post cum insidias incidisset Minutius & simul cum exercitu periret ubi ipse auxilium tulit; tum magnum hostium numerum perdidit; tum illum seruauit unde & hannibal uictus & impetu suo fractus ad suos & amicos dixisse fertur. Nunquid non dixi uobis fore aliquãdo; ut hęc mõtana nubes maxĩa nos ĩ campo ui tẽpestatis

obrueretur: Eodem modo aduerſus Philippum Sertorius cũ trã-
hyberum amnem ad eum conflueret undiq; multitudo & Barbara
turba.quę feritate & ſuperbia ſua cũcta turbaret; nec ducis iuſſũ
expectaret ſed temeritate in hoſtes ferretur.primum rationibus &
uerbis inſtruere eos conatus eſt deinde ut uidit eos nihilhominus
temere properantes ſtatuit ſic eos obiicere hoſti ut nonomnino frã
gerentur ſed uulnera acciperent; ſperans per hac ipſis in reliquum
tempus manſuetioribus uſurum; geſta itaq; re ut ipſe cogitauerat
opportune affuit. & fugientes ſuſcepit reduxitq; ĩ caſtra ac paucis
poſt diebus ut eorum mentes erigeret; conſulareturq; aduocata to
tius; exercitu scontione duos equos in medium adduci iuſſit. Alte-
rum macie ſenioq; confectum Alterum fortem & nitidum caudãq;
promiſſam habentem Adſtabat autem iuxta gracilem illum uir ma
gnus & robuſtus admodũ iuxta nitidum & præpotentem uir par-
uus & imbecillis dato autẽ ſigno uir ille magnus ut ei mandatum
erat caudam uniuerſam gracilis equi ambabus manibus captam ad
uellere temere ac uno conatu adnixus eſt. Paruus etiam uir prępo-
tentis equi caudam paulatim depilabat Tandem uero ille fruſtra
ſimul totam caudam trahens ſibi quidem moleſtias inanes circun-
ſtantibus uero riſum præbens defeſſus eſt. & ille paruus euellendo
paulatim ſetas caudam fortis equi ſpacio perbreui nudauit. Tunc
aſſurgens Sertorius uidetis inquit commilitones ingenium plus
poſſe q̄ uires multaq; qur uno ĩpetu ſupari nõ poſſũt ſenſim pau
latimq; ſuperari. Scipio iunior cum effrenatam hoſtium dementiam
eſſet ĩtuitus dicebat tempore ſecuritatem emi. Nam boni impera-
toris ueluti medici officiũ eſſe ut ferri curatione utatur ad poſtre-
mum. Veruntamen tempeſtiue adortus Numantinos in fugam uer-
tit. Cum uictos grauiter ſeniores ferrent explorantes quid eos fu-
giſſent; quos totiens fugaſſent. Nummantinum quempiam dixiſſe
fertur pecudes quoq; ealdẽ nunc eſſe ac paſtorẽ aliũ proinde nullã
rem ſummo Duci magis conuenire q̄ moram & cunctatione nullã
minus q̄ feſtinationem temeritatemq; his duabus maxime contrariis
rebus omnes qui diuturno bellorum uſu peritiſſimi hoc tempore
iudicantur Magnis ĩmo in gentibus te Sigiſmũde Pandulfe lau
dibus in cęlum tollunt; ut pote qui duos florentiſſimos potentiſſi
mosq; regios apparatus mora ac celeritate protriueris. Alphonſũ
enim Clariſſimum & illuſtriſſimum Taraconenſium regem cum

plurimum nigeret & Franciſciſſortie ſoceri tui copias primo per-
ſequeretur. Tu pii filii functus officio. Socerum gentesq; eius oēs
intra munitiones fani fortunæ & moenia poſitis caſtris recipiens
id mora cunctādoq; aſſecutus es. q̄q̄ hoſtes portas urbis ſæpenume-
ro excurrerēt, obſeſſoq; ſimilis uiderere: ut & ſoceri tutela fue-
ris & huiuſmodi regis uires conatumq; omnem ſapientia tua &
animi magnitudine faciliter eluſeris & irruptione tandem in eum
facta ex piceni finibus exegeris. Eundemq; quinquēnio poſt. Regē
populonia expeditione longa & graui illius metatione aggreſſus
non Armis & gentibus ſed armorum umbra potius: ignium no-
cturna ſignificatione illuceſcentiū tranſfugarumq; crebro rumo-
re nuntiantium auxiliorum populorumq; totius hetrurię tecum ne
id oppidum dederetur confluentiū forti deniq; & animoſa repen-
tinaq; tuorum militum eruptione muros habentem exultantemq; iā
Iam & ſpoliantem uno ut ſic dixerim. non toto in curſu more ful-
minis obtriuiſti: quod uno eodemque momento adiuiſti percuſſi-
ſti abſceſſiſti nec uana de te prędicatio eſt regem abſte ante uictū
eſſe q̄ uiſum ſicq; quod paucis unq̄ ducibus conduciſſe accepimus
Faneſtrium Sfortienſiumq; expugnatione adagendum cunctatiōe
Populonia ad tuendum ſuccurrendumq; audacia irruptione ac fe
ſtinatione uſus es.

TQuanq̄ Audentes deus ipſe iuuat: ut naſo inquit & uſu
ſępenumero comprobetur: illud tamen ſummopere cauendū
eſt: ne ſucceſſu rei quiſq̄ elatus in periculum ſuorum perni-
tiemq; trahatur: Hoc quidam imperatores conſilium minus ſeruā-
tes dum audacter magisq̄ caute feruntur in hoſtes in magnam ſe
ac ſuorum ruinam clademq; prope miſerabilem iniecerunt: quod ſi
non aliunde conſtaret Cyrri potentiſſimi & pręclariſſimi impe. ac
Afrorum monemur exemplis. Cyrro enim Scytiam ingreſſo Tha-
miris Regina: quę genti pręerat. tranſitum Araxis fluminis cum
poſſet prohibere tranſire permiſit primo propter fiduciam ſui pro
pter opportunitatem obiecti fluminis & hoſtis incluſi: mittit
igitur tertiam partem copiarū cū Filio ad inſequendum hoſtē Cy
rrus caſtra īſtructa uino epuliſq; deſerunt: quaſi territus refugiſſet

Barbari quasi adepulas inuitati. primo ebrietate uincuntur mox reuertente Cyro uniuersi obtruncantur. Thamiris exercitu ac filio amisso uel matris uel Reginæ dolorem sanguine hostium diluere potiusq; suis lachrymis parat Diffidentia igitur dissimulata despe ratione cladis illate paulatim cedendo superbum hostem i insidias uocat: Cui cũ inter montiũ angustias occurrisset. Ducenta milia p sarum cum ipso rege deleuit addita super omnia illius rei admira, tione; quod nec nuntius quidé tantę cladis superfuit. Aduersus Afros rebellantes hannibal a carthaginensibus missus cũ sciret gẽ tẽ auidã eẽ uini uinũ quod illi erat in castris Mandragora permi, scuit cuius inter uenenum & soporem media quędam uis est. tunc prelio leui commisso ex industria cessit nocte deinde intempesta relictis intra castra quibusdam Sarcinis & omni uino infecto fu, gam simulauit Cumq; barbari occupatis castris in gaudium effusi medicatum uinum hausissent. & in modum defunctorum stratii a, cerent; reuersus coepit eos & trucidauit: Idem cũ sciret. sua & Ro manorum castra in eis locis esse; quæ lignis deficiebat ex industria regione deserta plurimos armentorum greges intra uallum reli, quit. Quibus uelut præda Romani potiti in summis lignationis angustiis insalubribus se cibis onerauerunt: Hannibal autẽ re, ducto nocte exercitu subito oppressit: Histri cum sequerentur etho los qui bellantes eos nuper adiuuerant; initia pugnæ prospera ho sti fuerunt eademq; exitu causa. Nam cũ. GN. Mamlii. castra coe, pissent optimęq; prędę incubarent epulantes & ludibũdos plerosq; ac ubi essent nescientes præoculis Appius pulcher in, adit. sic cum sanguine & spiritu male partã reuomuere uictoriam; ipse rex epulo equo impositus cum subinde crapula & capitis errore lassa retur. Captum se se uix & egre postq; experrectus est didicit.

Ccurationes proinde conuiuiorum & apparatus: nobilissimi duces castrẽsibus prohibuere. Sic Maximissam po. Romani amicum centesimũ uitę annũ agentem stantem uel ambulã, tem meridie ante tabernaculum solitum cibos sũmere nouimus. hã nibal nequam diei partem intermitteret non nisi crepusculo cena, bat. Scipionem & Alexandrum simplici pane in itinere cum amicis cõtẽtos fuisse tradũt. urius fortissiũs dux Romanus: q ualidissimã

italiæ gentem qui ditissimum græciæ regem uicit. ut de eo scriptū est: Paruo quæ legerat orto ipse focis breuibus ponebat oluscula eadem leguminum ratio permultis placuit; quibus seuerum principem inter tot diuitias uti solitum accepimus singulas etiam delitias fastidientem. Seuerum septimum nobilem ducem legimus cū esset in castris. Nam cum uinum iussisset in expeditione neminem bibere sed aceto uniuersos esse contentos pistoresq; sequi castra prohibuisset bucellato iubens omnem militarem turbam contentā esse ante omnes ipse communi & militari cybo usus coramq; & ātē papilionem nec sibi unq̄ uel contra solem uel imbres tecti quesiuit suffragia: Pompeius uero cum aduersa ualitudine laboraret; & ut turdo uesceretur medicus iuberet; illūq; sui frustra tunc quererēt erat enim præter anni tempus diceretq; quidam fore: ut apud lucullum turdi: quem penes annum integrum nutrirentur inuenirēt ergo inquit ni lucullus studeret delitiis uiuere Pompeius nō posset ac dimisso medico paratu facillimis uilibusq; cibis usus est: Iulio cęsari facilitas circa uictum tanta fuit ut cum appositis asparagis pro oleo unguentum instillaretur idq; q̄primum animaduertisset facile comāducasset Increpuisseteq; qui id moleste tulisset Milites eius radicem cuiusdam hęrbę euellentes ea lacte commixta uescebantur; factumq; ex ea panem intra hostium stationes præcurrentes iaciebant addebantq; se q̄diu hęrbā huiusmodi terra nutriret obsidionem Pompeii haud quaq̄ deserturos; Eum autem panem eumq; sermonem ne hostium patientia ac pertinatia suorum animi frangerentur asportari in mediumq; proferri uetuit Pompeius. Augusto etiam quem minimi cybi fuisse constat. & fere uulgaris secundarium panem piscículos Caseum manu pressum ficusq; biferas & uirides placuisse legimus. Transrenum etiam Tyberium eum uitę genus obtinuisse ferunt; ut sedens in cespite nudo cibum cæperit sine tentorio pernoctarit. Diuus Adrianus cibis castrensibus Caseo & larido in propatulo libenter est usus Scipionis Emiliani Metelli & auctoris sui Traiani fretus exemplo. Cābisi non prouisis comeatibus non exploratis itineribus perinuia & arrentia suum trahenti exercitum cum deessent necessaria nec quicq̄ submi nistraret sterilis & in culta humanoque uestigio destructa regio tenerrima primo frondium & cacumina deinde coria igne molita necessitas cybum fecit postea cum inter harenas radices quoq; &

herbę defeciſſent apparuiſſetq; inops etiam animalium ſolitudo decimum quenq; ſortiti alimentum habuerunt cumq; partem exercitus amiſſiſſet partem cõmediſſet timuiſſetq; ne uocaretur ad ſortem proindeq; tunc demum ſignum receptui dediſſet ſeruabantur interim generoſe illi aues & inſtrumenta epularum camelis uehebantur cum ſortirentur illos milites eius qui male perirent peiusq; uiuerent: illud deniq; Sigiſmunde Pandulfe non ſiluerim ĩter hæc ſumma ducum & imperatorum uitę ornamenta tantam uideri inte ſimilitudinim ac conſonantiam: ut nihil excogitari poſſit ſimilius nihil maius dici cum omne genus hoc hominum ducum & imperatorum laborum patiens. Vigiliarum ſitis inedię & omnis anguſtiæ imitando: aut equaris: aut exceſſeris. Quis enim neſcit cum per omnem uitam nullum uiliſſimi cybi genus aſpernatus ſis una cum tuis militibus populonia expeditione: non ſecundo iſtoq; more non cybario tantum pane te uſum ſed atro: ſed duro ſaxi inſtar uirentiq; quadam lanugine atq; mucore: quem canes animalia ad cybum ſemper prona ac iumenta ſingula faſtidirent Prętereo glandes e ſubere: quę tibi tuisq; militibus intanta famis acerbitate tanq; ſapore & coudimento quodam immixto opes regię uidebantur taceo ſtagnantium fontium calentes ac ſulfureas aquas: & quanq; uini habendi facultas omnis abeſſet ac eiusmodi aquæ nauſeam prius quandam afferrent: q; ſitim reſtinguerent: nihil tamẽ tibi ac tuis cum omnium admiratione incolentium uiſum eſt unq; illis aquis bibiſſe iocundius Maxime igitur rationis eſt bellicę ſeſe delitiis cnotinere maxime rurſus in prædam leui momento non ruere ambitioſa licet ac certa uideatur ſæpenumero enĩ fit: ut dũ delitiis dum exuuiis hoſtium dumq; ſpoliis miles occupatur hoſtem in ſe reuocet ſicq; q̃ multos pręclaros duces cum ingentia prędia maximosq; exercitus confeciſſent huiuſmodi rerum uoluptate ſubactos confectosq; fuiſſe.

Ane poſt haſce: quas modo diximus bellorum rationes ſi exercitum noſtrum caſtris aut locis munitis obſideri contigerit; aut alios obſidere; quæ uſui uideantur utrinq; ad dãda

uel euocanda ſubſidia:uel certe ad hoſtium artes clandeſtinis cõ
ſiliis& rationibus depræhendendas non erit inutile ſcire & ma-
iorum exemplis euoluere. Cicero cęſaris dux caſtris hibernis ob-
ſeſſus nuntios attentius de ſtatu rerum ſignificare cupiens mittit
ad Cęſarem & cum aliqui in hoſtium manibus lapſi;& ſub oculis
ſuorum crudelibus ſuppliciis affecti reliquos merito terrore com
pleuerint.inuentus eſt tandem ſeruus unus ex Gallia qui liberta-
te & magnis præmiis & pollicitationibus litteras Iaculi amento
inſertas;quia gallus & gallis iminime ſuſpectus tulit ad Cęſarẽ
Illius ergo ſolicitus Cæſar gallum equitem quendam promiſſis
ingentibus impellit: ut litteras ſuas ad Ciceronem referat;Et ſi
caſtra ingredi nequeat alligatas iaculo intra uallum iaceat paret
ille & ad caſtra cum ueniſſet accedere metuens: ut iuſſus erat lit-
teras iaculatur quę caſu quandam in turrĩ inciderunt:neq; a quoq̃
ante diem tertium uiſe ſunt Tunc conſpecte a quodam milite de
trahuntur.& ad ipſum cui inſcripte erant Ciceronem perlate atq;
in concilio militum recitatæ magna omnes fiducia & gaudio reple
uere.Erat autem per breuis æpiſtola ne a barbaris poſſet intelligi
litteris gręcis in hanc ſententiam perſcripta; ego iam cum legioni-
bus iter arripui;confeſtimq; adero:Tu uirtutem tuam priſtinã:ut
retineas.quæſo uale ;ioſephus uelleribus ouiũ nuntios tegens mul
to tempore uigiles Romanorum fefellit ſpecie canum deceptos:fu-
erunt qui inflatis utribus litteras intus inſutas habentibus per nũ-
tium mitterent qui cruribus uelut gubernaculis curſũ dirigenti
bus procul aſpicientes:qui ĩcaſtris erant maxime ſpecie belluæ de
ciperent; Arpagus occaſionem uendicandę iniuriæ quærens litte
ras Cyro nepoti apud medos in exilium demoranti exenterato le-
pore per ſeruum miſit rete quoq; deferre iuſſit;quo ſuſpitionem ui-
arum cuſtodibus umbra uenatus aufferret;factumq; eſt ut ſecrete
hincinde miſſis epiſtolis Cyrus auũ aſtragem regno & Syro & Me
do priuaret; Nonnulli uaginarum interiora ſcripſerunt arundine
alii dolonibuſue & Baltheo. Alii clamdeſtinis nuncii ſui corporis
iumentorumq; ſuorum partibus circumplicatam mittunt epiſtolam
columbę quoq; internuntię in magnis rebus fuere epiſtolas anne-
xas collo uel earum pedibus obſidione mutinenſi Hyrcio cõſule ad
Decimum Brutum ac Decimo Bruto rurſus ad Hyrcium mittente
ubi diſpoſito cybo quibusdã eminentiſſimis locis colũbas tenebris

prius incluſas & fame plurima affectas illinc inde uolare inſtitu-
erant. Cęcilius uolateranus equeſtris ordinis hyrundines comprę-
ſas in urbem ſecum afferens uictorię nuntios amicis mittebat in
eundem nidum remeantes: Tradit Fabius pictor cum obſidere-
tur pręſidium Romanorũ a lygurtinis ad ſe allatis lino ad pedes
alligato nodis ſignificare: quo die adueniente auxilio eruptio fi
eri deberet. eſt litterarum gręcarum uſus inter latinos Latinorũ &
aliorum inter græcos. Grecis enim litteris ſcriptas epiſtolas Sy-
machus Dionyſio regi mittens patefecit carthaginenſes Duce
hannone ad bellum arma parare obquam rem inſidiis cognitis car
thaginenſes edicto publico uetuere ne quis ſuorum gręce loqueret
aut ſcriberet: Eſt egyptiorum quoq; uſus atq; qui hunc ſeqũtur
uarias animalium ſpecies pro litteris notant eorum more; Nõ enĩ
ſyllabarum compoſitione aut litteris uerba eorũ exprimuntur ſed
imaginum huiuſmodi forma earum ſignificatione uſu memorię ho
minum tradita. Nam ut Lucanus inquit: Nondum flumineos mem
phis contexere biblos Nouerat: & ſaxis tantum uolucresq; ferecq;
Sculptaq; ſeruabãt magicas animalia linguas ut & in obeliſcis ad
huc Romę ſtantibus eſt uidere: per uulturem nanq; naturę uoca-
bulum indicant nam mares nullos poſſe inter huiuſmodi uolucres
inuenire phyſici tradunt ac per ſpeciem & figuram apis mella cõ
ficientis Regem aculeosq; per accipitrem rem denotant cito factã
quoniam hæc aliarum ferme omnium auis ſit nelociſſima: tranſfer
turq; hęc notatio ad domeſticas res quę uelociter fiant. Crocodril-
lus malum ſignificat. Dracone autem caudam ſuam mordente & ĩ
ſe ſe recurrente annus per eoſdẽ indicatur ſicut apud noſtros cla-
uum indicem annorum numeri fuiſſe diligens talium modo nume-
rorũ auctor Cincius affirmat. Leonis etiã capite apud eos monſtra
tur pręſens tẽpus quia conditio eius inter præteritũ futurũq; actu
pręſenti ualida feruensq; eſt ſed pręteritum tempus lupi capite ſi
gnatur q̃ memoria rerum tranſactarũ rapitur & aufertur Canis
item blandientis effigies futuri temporis deſignat euentũ de quo
nobis ſpes licet incerta blanditur terram inſuper egyptii ſignifi-
care cum uolunt bouis figuram ponunt: Oſirim cum ſolem eſſe aſ-
ſerunt ſceptrum ſculpunt; inq; eo ſpeciem oculi exprimunt & hoc
ſigno oſirim monſtrant ſignificantes hunc deum ſolem eſſe rega-
liq; poteſtate ſublimem cuncta deſpicere quia ſolem iouis oculum

appellauit antiquitas Oculus itẽ iuſtitię ſeruaẽ & totius corporis interpretatur cuſtos reliquarum corporis partium dextra manus digitis paſſis liberalitatem designat ſiniſtra uero compreſſis tenacitatem atq; auaritiam eodem modo & cęterarum corporis partiũ figuræ atq; inſtrumenta aliquid certum notabant quę memoria hominum longa ac meditatione obſeruata eueſtigio quid ea exprimerẽt internoſcebant· Sũt & uiris militaris notę de quibus dicere neceſſarium eſſe duximus in breuiculis enim quibus militum nomina inſcripta continebantur apud ueteres:quo inſpicerẽt quãti ex militibus ſupereſſent:quantiq; in bello oppetiſſet. T. littera ĩ capite uerſicu'i poſita ſuperſtitẽ deſignabat ẽ uero defũctũ unde illud. O. primum ante alias in foelix litttera Tita. Cum autem imperitiam ſignificare uellent huiuſmodi nota. A. uſi peribentur:Cum uero ſilentio quid agendum. S. Notas etiam litterarum inter ſe ueteres faciitabant imperatores ac magiſtratus: ut quicquid occulte inuicem inſcripturis ſignificare uellent mutuo ſcriberent cæteris ignorantibus quid nam eiuſmodi ſibi litterarũ uellet ordo huius rei teſtes ſunt libri ępiſtolarum. C. Cęſaris ad. C. oppum & balbũ Cornelium quibus rerum gerendarum eius in remotis prędentiã exhibere cura erat ĩ eiuſmodi enim ępiſtolis inuenire erat litteras abſq; ulla ſyllabarum coniugio cum oculto tamẽ ipſarum litterarũ permutationis ordine ut inſcriptura quidem alterius altera & ſitũ & nomen occuparet ut in Bartus & felipo uocabulis his ad cuiusq; notandi nominis integritatem litteris quę deeſſent ex reliquo elementorum numero ſuperadditis aliisq; pro ſcribentium arbitrio nihil ſignificantibus. Iulius item Cęs in his quę aperta non omnibus eſſe uoluit per notas ſcripſit atq; eo elementorum ſitu ut dicto nulla componi quiret: hunc uero litterarum ordinem ſi quis imitatione dignum cenſeat. D. pro. A. & ſic deinde reliquas cõmutabit & tranſferet ſuper eodẽ auguſti quoq; Cæſaris ad filium extat æpiſtola in hunc modum Quoniam quidem; ĩnumerabilia incidunt aſſidue; quę ſcribi alterutrum oporteat & eſſe ſecreta habeamus inter nos notas ſi uis tales ut cum nobis aliquid ſcribendum. erit pro una quaq; littera ſcribamus ſequentem hoc modo. B. pro A. C. pro B. ac deiceps eadẽ ratione cęteras p. Z. littera redeundũ ad duplex. A. A. Sed & ipſa carta in ratione eſt. Ea enim ſi ſuco cepe inſcribatur igni oppoſita reddit litteras. Titunalli quoq; quã

noſtri lactariam hęrbam. Alii latucā Caprinam uocant.albiſſimo ſuco īſcripto corpore cū īuaruerit ſi cinis in ſpargitur apparere litteras & eius quidē alloqui malluiſſe ueteresq̄ codicillis Simili mō alii alios fallunt lacte recenti cartis inſcriptis fatiſcentibus deinde litteris aſperſo carbonis puluiſculo: quales apud ingenioſum poetam in ſua re militari dicentem inuenies:Cum poſſit crure Cartas celare ligatas & iuncto blandas ſub pede ferre nothas Cauerit hęc cuſtos pro carta conſcia tergum præbeat in quæ ſuo corpore uerba ferat.Tuta quoq; eſt fallitq; oculos elacte recenti littera Carbonis puluere tange leges.Fallit & humiduli quæ fiet acuminę lini efferret occultas pura tabella nothas Cartā alii calidiſſimo aſtu nullius momenti uerbis de rebus ſeriis ac familiaribus atramento primum inſcribunt:cum alia quę cupiunt eſſe ſecreta urina notēt quę deſicata ut intuentium oculos fallit cum litterarum perſpicue etiam intuentibus nihil cōſpiciatur ſic ſi igne caleſcat litteras aboriri undiq; ac legi poſſe non dubium eſt.legimus quoq;:Demaratum lacedęmonio regno pulſum & apud perſas degentem paratum exercitum contra gręciam a Xerſe perſarum rege lacedęmoniis callido ſtudio patefeciſſe;ſcriptas nanq; tabellas ſuper ducta recenti cera texit eas deniq; per ſeruum neſcium facti miſit delate autem magiſtratibus ſtuporem attulerunt ſcriptum enim uidētes nihil quidam deluſionem eſſe putabant Alii mittentis ingenium ſuſpicati ſunt ac eo rem maiorem quo eſſet occultior arbitrati ſūt demum rem omnibus dubiam Leonide regis ſoror aperuit cere enim tegmine abraſo & ſublato littaras: occultas inuenit;ac;Xerxem.vii.milia trecentaq; de auxiliis regno armaſſe nec alter penoꝝ quiſpiam a carthaginenſibus miſſus ad conſilia hoſtium explorā da fingens ſe patria pulſum militēq; ſe expeditionis offerrens pugilaribus uacuis noua deſuper illata cera ciuibus ſuis omnia perſcribebat.Quidam babarica calliditate & aſtu pluſq̄ punico uſi abraſa hominum capita inſcribunt domiq; q̄diu capilli fructicent eos obſeruant qui tandem ad amicum ſecreti illius conſcium miſſi abraſiq; deliteſcentes crinibus litteras produnt.Lacedæmonii autem & ephori cū rei.p.ſecreta non omnibus eſſe communia litteras publicis aut ad claſſis præfectos aut ad imperatores ſuos miſſis.uolebant ne ſi in manibus hoſtium inciderent arcana publica proderēt ea hoc modo inſcripta mittebant.Haſtilia duo teretia erant eadem

longitudine pari craſſamẽto ornatuq; conſimili: adeo ut uiciſi cõ-
iuncta congruerent. ex his alterum cum domi ſibi reſeruent alter
tribuant pręfecto uel imperatori in bellum deſcedenti cum arca-
num quicq; & arduum inſcribere cupiunt chartam lori inſtar pro-
lixam & anguſtam haſtili ſuo circumplicant & inuoluunt nullum
oris coherentibus facientes interuallum haſtilis ſuperficiem undiq;
charta occupãte Quod ubi factumeſt in circumplicata charta per
tranſuerſum iuncturarum uerſibus a ſummo adimum proficiſcen-
tibus deſcribunt dempto de hinc codicillo ad pręfectum ac impe-
ratorem cõmenti illius conſcium abſq; ligno scripta mittunt quæ
cum his accepit & lectione nihil ualeat litteris truncis & inutilis &
ita undiq; hinc deinde sparsis & diſſipatis ut nullius prorſus
sensus coniecturam habeant suo quod penes se habet sumpto ha
ſtili codicillum sic præcisum a ſummo ad imum fieri debere ſci-
ebat: circumplicatum inuoluit adeo ut eiusmodi circunductione:
similem inseriem conſtituta uerborum continuatio reperiatur: Eſt
& circa perſcribendas uoces uel paucioribus littteis notandas ſtu-
dium neceſſarium: quod partim prout cuiq; uiſum eſt fit partim p
uſu publico & obſeruatione communi nanq; apud ueteres cũ uſus
notarum nullus eſſet propter ſcribendi facilitatem maxime in ſena
tu: ut hi qui ſcribẽdo aderãt celeriter dicta comprehenderent quę-
dã litteris notabant & ſingulę litteræ qd ſignificarent in prom
ptu erat hoc modo unicam catonis orationem ut de coniuratis ſup
plicium ſummeretur ſeruatam & litteris demandatam ferunt Cice-
rone conſule uelociſſimos ſcriptores diſponente atq; docente ut p
ſigna quędam breuesq; notas huiuſmodi multarum litterarum uim
habentes dicta colligerent. quo tempore nondum reperti erant hi
qui notarii appellabant ſed tunc primum huius rei ueſtigia ferũt
extitiſſe auctoreq; ad Lucillium ſeneca uiliſſimorum mancipiorũ
commenta fuiſſe hanc itaq; publicam & occultam litterarum ſigni
ficationem: quæ in monumentis ueterum: curiarum: tribum: co-
mitiorum: poteſtatum: Magiſtratuũ: pręfecture: Sacrorum ludorũ:
Rerum urbanarum: Rerum militarium: Collegiorum: Decuriarũ:
faſtorum Numerorum menſurarum hiſtoricorum deniq; & orato
rum libris ſparſis reperitur qui latius & uberius ſcire uolet probi
ualerii grammatici Tullii Tironis Ciceronis liberti. Philargii
Samii. L. annei Senecę & Petri Diaconi comentarios de ea re ſatis

curioſe conſcriptos inquirat. Sunt & alię quędam digitorum note & oculorum alarumue partium;quibus ſecum taciti proculq; diſtā, tes colloquuntur ſicut militaris etiam mos eſt;ut quotiens con ſentit exercitus quia uoce non poteſt manu promittat. Alii quia uoce non poſſunt gladiorum motu ſalutant Ennius de quadam impudica quaſi in choro pila ludens datatim dat ſeſe.& communē facit alium tenet alii nutat alibi manus eſt occupata alii peruellit pedem alii dat anulum alium inuocat cum alio cantat attamen aliis dat digito litteras. Ouidius ſimiliter more maiorum apud quos hoc loquendi genus frequentiſſimum fuiſſe comperio impudicam aliam & amicam ſuam his notis & nutibus monet in uirum cum præmit inquit;ille thorum uultu comes ipa modeſto ibis ut accū bas clam mihi tange pedem; Me ſpecta nutusq; meos uultumq; lo quacem excipe furtiuas & refer ipſa notas; uerba ſupercilioſine uoce loquentia dicam uerba leges digitis uerba notata mero Cum tibi ſuccurrit ueneris laſciuia noſtræ purpureas tenero pollice tā ge genas ſiquid erit deme tacita quod mente loquaris: pendeat ex trema mollis ab aure manus:Cum tibi quæ faciam mea lux dicam ue placebunt: Verſetur digitis anulus uſq; tuis;tange manu men ſam; Tagunt quo more pręcantes: Optabis merito cū mala multa uiro;idē poeta laſciuiſſimus alibi in impudicam aliam & amicam ab alio corruptā;ipſe miſer uidi cum me dormire putares ſobrius appoſito crimina ueſtra mero:Multa ſupercilio uidi uibrāte loquē tes Nutibus in ueſtris pars bona uocis erat Non oculi tacuere tui conſcriptaq; uino Menſa;nec in digitis littera nulla fuerit.Sermo nem agnoui quod non uideatur agentem;uerbaq; pro certis uiſa ualere notis.

VAMTO.INGENIO.AC.STVDIO
Sigiſmunde Pandulfe apud .plerosq; ſparſi
publici honoris rei militaris principatuũ Ma
giſtratuumq; mentio habita ſit tanto labore
ſum profecutus eorum uocabula origines &
officia locis permultis ſic diffuſa in unum hũc
ſequentemq; librum quaſi unum in corpus re
digens ne quid tuæ cognitioni profeſſioniq;
deeſſet: quod dignum ſcientia uideretur: Et
quoniam regia quidem dignitas ex augurali familia primũ conſti-
tuta ſuprema eſt omnium dignitatum humanarum: poetęq; ueteres
louem non imperatorem appellant ſed regem tribuentes deo id no
men quod eſt apud homines: maximũ atq; ampliſſimum res.p. Ci-
uitates & gentes tanq; omnium ſupremi ac dii quidam inter homi-
nes excellentes bonitate ſapientia & uirtute reges rexerunt: ſicq;
regesa regendo & recto quod reges maxime decet dicti nõ ut quo
rundam temeritas uſurpauit a regnando; horum plura ſunt gene
ra: nec eſt regum omnium modus unus poteſtatis: in lacedæmoni-
orum enim re. pu. uidetur eſſe maxime ſecundum leges: neq; enĩ
poteſtatem habet omnium ſed cum egreditur extra regionem im
periũ habet eorum quę pertinent ad bellum preterea ſacrificia de-
orumq; cerimoniæ ei commiſſa ſunt Hæc igitur regia poteſtas ẽ
quaſi auctoritatem belli perpetuam habere uitæ enim necisq; alicu
ius non habet poteſtatem: niſi dum bellum gerit: ut etiam apud
antiquos fuiſſe uidetur quod oſtendit Homerus: Nam agmennon
ĩ cõtioĩbus maledictis & iurgiis uexabat ſed: eũ a cõtione digreſ-
ſus in prelio erat occidẽdi habebat poteſtatem: Eſt alia inſuper ſpe
cies regni qualia ſunt apud quoſdam Barbaros regna uim haben-
tia proximam tyrannidi licet ſint legitima & ſecundum morem pa
triæ: ob id enim quia magis aptę ſunt ad ſeruiendum nationes bar
barorum: q̃ gręcorum & eorum qui incolunt Aſiam: q̃ eorum qui
europam perferunt ſeruile iugum ęquo animo. tertia eſt ſpecies
ut antiquitus in gręcia fuere. quos uocabant eſynetas: eſt enĩ hęc
ut ſimpliciter dicamus electiua tyrannis differens a barbarica. non
eo quod legitime: ſed eo q̃ non conſuete. poteſtas autem huiuſmo
di aut uiuente eo durabat: aut tempore: uel rebus geſtis finiebat.
qualem elegerunt quandoq; mitilenei pictacum: aduerſus exules

ſuos: Quarta ſpecies eſt: quales erant heroicis temporibus ſpon
taneæ & ſecundum morem & legem: propter beneficia enī a primis
collata in populos: uel per partes: uel per bellum: uel per congre-
gationem in unum: uel per aquiſitionem regionis: delatum fuit eis
regnum de populorum uoluntate: & ſucceſſoribus id erat ſecun-
dum patrię morem: ſecundum patrium etiam morem: apud tapro-
banem alterum terrarum diu exiſtimatum orbem: eligi regem apo-
pulo ſenecta clementiaq; inſigni: liberis carentem ſolere: ceterum
ſi poſtea gignat abdicari: ne fiat hereditariū regnū: rectores quī
etiā ei dari a populo xxx. nec niſi pluriū ſentētia: quenq; capite dā-
nari ſic quoq; appellationem eſſe ad populum. lxx. iudices dari ſi
libertus: ſi rex amplius triginta ex Africę quadam etiam parte ſūt
qui ſecundum morē canem pro rege habent: motu eius imperia au
gurantes: primo autem regia poteſtas fuit apud cretam teſte Ari-
ſtotele: Diodoro licet ubi nam primum coeperit incompertum ſit
cum nulli omnino hiſtorici eam tradant: illam poſtea ſuſtulerunt
imperio in bello ad coſmos tranſlato: Ad alias deinde atq; alias na-
tiones defluxit: inter ſe habitu cultuq; diſtantes: ut apud perſas:
a quorū regibus mos erat thiarā geri in cuius ſummitate gēma erat
per magna: & lucens ī auro illigata. Egiptios uero apud reges mos
erat: aut leonis aut tauri, aut draconis, priorē partem in capite fer-
re inſignia principatus: quandoq; uero arborem aliquando ignem
quandoq; redolentia ſupra caput unguenta Ethiopū reges ſceptrū
in aratri formam gerunt: ac pileos oblongos circa finem umbilicū
habentes ſerpentibus quos haſpidas uocant circūuolutum monu
mentum inſigne: eos qui contra reges inſurgere audeant mortife-
ris morſibus ſubeſſe: Apud Romanos autem inſignia erant ſella cu
rulis: & trabea: iuxta maroneum illud. Et ſellam regni trabeāq; in
ſignia noſtri. Nam diadema aliarum gentium reges primo non ha-
bebant: Cęterū haſtis quas gręci ſceptra dixere pro diademate uſi
perhibentur. Atq; hæc apud excellentiſſimum quoq; uatem Home
rum: non omnes reges a Ioue ſummebant ſed ſolum qui bonū
& qui ſummum ſtudium adhiberent, ut ſubiti q beatiſſimi eſſent.
hęc diuerſa regum inſignia: tum ad decorem ſpectabant. atq; or-
natum. tum ſtuporem. ac ſuperſtitionem quandam aſpicientibus ī-
iiciebant. Ad poſtremum quoniā rex in tirannum regni tranſgreſ-
ſione prolabitur. Tirannusq; & rex non nomine. ſed factis diſtāt:

auctore ſeneca:fit ut regis appellatio quandoq; in tyrannū cadat. tyranniq; in regem.inde eſt illud quo potuit ciuē populus perduce re liber.aſcēdi ſupraq; nihil niſi regna reliq & illud.ſpes mihi pa cis erat dextram tetigiſſe tiranni. Interregnum deinde appellatū id tempus quo regia uacabat ſedes.nam cum primum initum eſt poſt Romulum regem uita functum totus ille annus per quinos dies centum ſenatoribus deputatus ē:decem decuriis factis:ſingu lisq; in ſingulas decurias creatis.qui ſummæ rerum pręeſſent:ne aliquis ſub ęquabili dignitate Romani expers remaneret imperii. Decem itaq; imperitabāt & unus dūtaxat. qui & lictores haberet dicendiq; iuris poteſtatē.ac regis & imperii inſignia.idq; imperiū quinq; dierum ſpacio finiebatur:ac per omnes in orbem ibat.an nuumq; interuallum regni fuit.id abre quod nunc tenet nomen i terregnum appellatum eſt: Huc accedit q; etiam ſub conſulibus pręditi imperio conſulari ſi quando interregnum initum eſt.inter reges fuerunt.nec unq; ita uacua fuit hoc nomine Romana reſpu.ut nullus interrex biduo ſaltem triduoue crearetur:uideo mihi hoc ī loco poſſe obiici currules magiſtratus apud maiores noſtros qua driennium in repu. non fuiſſe. ſed erant tribuni plebis.cum tribu nitia poteſtate quę pars maxima regalis imperii eſt tamen non eſt proditum interreges eo tēpore non fuiſſe. Quin etiam uerioribus hiſtoricis referentibus declaratum eſt; conſules ab interregibus procreatos.qui haberent reliquorum comitia magiſtratuum.in hoc autem regis delectu decreuerunt ut cum populus regem iuſſiſſet. id ſic ratum eſſet. ſi patres auctores fierēt tum interrex contione uocata.quod bonum fauſtum foelixq; ſit inquit.quirites regē cre ate.ita patribus uiſum eſt patres deinde ſi dignum qui ſecundum a Romulo numeretur crearitis Auctores fient.DICTATOR he truſco more creatus tremendus profecto magiſtratus atq; ſeuerus ſummæq; poteſtatis erat quippe q; cęteros omnes magiſtratus diſ ſolueret:præter tribunitiam poteſtatē Auctore plutarcho quodq; dicto eius parendum eſſet nec:ab eo ad populum uti a conſuli pro uocare liceret.inſignia erant huic conſularia omnia ac ſpeciē quo dammodo regiæ poteſtatis preferebat; uerum rege exiſtente coss. Prætores ac cęteri magiſtratus in repu.manere non poterant.Di ctatura autem ſimul atq; inducta fuerat in rempu cęteri magiſtra tus omnes interibant & abrogati per creationem bictatoris.pręter

tribunos plebis cenſebantur & in hoc differebat dictatura a rege ꝙ rege regnante Tribunitia poteſtas plebisq; auctoritas oĩs omnio ſoluebatur:Dictatore manẽte plebs plebeiq; magiſtratus uim auctoritatemq; ſuã retinebant. Dictator idem nec alio quidem pacto creari conſueuit ſiue ad bellum deſignari q̃ cũ uis aliqua maior de improuiſo ob orta ingentem urbi cladem minitari uideretur ſicq; duos quondam uno tempore in urbe fuiſſe dictatores ꝙ immoderata fors neceſſitas & tempus effecerunt.xxiii.urbis con.auctor eſt.Liuius. Huic equitare fas non erat.ſed ueteri lege prohibitum ſiue ꝙ maiores uires in eſſe pedes manũ conſerere debentibus arbitrarentur ſiue propter hoc imperatorem in phalange permanere oportere: nec locum deſerere ſiue quod ad alia etiam tyrannica magnaq; ſit principatus potentia;Fabius autem dictator deſignatus magiſtrum equitum :L. Minutium dicens primum a ſenatu petiit ut equo uti ſibi dictatori liceret.Præterea eum quem nos dictatorem diximus in hiſtoriis ita nominari legimus apud antiquos magiſtrum populi uocatum poſteaq; in auguralibus libris ac in bonorum finibus ſcriptũ eſſe & Cicero & Seneca ad Lucilliũ clari teſtes non deſunt teſtimoniumq; eſt ꝙ qui ab illo nominat magiſter equitum eſt quem uti uolebat ipſe dicebat Non autem poſt reges exactos anno dignitas hæc ſiue poteſtas pro tempore maior q̃ conſulatus cum magiſtro equitum qui ei obſequeretur creata eſt & apud patres eſſe coepit nec amplius q̃ ſemeſtri tempore duratura niſi ſi qui forte illam potentiam adepti per. uim diutius tenuerint ut.L Sylla &.C.Cæs.qui perpetui dictatores tyranni dis odioſũ atq; in fame nomẽ uitare uolentes rẽpu.opreſſere Quis autẽ primũ dictator creatus ſit nõ ſatis cõſtat auctore Liuio apud uetutiſſimos tamen auctores ſiqua eidem auctori fides eſt & Euſebio Cæſarienſi.T.largium dictatorem primum.Sp.caſſium magiſtrum equitum creatos inuenio:quod autẽ uel futuros dicare hic magiſtratus ſolitus ſit uel a conſule diceretur cui dicto obedientes omnes eſſent.M. Varrone teſte dictatorem appellatum conſtat uel ut inquit plutarchus in uita.M. Marcelli cũ dictator a populo aut a ſenatu deligi non poſſit.Verum alter conſulum aut imperator progreſſus ad populum quem cenſeat dictatorẽ dicit & qa dictus ſit dictatorem appellant nonnulli ab eo nuncupatum dictatorem aiunt ꝙ non populi ſuffragio: aut aſſenſu uerum ꝙ is

ceníeat quidem iuſſa magiſtratuum quæ græci. G Romani uocant edicta & imperioſiſſimi duodecim faſces licet fuerint ut pote penes quos ſenatus & equeſtris ordinis & uniuerſę plebis ſummum decus eſſet quorumq; nutu latium ac totius italiæ uires regerent contuſi tamen atq; fracti dictatorie huic ſe animaduerſioni perſæpe ſubſtrauerunt ac ne multa. foret leſa gloria militaris conſul delicti omnis uindex a dictatore nonnunq; punitus eſt.

Agiſter equitum dictus q; ut eſt ſumma populi Dictator ſic ſũma huius poteſtas ĩ equites & accẽſos ſiue quod ĩ bello equeſtres ipſe copias duceret: Qui uero dictator eſſet. & ſi pręeſſet omĩbus legiones tamen ſolum pedeſtres more maiorum ducendas haberet Reliqui qdẽ minores: q; hi magiſtri dicti magiſtratus ut ab albo albatus.

Agiſtri appellantur quibus præcipua cura rerum incũbit quicq; magisq; cęteri obligantur: Nec ſolum doctores artium ſed etiam pagorum ſocietatum uicorum collegiorum equitum magiſtri dicunt quia omnes hi magis cęteris obligantur & poſſunt: Quin etiam & ipſi Magiſtratus qui per imperia potentiores ſunt q; priuati per deriuationem a magiſtris cognomĩationem aſciſcunt: eſt enim magiſtratus poteſtas uni uel pluribus hominibus a populo uel a prĩcipe commiſſa: unde prætores pro coss. Tribunos plebis & ædilis curules & pręfectos annone aliosq; qui maiorum ut diximus arbitrio prouincias regunt non principatum dicimus habere ſed magiſtratum: His enim datum eſt deliberare de quibusdam & ſtatuere & iubere & intelligere ſe gerere perſonam ciuitatis debereq; eius dignitatem & decus ſubſtinere ſeruare leges: iura deſcribere: & ea ſuę fidei commiſſa meminiſſe: Ad hos pallatii quoque Pertinet diſciplĩna per quam inſolentium mores proceloſi multorumq; ordines moderatione ſua ſine aliqua confuſione componũt per eos legatorum q̃q̃ feſtinantium prænuntiatur euentus his poteſtatem eam decreuit antiquitas ut nemo iudicum per prouincias faſces aſſummeret niſi hoc & ipſi fieri decreuiſſet tantaq; eorum officium auctoritate decoratur ut militię prędunctus muneribus ornetur nomine principatus miroq; modo inter prętorianas cohortes & urbanæ prędecturę milites primatũ inueniſſe uideantur: Principatus autem maior eſt quędam ſuper eminentia cui cętere omnes poteſtates parent ſic Octauianum Claudiũ & Veſpaſianũ prĩcipes

fuiſſe dicimus. Senecam uero qui cos.fuit temporibus Neronis nemo principem appellaſſet. Erat enim Nero princeps non Seneca neq; conſulatus Senecæ principatus erat:ſed magiſtratus; & neq; imperium neronis magiſtratus dicebatur ſed principatus.Cum uero quidam magiſtratuum & non omnes pertractent multa negociorum publicorum: neceſſe ẽ eſſe alium magiſtratum qui rationes repetat atq; corrigat:ipſe uero nihil tractet; uocant uero hos alii correptores:alii rationales:alii ſcruptatores:alii procuratores: præter uero hos homines magiſtratus unus eſt:maxime principaliſſimus omnium: idem enim plerunq; habet finem & introductionẽ qui preſidet multitudini ubi populus dominatur oportet autem id quod cogit ſummam habere in repu.auctoritatẽ:appellant uero quibusdã in locis præconſultores ex eo quia ante deliberant ubi uero multitudo eſt conſilium magis: Ciuitatum igitur magiſtratus fere tot aliqui ſunt nec id preterea ſubticẽdum .M. Varronis ſententia libro rerum humanarũ uigeſimoprimo in magiſtratibus inquit habent alii uocationem ut conſules; & cæteri qui habent imperium:alii prenſionem:ut Trib.plebis & alii qui habent uiatorẽ alii neq; uocationẽ neq; prenſionem ut Queſtatores & ceteri q neq; lictorẽ habent neque uiatorẽ Qui uocationẽ habent idẽ prẽdere tenetur adducere poſſunt:& hec omnia ſiue adſunt quos uocant ſiue:acciri iuſſerint tribuni plebis uocationem habent nullã neque minus multi imperiti proĩde atq; haberent ea ſunt uſi huius ergo iuris quod M.Varro tradit labeonem arbitror una tunc fiducia cum priuatus eſſet uocatum a tribuno non iſſe:ſed querẽtibus quam ob cauſam Tribuni qui haberent ſummam cohercendi poteſtatem ius uocandi nõ habuerint facile ẽ reſpondere q tribuni plebis antiquitus creati uidentur nõ iuridicendo nec cauſis queliſq; de abſentibus nocendis : ſed interceſſionibus faciendis quibus qui preſens fuiſſet ut iniuria que coram fieret arceretur ac propterea ius aduocandi ademptũ quoniam ut uim fieri uetarent aſſiduitatem horum & preſentium oculis opus erat;Moris porro erat Magiſtratum petentibus præhenſos dextra ciues benignis orare uerbis & abſq; interiore tunica inforum opertos ueſte deſcendere;ſiue ut eo habitu ad ſupplicandum humiliores accederent; ſiue ut qui cicatrices haberẽt magnifeſte ſigna fortitudinis aperient;hæc cum plura oſtenderent que aſſidue multos per ãnos egregii bellatores

excepant uniuersi illorum uirtutem tacita ueneratione proseque-
bantur:Magistratum deniqs ultra quinqs dies nisi qui iurassent in
leges non licebat gerere: LEGATI teste Varrone:sunt qui lecti
publice quoꝝ opera cõsilioqs uteretur peregre Magistratus:quiue
nuntii Senatus aut populi essent.

Mperatores semper multi quot annis re bene atqs foeliciter ge-
sta aduersus hostes a militibus honoris cã appellabantur:unde &
inter cæteros ętatis sue duces & imperatores cum circumfusa mul-
titudo hispanorum & ante deditorum & pridie captorum regem
Scipionem ingenti plausu ac consensu appellassent: Tum Scipio
silentio per prẽconem facto sibi maximum nomen imperatoris esse
dixit:quo se milites sui appellassent Regiumqs nomẽ alibi magnũ
Romę exosum & intollerabile esse regalem animum in se esse si id
honoris ingenio amplissimũ ducerent taciti iudicarent uotis usur-
patione abstinerent Inter principes etiam ciuitatis.M.T.Cicero
procos.dum parthos tripartito exercitu hostes inuaderet:ac post
magnam eorum cedem Amanum eius gentis caput : Sepirã itẽ
& castella complura ui coepisset:ab exercitu imperator appellatus
est Iulius autem cęsar cum sępius post partam uictoriam esset
imperator ab exercitu appellatus non imperatorium aut regium
sed dictatoris nomen usurpauit tantum odium sibi regis nomen in
urbe contraxerat:Cum autem regis nomen cuperet uerereturqs po-
puli indignationem molitus expeditionem in parthos asserens in li-
bris fatidicis contineri non nisi a rege parthos superari posse se re
gem dici procurauit qui maturandæ mortis suæ causam præbuit
coniurationis:Nullus autem sequentium cæsarum se regem Roma
norum dicere ausus est.imperatoris autem appellatio perpetua cæ
sarum non erat sicuti nec consulis nec prętoris:nec tribuni plebis
nam & priores illos uario numero quosdam septies quosdam ma-
iori quosdam minori numero inuenimus appellatos imperatores:
sic coss.sic Tribunos plebis dignitatis enim non officii id nomen
fuit Nam re prospere aduersus hostes gesta sic erat a maioribus
institutũ ac repu libera ppetuo custoditũ ut cos.pcos.prętor siue
quis alius fuerit Romanus.qui hostium numerum q̃ maximum cę-
deret aut per magna contra hostes uictoria potiretur:is quodam
pro excellenti honore ad uirtutis testimonium uel decus impera
tor ab exercitu uocaretur: Nondum erat qui nunc uiget mos:ut

quẽ Romanorum imperatorẽ gentes uniuerſæ uocant is ſit unus orbis princeps.& poteſtate ſumma rerum dominus uideatur:id euim dum S.P.Q.R.conſilio pu. rempu. gubernarunt ducibus nomen honoris pro uictoria parta non poteſtatis fuit:aquo autẽ primum hęc noua imperatoris noſtri temporis coronandi nominã, diq; conſuetudo uel abuſio potius defluxerit non ſatis intelligo Max.cum Romanum Cęs.antiquis illis temporibus coronatũ fuiſſe nullum unq; audierim aut legerim Non enim Iul.Cęſar non Aug.non Tiberius:non calligula:non Nero:& erant hi duo potiſſimum extremi intollerandæ ſuperbię ac luxurię:coronam imperii unq; ſuſcepit aut habuit aut uſus fertur:niſi forte laurea cum triumphaſſet:aut quapiam alia ciuica:uel caſtrenſi quę non cęſarum erant magis:q; quorumcunq; triumphantium aut uincentiũ exiſtimo autẽ hoc a barbaris deriuaſſe q cũ priſcas hiſtorias ignorarent neq; uerborum uim imperatoris & regis probe noſcerent; eſſetq; frequẽs apud eos regis nomẽ:ut puta ſub regibus uiuẽtes imperatorem uero ratũ uiderent id excellẽtius arbitrati ſunt,quod rarius aut inſuetius conſpiciebant; utrumq; tamen hoc adoleuerit;id plane conſtat uel a barbaris ut antedixim us non ſcite:aut a doctis parum modeſte hanc ſublimẽ imperatoris ideſt dei appellationem ut inquit cicero:magisq; regiam poſt coronationem uſurpatam & poſterioribus introductam eſſe: regibusq; conceſſã Primum autem apud maiores noſtros imperatorem appellatum ut pote cui armorum exercitusq; ad tutandam augendamq; Rempu.cõmiſſa ſit auctoritas:Lucium Lucullum fuiſſe in deſcriptione temporum teſtis eſt euſebius.

Ontifices aliqui:auctore plutarcho:dictos putant quoniam deos colunt potentes ac omnium dominos:alii uero inquiunt nomen confictum eſſe ad potentum profligationem tanq; iubente legumlatore ſacerdotes obire potentia ſacra debeant;pontifices uero ut Varro inquit.Q.Mutius ſcęuola dicere ſolebat a poſſe & facere appellatos eẽ:ſed ea deſcriptio a Varrone nõ ſatisꝓbat nam a põte & facio potius dictos exiſtimat;qꝫ ab his primum põs ſublicius factus & ſępe reſtitutus ſit:ſecundum alios a ſanctiſſimis & uetuſtiſſimis ſacrificiis quę ad pontem fierent:Põtifices quattuor ex gente patricia totidemq; plebeia a Romanis primũ creati quorum ordinem & cõſtitutionẽ Nũmæ tribuũt:Maximus

uero.apellatus q̄ & minores pontifices essent Liuius.L.Cantilius Scriba pontificis quos nunc minores pontifices appellant q̄ cum floronia stuprum fecerat; a pontifice Max. eousq̄ uirgis in comitio cesus erat ut inter.uerbera expiraret;hic Maximus ex põtificibus ueluti interpretis & prenuntiatoris quin hierofante potius ordinem & locum tenet :qui quidem non solum res quę publicę fiunt curat:sed etiam priuatim sacrificantes obseruat:impedimentoq̄ ẽ nequis legitima transgrediatur; docetq̄ qua quispiam re ad ueneratioñem deorum aut ad postulandam ueniam indigeret:Erat & sacrarũ uirginum custos quas uestales appellant:& iudex & punitor Sacrilegii habebat etiam penes se idem pontifex sacra omia designabatq̄ quibus hostiis:quibus diebus:ad quæ templa sacra fieri deberent:Cuiusmodi diuinis in rebus & unde erogandę pecunię sumptus fieri deberet: pontificibus etiam permissa est potestas memoriam rerum gestarum ĩ tabulas conferendi & hos annales appellant equidẽ maximos quasi a pontificibus maximis factos:perinde maiores nostri antiquissimi prẽsertim rerum gestaq̄ memoria delectati; hanc diligentiam habuerunt q̄ historiam scribere auderet nemo qui munus; id datum sibi de publico non haberet;id uero daretur nulli nisi esset uir probitate fidei singulariq̄ uirtute aliqua prẽditus ac dignitate cęteris anteiret:Hebreo nãq̄ populo:ut ab illis initiũ summam qui uetustate generis:qui magnitudine rerum qui dignitate historiæ; se cęteris præponunt; hãc legem fuisse comperimus:ut quę ab his gesta pace uel bello eẽnt ea scriberet non nisi qui propheta esset: prophetam cum is populus habere desiit;tum Maximum ad pontificẽ qui auctoritate ;honore dignitate prẽstaret;hanc ipsam scribendi curam & officium detulerunt hunc morem a uetustissimis traditum perdiu & eo usq̄ dies quibus est hierusalem excidium suum passa diligentissime custoditum:Iosephus in Apionem scribens tradit; Chaldei quoq̄ & ęgyptii;& qui oriundi sunt ab illis:Fenices:Syriæ nobilissimi populi summo studio & diligentia asseruarunt;Vt qui magno sacerdotio potiretur his modo populi sui gesta perscriberet;Plato itẽ philosophus & aristotele prẽceptor suo ĩ thimeo adducit;sacerdotẽ ægyptium hoĩem apud suos uenerabili & multarũ rerũ noticia excellentem qui soloni interroganti degestis & uetustate gentis ægyptiæ responderet;Apud grẽcos qui militari disciplina q̄ ĩpio:

qui ſapientiæ ſtudio plurimum floruerunt:ea lex per diu manſit:
q̄ deligeretur de publico uir bonus atq̄ doctus qui ſpiam:qui eo
pacto & dicta & facta omnia memoraret: ut nihil in ſereret: quod
aut ipſe oculis non uidiſſet ſuis aut uerum eſſe certo & indubita
to teſtimonio non haberet.Romanis uero & maioribus noſtris qui
orbis tandem imperium uendicarunt hoc inſtitutū ab initio urbis
ad multos annos fuiſſe memorant Cicero:& Liuius:ut qui ponti,
fex eſſet Max.ſacra publica ab Numma inſtituta ſiue res omnes
ſingulorum annorum mandaret litteris:easq̄ in altum eferret:atq̄
domi præponeret in publico tabulas:ut populo eſſet poteſtas co,
gnoſcendi nihil gratia: nihilq̄ odio ſcriptum eſſe Illud nec minus
prætereundum quod ſi maiorum religiones & eorum monumenta
reuolueris inuenies apud illos non humilibus & inopibus:ſed opu
lentis hominibus & principibus ciuitatis ſummū ſacerdotiū mā
dari ſolitū eſſe:Inprimis primi cū ſe ingerāt perſarum ſacerdotes
qui erant & dicebantur magi ęgyptiorum deinde: Aſyriorum:
aliorumq̄ nationum quantis diuitiis opibusq̄ prępollerent:his qui
aliquam rerum geſtarum noticiam habuerint:ſatis cōſtare poteſt
quod ſi parum iſta te mouent:q̄ externa & peregrina ſunt:maxīeq̄
a noſtris legibus abhorrent:Repetantur ſummi hebreorum ſacer,
dotes quorum uetuſtiſſimi Aaron:Eleazar:Finees:Eli.habiatar.ſic
omni copiarum genere abundarunt ut dictu incredibile cuiq̄ ui,
deatur:ſi deniq̄ ad Romanos redeo unde coeperit oratio.M.Fa,
bium primum ex patribus lectum.L.q̄ poſt metellum præclarum
uirum pontificem factum Max.duosq̄ eum & xx.annos ei ſacerdo
tio præfuiſſe conſtat: Cæſares quoq̄ legimus & plerosq̄ alios qui
Romę temporibus illis gloria rerum geſtarum opibus & poten
tia plurimum pręſtare putabantur ſummos ſępe ſacerdotes fuiſſe
hanc dignitatem pontificum augurū quæ Romulo Regnante nul
la erat Nummam pompilium a rege ad alios detuliſſe accepimus
ne quando rege bellicis rebus occupato diuinus cultus intermit,
teretur: pontifices deniq̄ ueteres ut in tertio de oratore teſtis eſt
Cicero propter ſacrificiorum multitudinem tres uiros epulones eē
uoluerunt cum eſſent ipſi a numma ut etiam illud ludorū ac epu,
lare ſacrificium facerent:inſtituti epulones feſto teſte dicebant an
tiqui quos nunc epulones dicimus datumq̄ his nomen q̄ epulas
indicendi Ioui cęterisq̄ diis poteſtatem haberent: De his etiam

Lucanus in primo uirq; epulis septem festus titiiq; sodales.

Exterum cum aliqua species curationis sit circa rem diuinam ceu sacerdotes & æditui circa templa ut conseruentur quæ sunt & errigantur ruinosa ædificia & cętera omnia quę pertinent ad diuinum cultum Euenit alicubi curam hanc esse unam ut in paruis ciuitatibus;alibi uero plures sepatis a sacerdotio ut sacrificuli æditui & custodes sacrarum pecuniarum huic consequens est cura illa quæ est circa sacrificia publica quotcumq; quæ sacerdotibus lex non committit:Sed ex publico fiunt uocant autẽ eos qui istis præsunt alii reges sacrorum;alii pontifices Max.Maiorum enim consuetudo tunc erat;ut rex esset etiam sacerdos uel pontifex sic poena reges uel imperatores pontifices dictos Maro: nullius religionis expers his uerbis ostendit; Rex Annius rex idem hominum phoebique sacerdos.

Aeciales quoq; pater patratus prĩceps erat sacerdotes dicebãt qui faciendis pręerant foederibus;hi ut pompeio placet a ferendo dicti;ut.M.Varroni a fide & faciendo; ut aliis fæciales quasi fędiales a fæderibus faciendis quorum ius ab equiculis ad Romanos translatum esse non dubium est.

Aduceatores pacis legati dicuntur;sicut enim per fęciales bella indicebantur;ita pax per caduceatores; est autem caduceum uerbena & pacis signum quod non ab re.Mercurii uirgam possumus existimare; Mercurius enim orationis deus dicitur& interpres deorum unde sicut uirga serpentes diuidit hoc est uenenum;ita bellantes interueniente oratione sedantur:bellumq; cadit atq; dirrimit.

Diles quidem publicis ludis ac ędibus pręerant nomen ab ędibus huic magistratui datũ ut festo placet Varroni & paulo;q; ędium non tam sacrarum q̃ prinatarum etiam curam haberent ac illis præessent in quibus scita omnia sua plebs deferret;duo quidem primũ &ex plebe cõstituti ac proinde plebei appellati; exactisq; regibus anno propemodum septimodecimo cum plebs apatribus secessisset tribunos sibi in monte sacro creauit qui essent plebei magistratus deinde cum uellet ex suo quoq; corpore coss.creare & patres recusarent factum est ut tribuni militum crearentur;tũ ex plebe tum ex patribus consulari potestate;paulopost cum placuisset creari ex plebe consules coeperunt ex utroq; corpore constitui tũc ut aliqui pluris partes haberẽt placuit duos ex numero patrũ

conſtitui & ita facti ſunt ędiles currules: unde ortum ut ędiles alii plebei alii currules appellarentur. Sella enim quaſi ſeda a ſedendo dicta eſt: Regia quidē ſedes erat curulis a curuitate pedum ipſius ſellę in qua ſedetur: ſic dicta uel quod in ea qui eſſent reges cū ueherētur curru ad eminentiam uterentur: Poſtea uero cum regibus libera Roma fuiſſet: Magiſtratus maiores ut conſules dictatores: & pleriq; alii regio more ſella curruli uectabātur: unde magiſtratus hi ſūt currules Cęteri uero plebei: ſeu pedanei: q; pedibus irent appellati: nec curru: neq; ſella curruli ueherētur: quod autē duo fuerint ędiles his uerbis in piſonem oſtendit Cicero: Mecum inquit quæſtorem inprimis ędilem priorem prętorem primum cūctis ſuffragiis populus faciebat: ędilem priorem dixit q; duo eranttantum ædiles ſicut duo conſules huius rei ſiquis fidē poſtulet bini ſemper ędiles in argumentis comoediarum nominantur a Terentio: hi etiam ſiue plebei ſiue currules ludos faciebant inſtaurabantq; Liuius belli Macedonici libro primo: Ludi Romani ſcenici eo ānō Magnifice apparateq; facti ab ædilibus currulibus: idem in eodem paulum poſt: & plebei ludi ter toti inſtaurati ab ędilibus plebis ędilium enim partes in ludis inſtituēdis quantum impēſę & in quibus ſpectaculis fierent haud quaquā minime fuere id etiam erat potiſſimum ędilitatis munus ut ſua quiſq; ædilis impenſa ludos pro modo patrimonii ac dignitatis ſuę celebrandos curaret: huius inſtituti. M. T. Cicero in officialibus cum ſuę & GN. pompei ędilitatis meminit teſtis eſt: Aſconius etiam Pedianus pompeiū ędilem factum theatrum quod ſumma impenſa ędificauerat magnificentiſſimis ludis in quos currus cum elephantis īduxit: edificaſſe aſſerit: Valerius item Max. in libris dictorum factorumq; memorabilium ſcripſit Attilium Seranum & L. ſcriboniū ędiles ſenatus Plebisq; loca ſecreuiſſe; Quod ſi ulpiano auctore Mancipium fugitiuum erronemq; aut iumentum morbo aut uitio aliquo affectum quiſpiam pro ſano uenūdederit dolis ac falaciis uendentium occurrendo ędilium edicto emptori ſuccurritur redibeturq; Porro ut urbis cloazæ: aquęductus: & ędificia queq; publica & priuata munda: lota: integra expeditaq; aſſeruarentur: ad ędilium officium pertinere non dubium ē: ut Cicero noſter cū factus eſſet ędilis Actione ī uerrem ſeptima cęteris more ſuo longe uberius ac melius atteſtatur: Nunc ſum inquit deſignatus ędilis habeo rationem quid

a populo Ro. acceperim mihi ludos ſãctiſſimos maxima cum ceri-
monia cereri: libero: libereq; faciẽdos: mihi floram matrem populo
plebiq; Ro. ludorum celebritate placandam mihi ludos antiquiſſi
mos qui primi Romani ſunt nominati Maxima cum dignitate ac
religione Ioui iunoni Mineruęq; eſſe faciendos: mihi ſacrarum ę-
dium procurationem mihi totam urbem tuendam eſſe commiſſam
ob earum rerum laborem & ſolicitudinem fructos illos datos anti-
quiorem in ſenatu ſententiæ dicendę locum togam: prętextam ſel-
lam currulẽ ius: imagines ad memoriã: poſteritatemq; prodendam
Sunt præter hos ędiles plebei & currules duo alii q frumento prę
erant & quorum creandorum auctor fuit. C. Iulius Cæſ. hiq; ut in
quit pomponius a cerere cereales dicti ęditui prętęrea appellatiõe
ędiles intelligimus; Eſt enim ędituus idem q; ædilis cuſtos ſacræ
ſedis uel templi quaſi edem tuens: uel edis tutor dictus: is enim ẽ
cui ſacrarii cuſtodia commiſſa erat ubi ſtatuæ ſeruabantur & ſi-
mulachra deorum gentilium quę opus erat exorare ſiquis optaſſet
aliquid apud illa deprecari & impetrare quod multi factitabant
credentes exaudiri: ſi uerba ſua ſimulacrorum auribus inſtilaſſẽt
Seneca epiſ. li. v. non ſunt ad cælũ eleuandę manus nec exorandus
ędituus: ut nos ad aurem ſimulachri quaſi magis exaudiri poſſu-
mus admittat æditimus quoq; idem quod ædituus: ſed. M. Varro
in. ii. libro ad Marcellum de latino ſermone; æditimum dici opor-
tere cenſet magisq; ędituum: quod alterum recenti nouitate fictum
alterum antiqua origine incorruptũ Lauinius in protheſilao Clau
ſtrinum dixit qui clauſtris Ianuę pręeſſet eadem. s. figura ęditimũ
dici iubebat qui ędibus pręeſt; inuerrem. M. Tull. in exẽplaribus
fideliſſimis ita inueniri ſcriptum ędi ti mi cuſtodesq; maturę ſenti-
unt: in libris autem hoc uulgariis ędituí ſcriptum eſt Pomponii
fabula atheliana eſt: quę ita inſcripta eſt æditimus: inqua hic uer-
ſus eſt: qui poſtq; tibi appareo atq; ęditimo in templo tuo. T. aũt
Lucretius in carmine ſuo pro ædituis edituentes appellat.

Lamines permultos fuiſſe comperio & tot deniq; q; deos cole-
rent uſos ueteres Romanos. M. Varro in his libris. quos de origĩe
linguę latinę ſcripſit teſtis eſt; ut Dialem Marcialem; quirinalem
uolcanalem cęteroſq; eiuſmodi: uerum flaminem Dialem Numma
pompilius Romę Rex creauit cumantea reges pontificum ac regũ
munera promiſcue gererent ut de priamo & ænea apud Maronem

& a minoribus tandem ut a.C.Cæſare diuo Auguſto multisq; aliis
prīcipibus quos maximi pōtificatus titulis ſignitos ī multis quę
adhuc extat monumentis cernimus obſeruatū eſt.Cęterum Nū-
ma plures in urbe Romuli q̄ ſui ſimiles reges fore ratus qui reli
cta religionis cura bellorum negociis implicarentur:ſacerdotes
quos flāmines appellant quiq; rei diuinæ iugiter adacti eſſent mul
tis deorum inſtituit flaminem unum Ioui inſigni ueſte & curruli
regia ſella adornatum quem Dialem uocant huic duos flamines ad
iecit Marti unum;quirino alterum: dicti autem primo flamines ut
plutarcho placet ab his quæ circum caluaria ſunt pileis qui-
bus ad tegendum capita utuntur quaſi pileamines quidam eſſent:
Lucanus in primo Et tollent apicem generoſo uertice flamen uel
ut Varro inquit q̄ in latio capite uellato erant;& caput filo lanæ
pręcinctum habebant;aquo flamines quaſi filamines uocabantur
Dialis uero a dio aquo uita dari putabatur hominibus:uel a Ioue
quod eſt iuuans deus Cęteri enim quiq; cui pręſunt numinis eius
titulo decorantur hic ſolus;ut Varro ait li.ii.rerum diuinarum al-
bum habet galerum uel eo quod maximus eſt uel eo q̄ Ioui imola-
ri alba hoſtia opus ſit multiplices etiam cerimonię fiunt quas in
libris qui de ſacerdotibus publicis compoſiti ſunt: item in fabii
pictoris librorum primo ſcriptas legimus;unde hęc ferme ſunt quę
commeminimus equo enim dialem flamīem uehi religio eſt item iu
rare dialem fas nunq̄ eſt ignem & flamina ideſt flaminis dialis do-
mo niſi ſacrum eferri ius non eſſet:uinctum ſi ędes eius introierit
ſolui neceſſe eſt:& uincula per impluuium in tegulas ſubduci atq;
inde foras in uiam dimitti hęderam neq; tangere neq; nominare fas
erat:pro eo quod hędera uincit ad quod cūq; ſe applicat ſed ne A-
nulum quidem gerere ei licebat ſilidum aut aliquem in ſe neq; in
apice neq; in cinctu neq; alia in parte nondū habere ſi quis ad uer-
berandum ducatur; ſi ad pedes eius ſupplex procubuerit eo die
uerberari piaculum eſt Capillum dialis niſi qui liber homo eſt nō
tonſet Capram & carnem incoctam & fabā neq; tangere diali mos
eſt neq; nominare procinctam claſſē ideſt patā ad bellū militū mul
titudine diali flamini uidere non licet propagines e uitibus altius
prætentis non ſuccidet pedes lecti in quo cubat luto tenui circum
litos etiam oportet unguis diali & capilli ſegmenta ſubter arborē
ilicem terra opientur; Dialis quottidie feſtatus eſt ſine apice ſub

diuo autem esse licitum non est: subtecto utiliter: & non pridem a pontificibus constitutum: Mansurius Sabinus scripsit & alia cerimoniarum genera in hunc modum Farinam fermento inbutam attingere ei fas non erat: neq; tunicam intimam nisi in locis tectis exuisse: sub cęlo tanq; sub oculis iouis nudus ne sit: super flaminē dialem in conuiuio nisi Rex sacrificulus haud quaquam alius accumbit: uxorem si amisit flaminio decedit: Flaminis Matrimoniū nisi morte dirimi non est ius: locum in quo bustum est: nunq; ingredit mortuum nunq; attingit: Funus tamen exequi non est religio.

Alii sacerdotii genus quod ex huiusmodi causa institutum dicitur: Nam annum iam octauum Regnante Numma morbus pestifer italiam occupans Romam quoq; inuaserat. Merentibus uero cunctis traditur peltam æneam e cęlo delapsam in nummę manus decidisse: & in ea mirabilia quædam dixisse: regem: sed exegeria musisq; audisse ac peltam in urbis salutem missam: oportereq; eam obseruare aliis undecī ad illius figuram Magnitudinemq; & formā effectis quo dubium furi ob similitudinem sit cęlestis illius adipiscendæ: peltā itaq; ex eius auctoritate atq; ipio effingere artifices cum certassent diffidentibus ac desperantibus exteris: uecturium Mamurium unum ex summis opificibus usq; adeo similitudinem effinxisse: struxisseq; omnes similes ut neq; numma iam ipse dignosceret harum autem custodes ac ministros cōstituisse dicitur salios sacerdotes alii uero uocati sunt non ut quidē fabulantur a uiro samotrace seu Manthiaco salo nomine qui saltationem quę in armis dicitur edocuerit cum eam re uera teste Plinio. vi. naturalis his. Dardanus instituerit: sed ab ipso tripudio Saltatorio: Ouidius. iii. fastorum: iam dederat salii s a saltu nomina dicta quod uehementi is robustiusq; per urbem currentes subsaltarent: Tū ad mēsē Martium sacras peltas susciperent induti puniceis tunicis: æneis baltis latisq; succincti ęneas capitum galeas portantes: & eneum super tunicam pectori tegmen paruisq; gladus arma pulsantes: Reliquū uero saltationis pedum est opus: mouentur enim suauiter conuersiones ac mutationes inceleri ac crebro numero robuste ac leniter reddentes: Mamurio autem artis illius sue mercedem fuisse perhibent memoriam quandam per saliorum carmen simul cum purichii modulo absolutum: Alii uero uecturium Mamurium qui canebat fuisse aiunt.

Enatoriam dignitatem a Romulo inſtitutam fuiſſe nemo ambigit:Romulus enim urbem conditurus paſtores inter quos adoleuerat conuocauit:cunq; is numerus condendę urbi parum idoneus uideretur;conſtituit Aſylum quo paſſim confugerēt ex finitimis locis peſſimi quiq; ſine ullo conditionis diſcrimīe ex his que omnibus populum conflauit:legitq; in ſenatum eos:qui ętate anteibant & patres appellauit quorū cōſilio gereret omnia:De hoc etiā ſenatu propertius elegiaq; ſcriptor hęc loquitur: Buccina cogebat priſcos ad bella quirites Centū illi ī prato ſępe ſenatus erat;Curia prętexto nunc quę nitet alta ſenatu pellitos habuit Ruſtica corda patres; At qui ut apud lacedęmonios ſenes ſiue ſeniores appellari eos qui ſummum quendam magiſtratum gerunt Cicero auctor eſt:ſic niſi conſiliū ratio ſententia ſenibus ineſſent;non ſummum conſilium maiores noſtri ſenatum appellaſſent:quod & Ouidius in faſtis non reticet dicens;Magna fuit quondam capitis reuerentia cani:Inq; ſuo precio ruga ſenilis erat;Martis opus iuuenes animoſaq; bella gerebant Et pro diis aderant ī ſtatione ſuis; Viribus illa minor nec habendis utilis armis cōſilio patrię ſępe ferebat opē Nec niſi poſt annos patuit tunc curia ſeros Nomen & ętatis mire ſenatus erat:iuradabat populo ſenior finitaq; certis legibus:ē ętas unde petatur honos;ab honore ergo patres: ab ętate ſenatores appellati;alii ſenatores a ſienendo q̄ facultatem darēt dictos putant uel q̄ agrorū partes tenuioribus ac liberis propriis attribuebant: Huic centum ſenatorum numero plures ac diuerſis temporibus additos inuenio: Brutus enim quo plus uirium in ſenatu etiam frequentia ordinis faceret diminutum parum numerum primioribus equeſtris gradus electis ad trecentorum ſummam expleuit traditūq; īde ferē ut ī ſenatū uocarentē qui patres;quiq; adlecti atq; cō ſcripti eēnt patres ut diximus uocati uel quod ſūt patricii generis adlecti quod propter īopiā ex equeſtri ordine in ſenatorū ſunt numero aſſumpti:Conſcripti autem q̄ in ſenatu quem nouum effecerunt ſunt ſcripti: uerum' poſt Cęſaris obitum excreſcentem hunc numerum deformi incondita ac īdigniſſima turba:Mile enim exceſſerant:& nonnulli per gratiam;nonnulli premiis electi qui abortiui uulgo appellabantur;Auguſtus admodum priſtinum & ſplē dorem redigit: prętet hæc ſenatorum nomina ſunt qui pedarios ſenatores opinentur appellatos: q̄ ſentētia in ſenatu non uerbis

dicerent:ſed in alienã ſententiam pedibus irent: tanq̃ ſententie dictione carentes aliorum dicta confirmarent & quaſi pedibus ĩ alienam ſententiam deſcenderent: Alii uero differentia quaſi quadam q̃ eſſent pleriq; qui magiſtratus curules adepti ſede curruli honoris gratia in ſenatum ueherentur;qui uero iter pedibus facerent;pedarii appellabãtur. M. autem Varro equites quoſdam dicit pedarios appellatos uideturq; eos ſignificare qui nondum a cenſoribus in ſenatu lecti quidem erant: ſed honoribus populi uſi quidem erant in ſenatum ueniebant & ſententiam eius habebant: Nam ut curulibus Magiſtratibus functi qui nondum a cenſoribus in ſenatum lecti erant ſenatores non erant:etiam quia in poſtremis ſcripti erant non rogabantur ſed quas principes dixerãt in eas ſententias deſcendebant De more autem habendi ſenatus .M. Varro Rogatu pompeii librum edidit cum ille cos. primum cum .M. craſſo fuiſſet deſignatus creditur quia foris militiæq; ad eam ętatem occupatus ciuilis conſuetudinis expers eſſet uelleteque ceteris non indoctior uideri: in hoc libro id genus multa ſcribere Varronem Gelius atteſtatur;primũq; illud fuiſſe per quas perſonas haberi ſenatum liceret:nominãs dictatorem conſules prætores Tribunos plebis interregem prefectum urbi:neq; alii pręter hos: ius fuiſſe dixit facere ſenatusconſultũ quotiensq; uſu ueniſſet ut omnes iſti magiſtratus eodem tempore Romæ eſſent:tum quoq; ſupra ordinem ſcripti eſſent qui eorum prior aliis eſſet;ei potiſſimũ ſenatus conſulendi ius fuiſſe: Addit deinde exordinaria in re tribunos militares qui proconſulibus eſſent Decemuiros item quibus tum imperium conſulare eſſet Item triumuiros reipu. conſtituẽdę creatos ius conſulendi ſenatum habuiſſe;de loco autem habendi ſenatus aut ſenatusconſulti rogãdi niſi in locis per augures cõſtitutis quę templa appellantur haberi rogatiue potuiſſe negabat Moris etiam erat ut eo in loco ſenatus ĩiuſſus aſſidua ſtatione cogeretur;qui ſenatulum appellabatur unde accitus deinde q̃primũ in curiam pficiſceretur: De tẽpore autẽ habẽdi ſenatus ita diſſeruit: Ante exortum inquit ſolẽ aut poſt eius occaſum ſenatusconſultum irritum; Opus etiam cenſorium fuiſſe per quos & quo tẽpore factum ſenatusconſultum eſſet excutere; De ætate autem ſenatoria ne cui paucioribus.xxv. annis nato ſenatum ĩgredi liceret ut in uita magni pompei auctore plutarcho conſtitutũ eſt:cęterũ

minoris ętatis ſenatum aliquando ingredi moris fuiſſe uetera legẽ tibus non dubium eſt;ueluti.M.Valerio coruĩo cõtigiſſe nouimus Cui tertium & uigeſimum annum ingreſſo conſulatum largiti ſũt Quominus autem ſenatum introirent cum prętextatis filiis ſena. tores ut moris antea fuerat decretum poſtea factum eſt papiriiq; prętextati factum in cauſa fuit Qui etiam ſenatum habiturus eſſet Auſpicari primo atq; ĩmolare hoſtiam debere idem Varro cenſe, bat.Docuit etiam de diuinis rebus priusq̃ de humanis ad ſenatũ eſſe referendum:Idem ſenatusconſultum duobus modis fieri aut per diſceſſioné ſi conſentiretur aut ſi res dubia eſſet per ſingulorũ ſententiam de pignore quoq; capiendo deq; multa irroganda ſena tori;qui quo tempore uenire in ſenatum debuit non uenit;in quo & illud animaduertendum de more quod ſicut lex a quinquageſi, mo anno militem non regit;ita a ſexageſimo ſenatorem non citat; hunc etiam morem apud ueteres neceſſitates publice reperierunt ut ſi forte aliqua uis ab hoſtibus imineret quæ cogeret uel humi lia captare conſilia uel aliqua conſtituere quæ non prius oporteret dici q̃ efficiuel ſi nollent ad amicos aliqua permeare ſenatusconſul tũ tacitũ fieret.ita ut non ſcribę;non ſerui publici;non cenſuales illis actibus intereſſent; ſenatoresq; excipent omnium officia cen, ſualium ſcribarumq; complerent;Horum & ars erat de irato face, re beniuolum;de ſuſpecto placatum; de auſtero mitem;de aduer, ſante propitium; Et quanq̃ ut dictum eſt ſenio confecti armis mi, nus ualerent binos tamen ſenatores ſingulis cohortantibus præpo ſitos tertio ab ur.con. libro teſtis eſt Liuius;Patriciorum familia Ioui naſcitur fuiſſe dicata;ſi origine dignitatum antiquitatis or, dinẽ perſcrutemur quo ſummi dei ſicut putauere cultura locũ pri, marium poſſideret patriciatusq; nomen ipſum ut quidam ueridico, rum a patribus dictum eſſe uoluerunt;

Conſularem exactis regibus dignitatem regii nominis factum declinantem cum plenam pene eorum inſtar adminiſtrandæ reipu. facultatem haberẽt:accerſitam fuiſſe antiquitatis monumenta de, clarant: Duo hi erant pro uno rege creati ut alter malus eſſet uo, luiſſet ab altero ſimilem poteſtatem habente cohiberẽt; his primũ omnia iura ex regia poteſtate erant oĩa deinde eiusmodi inſignia pomparumq; fercula & officii ſui ornamenta;Nã ambobus faſces erant coss.quattuor & uiginti lictores;totidem cum ſecuribus quę

proinde tantæ potestati cathenarum nexibus præcepte sunt alligari: ut cum tardius soluerentur morã deliberationis acciperent; maxime si de cede aut hominis nece aliquid censuissent: Cunctator enim eẽ debet qui iudicat de salute Alia enim sententia corrigi potest: de uita homnis haud quaq̃: Arma quinetiam ista iuris sunt non furoris & contra noxios sic instituta ut plus terror corrigat q̃ pœna consumat: Ciuilis est etiam pauor iste magis q̃ bellicus; ut pote quę abactores timeãt reformidẽt fures latrones exhorreant, innocentia tantum læta respiciat; institutũq; id etiam est ut duplicatus terror uideretur ut eorum tantum alter fasces haberet; non amborisq; penes quem fasces essent; maior consul diceretur uel is qui prior factus est prætor aut maior urbanus minores cęteri quibus quod plerunq; in maximis urbibus solet senatus decreuit ut darent operam ne quid respu. detrimenti caperet permisitq; eorũ alterum uel ambos cum opus esset exercitum parare: bellum gerere coercere omnibus modis subditos atq; ciues domi militiæq; imperium ac iudicium summum capitis dicere; sed ciuis non Romani quem solum cohibere & in publicam custodiam duci iubere illis fas erat: Sella curruli pro sui magnitudine utebantur multis gradibus enixi ut ibi locati nihil abiectum nihilq; humile meditarentur; utq; in ocio subiecti mererentur quod alii post maximos labores assummunt ĩperantes; manus porro uictoriali Scipione munita erat quo Romanæ reipu. uiri fortis dextra tuereret fortunas omnium ac liberos in augumentum etiam publicæ gloriæ famulos solueret iugo seruili calceis auratis: præterea prodibant in publi cum tanq̃ auri materiam quã mens adinaneuolans tanti putat parauifacere non solum sed pessum etiam dare uiderentur; inter cętteras etiam reipu. dignitates soli meruerunt pictos habere humeros uario colore palmatę uestis: quam foelicitas dabat præmio uincentium q̃ autem candidis uestibus induti procedebant candidati appellabantur q̃ deniq; populo consulerent & patrię tũ omnia eorũ traderentur arbitrio ne insolescerent animo a cõsulendo consules dicti sũt nisi illinc potius unde Actius ait in Bruto: Qui recte consulit consul ciatur uel ut Quintilianus; cõs. sit a cõsulendo uel a iudicando; Nam & hoc consulere ueteres appellauere. Magistratus huius imperium Annuum erat: quo ne diuturna potestate ĩsolentes facilius in errorem prolaberentur se custodirẽt; hi quãq̃ breuis

esset eorum Magistratus nihilominus tamen si haud essent idonei infra annum amouebantur: Illud quoq; de more fuit consulatum petentibus ut perse ipsos comitiis interessent nulliq; xxv. annis minores quæ senatoria ætas erat; admitterentur.

Vfes consul etiam poenorum lingua dictus est: Auctore calidio: Liuius belli Macedonici libro quarto postero die cũ suffectos ad ius dicendum consedissent; conspectę tabellę demptęq; & lectę Alii a sufficio quod ẽ subministro; uel in alterius locum substituto suffectos dictos putant. quasi subalio factos; Liuius xxxi. M. Aurelius cocta decemuir sacrorum mortuus in eius locum. M. Attilius glabrio suffectus Cicero pro murena unus erit cos. & is non in administrando bello sed ĩ sufficiendo collega occupatus; illud deniq; nec prętereundum; Nam cum duę res possĩt eodem auctore proue. here homines in hunc amplissimum consularis dignitatis gradum & honorum populi finem una iuris altera militis non dubium est; quin ad eam adipiscendam multo plus conferat res militaris q̃ iuris ciuilis gloria; uigilat enim alter nocte ut suis consultoribus respondeat: Alter quo intẽdit mature cũ exercitu perueniat; illũ gallorum; hunc buccinarum cantus exuscitat; ille actionem instituit hic aciẽ instruit; ille cauet ne consultores: hic ne urbes aut castra capiantur; ille ut aque pluuię arceantur scit; hic scit. & timet ne hostiũ copię; ille in regendis. hic in propagandis finibus exercitatus.

Roconsularis dignitatis creandę morẽ ae necessitatem induxit imperii Ro. amplitudo quod nec adesse ubiq; ad bella gerẽda oẽs obire prouincias; consules qui modo essent duo possent. his consularia insignia cętera prætereq; q̃ sex duntaxat lictores relicti fuere concessa sunt: Numerus autem consulũ diffinitus erat nullus utq; prędidium nomẽ generale quod & proconsules & omnes prouincias regentes senatores licet essent prędides appellabantur. sic proconsulum appellatio specialis est. qui deniq; q̃ consulum iuribus fungerentur proconsules nominati sunt.

Lictor crudelitatis minister consulis proconsulis prętorum qui fascem uirgarum alligatũ cum securi portat. sunt qui lictores consules xii. Aliorum seni lictorẽ autẽ Valgius Ruffus in secũdo librorum quos inscripsit de rebus per epistolam quæsitis dicit a legẽdo appellatum eẽ: q̃ cum Magistratus populi Romani quẽpiam uerberari iussisset Crura eius & manus ligari uĩciriq; uiatore solita

sint isq; qui ex collegio uiatorum officium ligandi haberet lictor sit appellatus; utiturq; ad eam rem testimonio. M.T. uerbaq; eius refert ex oratione quę dicta est pro.C.Rabirio lictor inquit colli ga manus:Liuius li.viii. lictor deliga ad palum;hxc ita a ligando Valgius ruffus.M.T.Liuius: Festus:ac omnis antiquitas putat & nos sane cum illis sentimus sed Tiro.Tul.M.Tullii.C.Libertus li ctorem uel a lino uel a licio dictum scripsit; licio enim transuerso quod linum appellatur a ueteribus qui magistratibus inquit pręministrabant cincti erant ad reorũ manus ligandas & crura ut diximus uincienda:Male itaq; & inscite qui lictorem a lictando dictũ putant.C.interposita quia rem lictat & interficit:illudq; inepte addunt quasi legis ictorem dici q; iciat idest percuciat reum iuxta legis mandatum quod antiquitas non approbat:colorata licet ratio uideatur; Numero autem xii.lictores sumptos a Romulo:alii a numero uulturum: qui regnum sibi protenderãt augurio:Alii putant & melius ab hetruscis finitimis unde sella curulis:unde toga prxtexta sumpta est adimitationem regum suorum q; duodecim ex populis creato regi singulum singuli populi lictorem darent.

Vestura inqua esse debet scientia iuris summa litterarum gloria cautela sermonis firmitas animi:continentie domicilium:& uirtutum omnium sedes:Actione inferrem.ii.Auctore Ciceronę: primus est gradus honoris dignitatũq; omnium genitrix Varro li.vi teste casli. officium autem eius & origo per quam uetus est & pene ante omnes magistratus quorundam & quidem eruditorum sẽtentia:Gratianus Iunius libro vii.de potestatibus apud ipsum Romulum & Numman pompilium binos quęstores fuisse auctor est pomponius hunc magistratum cœpisse tunc asserit cum ærariũ po.Ro.Auctius & cumulatius esse cępisset:ut esset qui illi pręesset quod Romuli tempore fuisse cũ res tenues & per exigux tũc essẽt haud quaq; putandum est:Cæterum sicut in dubium uenit an Romulo & Numma Regibus quxstor fuerit:ita etiam tullo hostilio rege a quo census in ciuitate & descriptio centuriarum & classiũ quę prius non erant est facta quęstores fuisse:ac tunc initium habuisse ueri magis simile est & sane crebrior apud maiores opinio est Tullum hostilium primum in rempu.induxisse quęstores:hos aũt a qnxrendo quęstores initio dictos põponius & Iunius & crebacius:& fenestella & Varro scribunt uerum quia de capite ciuis

Romani iniuſſu populi non erant :lege permiſſum conſulibus ius dicere propterea quęſtores conſtituti ſunt a populo qui capitalibus rebus pręeſſẽt quæ triumuiri poſtea capitales quęſiuere;hiq̃ appellabantur quęſtores paricidi feſto teſte :uel Pomponio paricidii quorum meminit lex.xii. Tab.dicti quoniam paricide non utiq̃ hi q̃ parentem occidiſſent; ſed qualecunq̃ hominem dicebantur; idem etiam fuiſſe iudicat lex Nummæpompilii in his compoſita uerbis; ſiquis hominem liberum morte ſciens cluit paricida eſto;horum officio iniunctum erat ut prouincias ex ſenatuconſulto ſortirentur utq̃ extra urbem aduenientibus regibus obuiam irent;& hoſte ſubiectos captiuos uenderent;erant & candidati principis quęſtores alii qui libris duntaxat in ſenatu legendis operã darent ;quiq̃ litteras eius in ſenatu legerent.

Rętores initio erant quorũdam iudicio qui poſtea conſules;& hi bella adminiſtrabant; proinde ſic dicti q̃ pręirent;& anteirent iure in exercitu:Auctore autem Pomponio tunc creati cum conſules bellis finitimis auocarentur;neq̃ eſſet qui in ciuitate ius reddere poſſet:Numerum autem prętorum habuit Roma pro tempore Varium primum quidem urbanum: deinde poſt aliquot annos eo non ſufficiente;peregrinum:ſic dictos q̃ ius alter peregrinis;alter ciuibus diceret:Deinde uero plures augendo numerũ ad octo uſq̃ creatos inuenio;unde Cicero pro Milone;ſeptẽ prætores;octo Tribuni plebis illius aduerſarii defeſſores mei.Captis deniq̃ prouĩciis totidem prętores quot prouincię indeditionem uenerant creati ſunt:partim qui urbanis rebus ;partim qui prouincialibus præeſſent horum autem prętorũ inſignia ſex fuiſſe ſecures;Plutarchus in uita Pauli Aemilii auctor eſt;Ad hoc enim bellum inquit æmilius miſſus non cum ſex ut cæteri prętores;ſed cum duodecim ſecuribus ita ut dignitas conſularis imperio eius ineſſet.

Enſores ad cuius cenſionem ideſt arbitrium cenſeretur populus uel abre ipſa q̃ præeſſent faciendo cenſui appellati; uel q̃ rem ſuã quisq̃ tanti eſtimare ſolitus ſit quantum illi cenſuerint;uel q̃ cenſere pro arbitari ueteres cognatione quadam ſocia ac ſimili eſſe uoluerint;ſunt qui a cenſendo ideſt conſtituendo& pręcipiendo; unde etiam dicere ſolemus cenſeo hoc facias.& ſenatum aliquid cenſuiſſe inde.Modeſtino Auctore Cenſoris nomen uidetur eſſe tractũ;hoc munus inſtituiſſe primũ ſeruus Tullus legitur poena

uero ut ſunt reges exacti ius omne faciendi cenſus & cętera quę re
gię maieſtatis huius fuerant ad conſules delatum erat;Creandi ue
ro noui magiſtratus huius dedit cauſã quod bellis urgentibus neq;
populus ſine cenſu eſſe:nec qui eſſent conſules nauare operam cõ.
mode cenſui faciendo poſſent res quidem ut parui admodum mo
menti prius uiſa q; nihil iuris haberet in cenſendi modo populum
ita illuſtris magiſtratus hic max.omnium reuerentię plurimæq; po
teſtatis ac ſeueritatis poena fuit:eo autem uenit ut haud quaq; de
opibus modo uerum de militari diſciplina moribusq; cenſeret:Mos
nanq; Romæ apud equeſtres erat Auctore plutarcho cum per le
gitimum tempus a quoquam militatum eſſet:equum per medium
forum duci coram uiris duobus publice prędidentibus quos cenſo
res nuncupant: illisq; quẽlibet ducum ac imperatorum ſub qui
bus militatum ſit recenſeri: Deinde cenſorum iudicio ſubigi qui
iuxta cuiusq; meritum uel laudem uel infamiam tribuunt huic prę
fecti curę tunc erat uiri dignitate ornatuq; inſignes ad hos curruli
inſidentes equites ſubituri iudicium ritu cum prodirent:Cenſorũ
alter qui ſenior erat interrogabat ſi militias omnes iuxta diſcipli
nam militarem abſoluiſſet;omnesq; qui ſub ſe ipſo imperatore me
ruiſſent quod ſi non ſecus ac dixerat foret inuentum ingenti læti
cia plaudentibusq; amicis domũ illum admittebant ſin minus cen
ſoria eum inurebant nota q; ex tenuiſſimis cauſis licebat illis qui
flagitioſe ac intemperãter degerent.ac loquerentur equum adimere
& exercitu demouere;horum etiam erat uectigalia populi Romani
augere minuereq; luſtrum completo quinquẽnio condere & ſoli
taurilia ſacrificia de ſue:oue;tauro facere de nuptiis;de liberorum
procreatione de uiuendi ratione: de conuiuiis diligenter ĩquirere
nequis patriam ac conſuetam uiuendi diſciplinã trãſgrederetur:ad
hęc etiam munera duo cum eſſent alter patricius:alter uero plebei
us eis licebat;ſenatu principem deſcribere ĩmeritos ſenatu quoq;
amouere:ut.C.Fabricium feciſſe ferunt;qui P.Cornelium Ruffi
num patricium uirum q; decem argenti facti pondo in coniuium
adduxiſſet ſenatu amouit;ſiue ut M.Catonem cenſorem qui .C.
flaminium.T flaminei fratrem q; exortatus a puello quẽ deperibãt
teſte plutarcho uel a ſcorto aliorum ſentẽtia cum eẽt conſul in gal
lia ut aliquẽ ex his qui in uinculis rei capitalis damnati erant ſecu
ri percuteret obtẽpauit ſenatu eiecit;Valerius ancias nõ ad pueri

ſed ad mulieres cuius amorem teneretur arbitrium id ab.L. perpetratum affirmat Liuius autem ſcriptum ĩ oratione Catonis aſſerit Gallum tranſfugã cũ uxore ac liberis ueniſſe & ab.L.inter epulas exceptum:Mox ut ſcorto quod ardebat obſequeretur; ab eo propria manu confoſſum hoc ad exacerbanda Lucii crimina iure dictum a catone crediderim; ipſum autem occiſum minime tranſfugam uerum ex damnatis unum in uincula coniectum extitiſſe;tũ alii q̃plures;tum uero teſtes ſunt. Valerius Max.& Cicero in eo q̃ eſt de ſenectute libro ubi omnẽ Catonis ſermonem & ipſius rei narrationem tribuit;ipſi deinde cenſores ſacrificium prętia curabant & deſcriptionis genera & reipu.officia deſtinguebant: Cenſionem enim facere dicebantur cum multam equiti irrogabant; cenſioq̃ haſtaria dicebatur cum militi multe nomine ob delictum militare quod haſtas daret dicebatur:Multas prętera poteſtates hic magiſtratus habet quas ponit Iulius capitolinus in uita Valeriani:Suſcipe inquit cenſuram quam tibi detulit Romana Respu.quã ſolus mereris iudicaturus de moribus hominũ;iudicaturus de moribus noſtris;tu eſtimabis qui manere in curia debeant;Tu equeſtren ordinem in antiquum ſtatũ rediges; tu cenſibus modũ pones tu uectigalia firmabis;diuides ſtatum Resp.recenſebis;tibi legum ſcribendarum auctoritas dabitur;tibi de ordinibus militum iudicãdum eſt;tu arma reſpicies;tu de noſtro palatio tu de iudicibus;tu de præfectis eminẽtiſſimis iudicabis;excepto deiq̃ prefecto urbis Rome exceptis conſulibus ordinariis & ſacrorum rege ac max.uirgine ueſtalium ſi tamen incorrupta permanſerit; de omnibus ſententias feres;illud deniq̃ nec prętereundũ cũ alios magiſtratus annuos fuiſſe conſtet;quinquennalem quondam cenſuram extitiſſe quod quia p tot annos graue diuturnum inſolensq̃ nimis uiſum eſt ne plusq̃ annua ac ſemeſtris cenſura eſſet conſeſſui ingenti populi factum eſt;atq̃ hoc teſte Aſconio:tam triſte ſe uerumq̃ nomen.P.R.ſic oderat ut intermiſſum eſſet non nunq̃ per plurimos annos non nunq̃ propter infamiam corruptorum iudicũ plebem ipſam quod ante recuſauerat poposciſſe.

Ribunos celerum primus Romulus creaſſe fertur:Nam cum eodem tempore in tres tribus tota ciuitas diuiſa eſſet Ramnenſes a nomine ſuo:a Tatio Tatienſes; tertię autem tribus homines Luceres dicti a luco aſylli:in quem multi fuga delati ciuitate donati

sunt ut Plutarchus inquit:& Plinius testis est noua Quinq; tertiæ huius tribus denominatio auctore Liuio incerta sit: Tribus autē ipsas tres fuisse numero nomen ipsum declarat quibusq; qui præerant tribunos uocitabant q; terni tribus ex tribubus olim ad exercitum mittebantur:Celerum autem tribunum proinde appellari quidam opinati sunt: q; uel celeriter occurrerent si quando eorum opera respu. indigeret:cum equitibus ille præesset & ueluti secūdum locum teste Pomponio a regibus obtineret:uel a celere Remi interfectore quod celeres antiqui dixerunt quos nunc equites dicimus:horum tribunorum militarium ut inquit. Q. Asconius pedianus:duo sunt genera primum qui Ruffuli uocentur & hi quidem in exercitu creari solent a consule non a populo:de quorum iure ut festus etiam inquit q; Rutilius Ruffus legē tulerit:Ruffuli ac post Rutuli sunt uocati:alii sunt comitati qui comiciis designantur ad gubernandam rempu. consulum loco:Aliquando sub consulibus ut essent in exercitu ad ordines ducendos instituti:horum officium uel eorum qui exercitui præsunt ī libro de re militari Marcello teste Milites in castris continere ad exercitationem producere: claues portarum suscipere:uigilia interdum circuire:frumentationibus commilitonum interesse frumentum probare:Mensuræ fraudem cohercere:delicta secundum suam auctoritatem his modis castigare:principiis frequenter interesse:querelas commilitonū audire: ualitudinarios inspicere:Flauius uopiscus in uita Aureliani in epistola ad uicarium suum permulta his adicit ad tribuni officium maxime spectantia: si uis inquit tribunus esse:Immo si uis uiuere:manum militum contine nemo pullum alienum rapiat:ouem nemo contigat:uuam nullus auferat: segetem nemo deterat:oleū: salem:lignum nemo exigat:annona sua contentus sit:de præda hostis:non de latrociniis prouincialium habeat: arma tersa sint:ferramenta samiata: calciamenta fortia: uestis noua:uestem ueterem excludat:stipendium in Balteo non ī popina habeat:torquem brachialem anulum apponat: equum & saginarium suū deficet:alter alteri quasi seruus obsequatur:a medicis gratis currentur Auri spicibus nihil dent in hospiciis caste se agant: qui litem fecerint:uapulent:Tribunus autem plebis creandis initium fuit secessio plebis a patribus in sacrum montem facta ubi Meneuii agrippe opera pace inita conuenit ut plebeios magistratus in urbe haberent:

Sicq̄ duos tribunos tum habere plebs cæpit a uirginio et. T. uetusio coss. alia postmodū secessiōe tres additi Appio Claudio &. T. Q. coss. Mox quīq̄ alii. coss. Q. Minutio et M. oratio: pulnino; hoc pacto. X. tribunis ī plebem Ro. fuit iurisditio; sicq̄ plebi cōcessū est condictiones inire cōcordię ut plebs suos magistratus haberet sacrosanctos quibus auxiliis latio aduersus consules eēt neue cui patrum capere eum magistratum liceret; Tribunorum tandem tā tum inmodum creuit auctoritas ut quicquid senatus decreuisset ita demum ratum haberetur si tribuni approbassent; stabant autem hi ī uestibulo curię ubi habebatur senatus: Nam templum siue curiam ingredi non licebat et quecūq̄ Senatores decreuissent tribunis præferebātur ut quę e re pu. fore uiderentur approbarent cętera ad arbitrium reiicerentur: tum quę senatus consulta approbassent .t. lrām in tergo adiiciebant haud aliter rati iudicatum iri: De potestate autem tribunitia Labeonis antisti iuris peritissimi extat sententia cuius uerba quēadmodum scripta apud gellium offendi ita illa ipsa inscripsi: In ępistola inquit athei capitonis scriptū legimus Labeonem antistium legum atq̄ morum et P. iurisq̄ ciuilis doctū apprime fuisse Sed agitabat inquit hominem libertas quędam uecors usq̄ eo ut diuo augu. iam principe et rem pu. obtinente ratū pensumq̄ nihil haberet: nisi quod iustū sanctumq̄ esse in Romanis antiquitatibus legisset: ac deinde narrat quid idem labeo ꝑ uiatorem a tribuno plebis uocatus responderit: Iussit enim eū qui missus erat redire et tribunis dicere ius eos non hrē neq̄ se neq̄ alium uocandi quod ā modo moribus maiorū tribuni prærensionē haberēt uocationem non haberent: posse igitur eos uenire & prehendisse iubere: sed uocandi absentem ius non habere: idq̄ etiam apud Varronem in libris rerum humanarum scriptum asserit. A. Gelius qui quidem Varro cum triumuir esse asserit se a tribunis plebis uocatum non esse: & cum tribunus plebis esset uocari neminem fecisse: ea etiam tribunis ple. auctore plutarcho potestas est: ut si prefes sit dictator secunda sit ſ autem absit prima ac ferme sola: huic preterea magistratui nullum integrum diem abesse Roma licere ius erat: ius etiam huius tribunicię potestatis magis ad impediendū est q̄ ad agendum quippe quę ceteris omībus collegis uolentibus & si complures sint: unus qui nolit & se opponat plus possit: Fuit etiam ut aiunt Tribunitia potestas prius apud Romanos publicę

dignitas ſigne; Poſtmodũ quoq; iudicialis ordinis obtinuit rõem inde nanq; & decretum illud ſenatus ut Auguſtus cęſar morum legumq; regimini ac eque in perpetuum tribunitiæ pręeſſet potestati unde apud eos tribunus dictus eſt q; tribus pręeſſet ordinibus: patricio: equeſtri: & plebeio: dicti etiam ſimili modo tribuni ple. a tribu q; uel tribuũ ſuffragio crearentur: uel q; in tres partes populus diuiſus eſſet cum plebs a patribus ſeceſſiſſet: et ex ſingulis ſinguli crearentur: tribuni autem erarii a tribuendo ære ſunt appellati q; ęrarium ſane populi Ro in ęde ſaturnii habuit:

criba a ſcribẽdo nomen accepit officium exprimens uocabuli qualitate, Liuius ab urb. con. li. ii. Ibi cum ſtipendium forte militibus daretur: et ſcriba cum rege ſedens pari: fere ornatu multa ageret cum milites uulgo adirent: timens ſciſcitari utrum porſẽna eẽt ne ignorando regem ſemet ipſe aperiret quis eſſet quo temere traxit fortuna facinus ſcribam pro rege obtruncat: Probus æmilius de excel. Dy. exter. gen. in uita Ageſilai: Itaq; eum habuit ad manũ ſcribę loco quod multo apud graios honorificẽtius eſt: q̃ apud Romanos: nanq; apud nos re uera ſicut ſũt Mercenarii ſcribæ exiſtimantur: & apud illos econtrario: nemo ad id officium admittitur; niſi honeſto loco; & fide & induſtria cognita quod neceſſe eſt omniam conſiliorum eum eſſe participem: Cicero in uerrem actione .v. ſæpe enim noſtri imperatores ſuperatis hoſtibus optime Repu. geſta ſcribas ſuos anulis in contione donarunt: Ab ępiſtolis uel ab ſecretis etiam is intelligi dicitur cuius ſecreta ſcribit uel ępiſtolas: ſuetonius in uita Claudi: ſed ante omnes narciſum ab ępiſtolis & pallantẽ a rationibus quos decreto quoq; ſenatus nõ premiis modo ingentibus ſed quęſtoriis prętoriisq; cinamentis honorari libens paſſus eſt. Flauius Vopiſcus in uita Carini Quorum uitam ſingulis libris Claudius Euſtenius qui Dioclitiano ab ępiſtolis fuit ſcripſit; notarius item ſecretorum ſcriba dicitur: Flauius uopiſcus in uita Aureliani incidit autem ut ſe res fataliter agunt ut Mneſteum quendam pronotario ſecretorum habuerat libertũ ut quidam dicunt ſuũ infenſiorem ſibi minãdo redderet Cas. primo Varro pater enim canditati ſub Valentino principe geſſit tribuni & notarii laudabiliter dignitatem: honor qui tũc dabatur ægregiis eum ad imperiale ſecretum tales conſtet eligi inquibus repræhẽſionis uicium nequeat inueniri.

Ancellarius uel a cancello ala palatii ſic dictus :q̄ olim ibi offici um ſuum exerceret iuxta theſaurum impatoris :cuius ſibi cura de, mandata erat;uel a cancello ſecundum eam ſignificationem qua di citur interſticium a paleſtina regione tractum ubi tecta cacumi, nata non erant ſed iacebant in planum proſtrata interſticia igitur illa inter propugnacula ſita parietibus hinc inde errectis Cancel li proprie dicuntur; Qui uero ępiſtolas miſſas recitare uolebāt; populo in dicta regione ſuper tecta ſcandebant & de cancellis reci tabant unde inolenit uſus paucorum tamen eruditorum ut qui po pulo litteras principis habent miſſas exponere Cancellarii appel. latione nominentur.Cę.li.xi.Var. reſpice quo nomine nuncuperis Latere non poteſt quod inter cancellos egeris tenes quidē Lucidas forem :clauſtra potentia :Phenestras ianuas & q̄uis ſtudioſe claudas;neceſſe ē ut te cunctis aperias: Nam ſi foris ſteteris ī eis non emendaris obutibus:ſi ingrediaris obſeruantium non potes declinare conſpectus;uide quo te noluerit collocari antiquitas;un diq̄ conſpiceris qui in illa claritate uerſaris;Flauius uopiſcus in uita Carini Amicos optimos quoſq̄ relegit aut tenuit: prǽfectum urbi unum ex cācellariis ſuis fecit quo fædius nec cogitari potuit aliquando nec dici.

Opulares & optimates interſe differunt:Nam populares teſte Priſciano libro artis grammaticę.v.hi ſunt qui defendunt popu lum :optimates qui defendunt ſenatores; Cicero pro.P.ſextio: Duo genera ſemper in hac ciuitate fuerūt eorum qui uerſati in re pu.atq̄ in ea ſe excellentius gerere ſtuduerunt alteri populares;ſe alteri optimates & haberi & eſſe uoluerunt; qui ea quæ faciebant queq̄ dicebant:multitudini iocunda eſſe uolebant;populares qui ita ſe gerebant ut ſui cōſilia optīo cuiq̄ pbarēt;optimates hēbāt idē ī eadē:oēs optimates ſunt qui neq̄ nocentes ſunt neq̄ natura improbi nec furioſi nec malis domeſticis impediti;idem in eadem quod eſt preſtantiſſimum maximeq̄ optabile ſanis bonis & beatis & cum dignitate ocium hoc qui uolunt omnes optimates qui effi, ciunt ſūmi uiri; & conſeruatores ciuitatis putantur;Ariſteteles li.v.ethi.ex dignitate quoq̄ id apparet;iuſtū enim illud quod in di ſtribuēdo conſiſtit ſecundum dignitatem quandam eſſe oportere omnes fatentur; ipſam uero dignitatem non eandem omnes eſſe aiunt;ſed populares quidem libertatem;potentes uero opulentiā

aut genus;Optimates autem uirtutem dicunt; Idem Libro tertio polli.uocare autem conſueuimusCum unus ad utilitatem communem reſpiciens;gubernat regiam poteſtatem cum uero pauci gubernant plures tamen uno optimatum gubernationem uel exeo quia optimi pręſunt :uel ex eo quia adoptimū publicum adminiſtrant.Idem in quarto uidetur autem optimatum eſſe maxime honores tribuere ſecundum uirtutem ;finis enim optimatum uirtus; paucorum uero gubernationis diuitię ;popularis autem libertas. Idem in eodē :quo.n.ab optimis uiris ſimpliciter per uirtutem eſſe gubernatio rei pu.et nō ad ſuppoſitionem quidam bonorum uiroꝝ eam ſolam iuſtum eſt opti natem appellari

Roceres teſte uarrone:principes ciuitatis quia eminent in ea ſicut in ędificiis mutili quidam.i.capita trabiū :quę proceres nominantur.quaſi procedes hinc facta trāſlatio eſt ad quoſdam ut proceres dicantur qui ante omnes honore pręcedant .Sunt qui ꝓceres quaſi procul a carię hoc eſt putredine ac uiciorū corruptione dictos putent;quod tam et ſi principibus conuenit maxime propter excellentiā et egregiam qua pręditi eſſe debent probitatem fallūtur;tamē inſcitia litterarum nec tam ꝙ eſt q̄ ꝙ eſſe debet autumāt huiuſmodi ſingularem numerum raro eſt inuenire ;Iuuenalis.li iii. Agnoſco proceré ſalue getulice ſeu tu Syllanus quocūq; alio de ſāguine rarus;In plurali frequentiſſimum eſt;Liuius ab urbe .con. li.iii.Et nos ut decet proceres ut Fabio nomini eſt:non dignū pugnādo potius q̄ adhortando;accendamus militum animos Lucanus in.V.Fata uocent procerum motus hęc cūcta ſequūtur :

Rimores ſicut hi proceres uel q primates qui inter reliquos maioris poteſtatis et digniores in populo;Liuius in.i.Ipſe ad primores Romulus prouolat;

Vmmates uiri potentes .Satyrus in comedia piſcatoria Summates uiri ſimplones facti ſūt ganei.Macrobius li.i.de ſomno Scipionis;Sed Sūmatibus tantū uiris sapiētia īterprete ueri archani cōſciis cōtenti ſint :reliqui ad uenerationem figuris defēdentibus a uilitate ſecretum;

Ræſidum nomine omnes prouincias regentes.licet ſenatores ſint appellanť iure pręſeſ is dicitur qui maiuſ;in prouincia habet īpiū poſt principem;hinc præſidium dictum auxilium principale ſicut ſubſidium id quod in auxilium ſuccedit dicitur :et milites qui

aliorum tutelam militū oppidi uel caſtelli ſimiliumq; collocati ſūt preſidium uocantur; uel ut inquit narro preſidium dictum q; ex tra caſtra preſidebat in loco aliquo:quo tutior regio eſſet:uel q; p utilitate:et ſalute alicuiuſ auxilii gracia:preponit:Sicut ſubſidium quod poſtpoſitum eſt ad Subueniendum laborantibus.

atrapes:uel satrapa:iſ eſt:qui locorum prefectuſ deſignatur:plutarchuſ in uita eumeniſ:tū capto ariarate rege:et regione in poteſtatem redacta Satrapes hoc eſt locorum prefectus deſignat Regū Libro prīo Et non īueni īte quicq̄ mali ex die qua ueniſti ad me uſq; ad diē hanc Sed satrapis nō places;idem in eodem Reuertere ergo et uade inpace:et non offendas oculos Satraparum

Rinceps ordinis nomen eſt inde dictus q; primus capiat ſicut municepſ ab eo q; munera capiat idem et dignitatis cui hec tuenda ex officio;et capitis periculo defēdenda: religiones auſpicia poteſtates: Magiſtratus: Senatus: auctoritas;leges: mos maiorum iudicia iuriſdictio:fides:prouintię:Socii:imperii laus:res militaris harum rerum ac tantarum eſſe defenſorem;atq; patronum;Spartianus in uita Adriani;Tunc enī nos ut princeps cauſas cognoſceret et ſenatores et equites romanos in conſilium uocaret: et ſentētiam ex omni deliberatiōe preferret CAss.ii.Var Vocabulum prīcipis nulla ſorde maculaſti:ſeruās dignitatem nominis exercitatione uirtutis:ouidius de romulo et cęſare ſecūdo faſtorum:Tu rapis hic caſtas duce ſe iubet eſſe maritaſ: tu recipis luco repulit ille nephaſ Viſ tibi grata fuit florēt ſub cęſare leges Tu domini nomē;prīcipis ille tenet Te remuſ incuſat;ueniā dedit hoſtibus ille Celeſtē fecit te pater ille patrem.

Omini uero Appellationem preclariſſimos in re pu. principes et ducef inuenio declinaſſe;nam et ſcipio ipſe prius italia hiſpaniaq; recupata cum affricam quoq; ſubegiſſet: hānibale pulſo. nullo tamen Successu dominum ſe paſſuſ eſt appellari niſi apoenis:quiſ æquas cōdictiones totiens rupto fędere fraudulēter iugum abiecerant:non obtemperantes militia abiecit:quaſi rei pu. hoſtes:infamia notās: Auguſtus quoq;:Romani decus īperii:nec ſerio:nec io co ſe paſſuſ eſt a quoquā tali nomine appellari:Tertulianus īpologetico contra gentes;Auguſtus imperii formator nec dominum quidem dici ſe uolebat;Et hoc enim dei eſt cognomen:dicā plane Imperatorem dominum:Sed more cōmuni:Sed quando non cogar

dominum dei uice dicam: hoc cum declinaret Augustus: meruit profecto patris patrię cognomen quod uniuersi repentino maximo que consensu ei detulerunt: quod gratius esset pietatis nomẽ quam potestatis utq; sciret datam sibi potestatem patrięque tẽperatissima est liberis consulens: quid autem inter patrem: et dominum sit ostendit probe Terẽtianus ille mitio hoc patrium est inquit potius consuefacere filium sua sponte recte facere quam alieno metu: hoc pater hoc dominus interest

VX aducendo dictus esse enim debet prec̨eteris dux inducendo agmine præcipue solers ubi iter quopiam fecerit & cum ad difficilẽ transitu Saltum uenerit contemplari secum animo ab omni parte loci naturam comites deinde ueteranos si quos habet querere et percunctari si hostes eo loco quid si a fronte quid si alatere quid si a tergo adorientur capiendum consilii foret utrum ne pergeret qua occepisset ire uiam an eam qua uenisset repetere satius esset: Castris autem deligendis quantum munimento loci complexurus: qua opportuna aquatio: qua pabuli lignorumq; copia: qua comeatus expedire: quo tempore pugnam inire aciem struere: subsidiis firmare: magĩfice adhortari: perteritos milites a metu reuocare nec uerbis tantum ferocem & strenuum esse: sed operum militarium haud quaquam expertẽ qui & ipse cũ opus sit tela tractare procedere ante signa: uersari media mole pugnæ sciat: sciat quoq; consilia sua celare: tacere: dissimulare: insidiari: ab ĩsidiis prec̨auere: hostium cogitationes præripere: speculari: & explorare eorum ubi copię sint quantæ quoue genere armorum: plurimum enim ĩteresse usuris quæ deinde turba inermis quæ leuis armaturæ: quæ impedimenta: quanto ea aut quali præsidio custodiant: deinde dicta ne tantum q̃ facta milites sequi iubere: nec disciplinam modo: sed exemplum quod diligentiæ genus rectissima fortasse ratione probabitur quotiens licebit: uerum si mutabitur natura loci: si mõs occurret: si flumen obstabit: si collibus: syluis asperitateq; alia prohibebitur: mutabit hostium genus ĩminentis condictio discriminis: et nunc acie directa: nunc cuneis: nunc auxiliis: nunc legione pugnabitur. Ad hæc insuper intueri et scire quo auspicio ineũda pugna sit: nec deesse fortunę prębenti sed oblata casu flectere ad cõsilium debet: illud ad postremum præc̨teris in animis ducum habendum nihil ĩ bello. ſ. debere contemni neq; sine causa dici matrẽ

timidi flere non ſolere: horum igitur omnium qui ſunt memores & uſu & expientia cõpotes:eos duces dixerim ceteris iure prętuleim modo a populo non amilitibus creati ſint.

Omes ſocius: ſodalis comisq; & collega in quo conueniant quo ne differãt: auctorum ſententiis illuſtrium ex his accipe:Comitem dicere debemuſ Auctore uult ac labeone eum qui comitetur.et ſequitur:quiq; frequentandi cuiuſcunque gracia ut ſequeret deſtinatus eſt; minores etiam comes & ducem habet;ut Cicero. Non comitem ſe inquit: ſed ducem prębuit:& alibi neq; princeps tunc ad ſalutem eſſe potuiſſem ſi eſſe alii comites uoluiſſent:ſocius uerono ſed mĩor patẽ ideoq; duces in bello quotiẽs milites alloquũt conciliandę beniuolẽtię gratia nõ ferre appellãt comites ſed ſotios cõmunicantes quodãmodo eorum dignitatem cum illis ut e diuerſo cum eoſdem commilitones uocant cõmunicantes eorum condictionem atq; ſortem cum ipſis:neq; enim dux commilito eſt militũ ſed milites inter ſe commilitones ut apud uirgilium æneas de militibus ſuis;o ſocii auctor eſt ipſe in ſua perſona loquens de achimenyde Comes infoelicis ulyſſi & iterũ uno graditur comitatus achate:Neq; ſcite dixiſſet de ulyſſe & ęnea hunc eſſe comitem achate illum achimenydis: idem tamen ait:Arma deosq; parant comites:& iterum ſacra deosq; tibi commendat troia penates:Hos cape fatorũ comites:Nunquid dii erãt comites græcorum atq; æneę an duces certe dii penates comites erant confeſſione tum ęneę tum ipſorum quoq; deorum: Nam li.i. æneas ait uictos qui ab hoſte penates: claſſe ueho mecum:& ĩ iii. Dii aiunt hoste dardania incenſa tuaq; arma ſecuti: Nos timidum ſub te permenſi claſſibus ęquor ſub te ideſt duce:& te ſecuti ſumus ideſt tui comites fuimus;idẽ de grębcis quidem dicẽdum & de eorũ deis.idem etiam de ſybilla & ęnea quanq; modo hic modo ille dux aut comes tum ſequebatur eneæ uoluntatem ſybilla & quaſi miniſtram ſe prębuit comes erat qui uero ducebat præmoſtrans iter & declarans ea quæ ille ignorabat dux eadem dicitur:tam & ſi aliquando comitem pro ſocio dicimus ut Cicero in Rethoricis:De uiatore:qui cum ante lucem ſurreviſſet comitem inquit ſuum inclamauit ſemel & ſæpius cum de eodem antea dixiſſet in itinere quidem proficientem ad Mercatum quendam & ſecum aliquantum nummorum ferrentem eſt comitatus.i. ſecutus;quare ĩ prefatione artis grãmaticę priſc.monitus ĩ primis

aliosq; monens monendus tamen plurimum in hęc uerba adiulianum ſcribens: Tibi ergo hoc opus deuoueo omnis eloquentię prę-
ſul: ut quantūcūq; mihi deus annuerit ſuſcepti laboris gloria te comite quaſi ſole quodam diluçidius creſcat: ſed quid magis delirum abſurdumq; q̄ quem dicas tuum ſolem eundē appellare comitē tuum hoc ipſo: q; ſole Eſt præterea alia inter comitem & ſotium differētia q; comes eſt quicūq; ſequitur alterius ductum: Sotius plerūq; in negociis ſeriisq; rebus: & fortunæ arbitrio ſubiectis: Cęſar in comentariis itaq; Androſthenes pręfor theſaliæ cum ſe uictorię pōpei comitē eē malet: q; ſociū Cęſaris ī rebus aduerſis: Omnem agris multitudinē ſeruoꝝ ac liberorū in oppidū coegit: uerum huiuſmodi differētia apertior inter ſotiū & ſodalem eſt ſodalis enim proprie in rebus lenioribus ac ſępe uoluptuoſis. Quītilianus quo tandem poteris animo ſi delicatus adoleſcens præſertim ſplēdidis opibus uel ex ætate mores uel ex fortuna traxiſſem & tempeſtiua conuiuia & per uigiles iocos aduocata ſodaliū turba ſolutus atq; affluens agerē. M.T. epulabor modice cum ſodalibus: ſodalitates enim me quæſtore ſunt inſtitutæ: idem alibi ego plaucium laterenſem & ipſum gratioſum dico & habuiſſe in petitione multos cupidos ſui gratioſos: quos tu ſi ſodales uocas offitioſam amicitiam nomine inquinas uicioſo: Caius autem ſodales inquit ſunt qui eiusdem collegii ſunt; quos græci uocant a quo non ſane diſcordat apud. M.T. Antonius qui norbanum quæſtorem ſuum appellat ſodalem: At collegarum appellatione hi continentur qui eiuſdem potestatis ſunt: Comes uero benignus eſt hono & facilis qui aliis nō egre inſeruit.

Iliarchę qui ſingulis militum milibus præerant: Curtius hiſtoriarū. iiii. his itaq; inquit compoſitis in regione quæ ſatrapone uocatur peruenit fertilis terra copia rerū & omni cōmeatu abundās itaq; diutius ibi ſubſtitit ac ne deſides ocio dimitteret animos: iudices dedit: præmiaq; prępoſuit de uirtute militari certantibus nouem fortiſſimi iudicati cū eſſent ſingulis militū milibus pręfuturi erant Ciliarchos uocabant; Tunc primū in hunc numerum copiis diſtributis: nanq; antea quingenariæ cohortes. fuerant: nec fortitudinis pręmia geſſerant.

Enturio is erat ut inquit Liuius vii. ab urb. con. quem nunc primi pillum appellant & Auctore feſto qui nunc centurio antea

centurionus dicebatur a centum dictus ut inquit Varro ꝙ centena rius eius iustus sit numerus;Quintilianus li.i.inst.Diu deinde re. seruatum ne consonantibus aspirarent:ut in gracchis & in triumphis erupit breui tẽpore nimius usus:ut coronę centuriones adhuc quibusdam inscriptionibus maneãt.

Vccenturiati milites sunt non qui in prima sed qui in secunda cẽturia sunt:ut si prima defecerit isti quos subesse diximus laborantibus primis subueniant;Vnde ad insidiandum ponitur succenturiatus quasi armis dolosis ĩstructus;Terentius ĩ eunucho ego ĩ subsidiis ero succenturiatus.

Ecuriones sunt qui denis præsunt equitibus quidam dictos aiunt exeo ꝙ in initio cum coloniæ deducerentur decima pars eorum qui ducerentur consilii publici gratia scribi solita sit;Alii ꝙ inde dictos putant ꝙ sint ordine curiæ cuius officium administrarent:Decurię pluribus distincte nominibus fuere tribunorum & iudicum propter hoc nongenti uocabantur:ex omnibus selecti a custodiendo suffragiorum scita in comiciis:& diuisus hic quoqꝫ ordo erat superba appellatione nominum cum alius se nongentum alius selectum alius tribunum appellaret.

Vaterniones a quattuor militum quibus prẽerant numero dicti Actuum apostolorum xii.tradens eum quattuor quaternionibus militum custodiendum.

Ilites dicti quia Mile erant ante in numero:quos Romulus primus ex populo sumpsit:& milites appellauit:ut libro primo historiarum inquit eutropius:Varro milites dictos asserit ꝙ trium milium legio primo fiebat atqꝫ singnle tribus Tatiensium Ramnensium ꝙ Lucerum milia militum mittebant:Vulpianus apud iustinianum li.xxvii.Militem inquit quasi Milesimum quẽqꝫ dictum hoc est omnem qui est ex milenario numero; sint licet nõnulli nostri tẽporis iuris periti latini sermonis ignari qui dictum putant ex mile Maxime strenuum Alii inter idoneos rerum scriptores ut Elius a Molicię per Antifrasim dictum putant eo ꝙ nihil mole sed potius asperum quid gerat sicut ludum dicimus in quo minime ludit uel a græco uerbo quod duriciem sonat unde Maro Durum a stirpe genus:natos ad flumina primũ deferimus seuoqꝫ gelu duramus & undis:alii a multitudine uel a malo arcendo militem Militiamqꝫ quasi malitiam:uel multiciam dictam recte arbitrantur;cum eius

Muneris ſit multitudinem malum malitiamq; hoſtiũ arcere :tueriq; ciuilis potentię partes ac iura nequid mali ab illis ciuibus ſuis inferatur :ſicq; ille non ſolum militat qui in acie ſtat & cornu dextrum læuum defendit ;ſed qui portas tuetur & ſtatione minus periculoſa non ociosa tamen fungitur uigiliasq; ſeruat & armamento præeſt :quę miſteria quãuis incr uenta ſint in numerum ſtipendioꝝ tamen ueniunt illud nec obruendum ſilentio uniuerſos qui erant in exercitu qui pedibus & qui equo merer ent ſine diſcrimine ueteres appellaſſe milites: & cõmuni genere protuliſſe nonnunq̃ : Quãq̃ qui equo non milites modo ſed equeſtri gradu & honore prę ſtarẽt Cuius rei fidem facit q milites dicimus etiam non ſatis honeſto exercitio præditos :ut qui reos cuſtodiũt & qui ad ſupplicium ducũt Valerius Max. libro ix. GN. Carbo Magnæ uerecundię eſt latinis Annalibus: Terentio in conſulatu ſuo iuſſu pompei in ſiciliam ad ſupplicium ductus petiit a militibus dimiſſe & flebiliter ſibi aluũ leuare priusq̃ expiraret liceret ;quo miſerrime lucis uſu diutius fr u eretur ;unde & illud etiam militem & reum eadem ſtringit cathena quare apud omnes propemodum inuulgatum uidemus ut miles peditem deſig net :eques autem cum honore dicatur.

Vmultuarii milites dicti a tumltu. i. italico bello uel gallico quoniã uicinũ periculũ & ſubitũ & improuiſũ bellũ ĩgruit ;& non ẽ ſpacium nec tempus conſilii quod ſĩgulos iurare patiatur utĩter fabios fuit :ſed princeps patratus ſiue conſul ĩtrat templum & arripit uexillum & inquit Qui rempu. ſaluam uult. me ſequatur Euocati milites non ſunt uerũ pro milite ingruit neceſſitas & proprię uires non ſnppetunt aliunde euocantur. De his criſpus :Neu quis miles neu quis pro milite & ab his alibi oẽs euocatos & centurioẽs

Vxiliires dicuntur in bello ſocii Romanorum exterrarum nationum dicti ex græco uocabulo quod nos dicimus rerum creſcentium auctionem.

Acramento Rogati hi ſunt qui plenam militiam habent & xxv. annis in militia tenebantur :quiq; in rempu. iurant ſe nõ redire niſi præcepto cõſulis poſt cõpleta ſtipendia ideſt militię tempora.

Egimus apud Iul. Cęſarem aliud militiæ genus ĩ gallia fuiſſe pecunia cõductum ſolidurios ipſi uocant qui neq; nunc ibi neq; alibi uſq̃ ſunt: horum condictio eiusmodi erat ut cum his quorum amicitię ſe deuouiſſent omnem ſubire fortunam & ad ultimum etiam

mori uellent:nec poſt ipſos uitam ullam pati poſſent:quinſi mori aliter non daretur mortem ſibi ipſi manu propria conciſſerent:mirum genus militum his noſtris temporibus aduerſum neq; quisq; ex eo numero inuentus a ſeculis ferebatur:qui hoc facere renuiſſet.

Ercenarii a mercede dicti ut his quos Anno ab urbe con. circiter Dxl. ſempronio graccho;Fabio maximoq; cõſulibus:Scipiones fratres res in hiſpaniis gerentes ex celtiberis militibus pecunia ſolicitatis ab hoſtium ſocietate in ſua caſtra traduxere;quo primum tempore externa manus in caſtris Romanorũ coepit haberi:nihil enim Liuio teſte in hiſpania memorabile geſtũ præterq; quod celtiberum iuuentutem eadem mercede qua facta cum carthaginenſibus erat ĩperatores Romani ad ſe perduxerunt & nobiliſſimos hiſpanos ſupra trecentos inde in italiam ad ſolicitandos populares qui inter Auxilia hannibalis erant miſerunt;id modo eius anni in hiſpania ad memoriam inſigne eſt q mercenarium militum in caſtris neminem anteq; tum celtiberos Romani habuerunt.

Quites dicti q eis in legationes ituris equi dabantur de publico uel cum militandũ foret ut non pedites ipſi quẽ admodũ plebs ſordida reliqua ſed digniore militiæ genere maioriq; honore regem ac imperatorem in bellum euntem equites ſequerentur Liuius hæc ubi inter ſigna peditum dicta dedit aduolat deinde ad equites agite iuuenes inquit præſtate uirtute peditem ut honore atq; ordine præſtatis in his quoq; qui ad equitatum trahebantur nomen ſæpe uariatum inuenio Prius enim ſub Romulo regibusq; appellati ſunt celeres uel a celeritate uel a duce celere:qui dicitur Remum occidiſſe in cuius gratię uicem a Romulo fieri tribunus militum Meruit:hiq; trecenti fuere quos Romulus tum bello tum pace ad ſui cuſtodiam corporis habuit;hi deinde flexumentes dicti poſtea troſuli Cum troſulum oppidum in tuſcis citra uulſinos ſine ullo peditum Auxilio coepiſſent:huiusq; nominis appellatio durauit ultra.C.Gracchũ:Iunius poſtea q ob amicitiam eius gracchianus eſt apellatus ſcriptum reliquit his uerbis Quod ad equeſtrẽ ordinem ſpectat ãtea troſulos nunc equites uocãt;ideoq; quia non intelligunt Troſulos nomen quid ualeat:Multos pudet troſulos uocari quo autem honore equeſter locus uel gradus apud maiores fuerit oſtendit.M.T.Cicero in oratione ad iudices pro Plaucio:Video inquit quid dicã hic familia cõſulari eſt ille prætoria:reliquos

uideo esse in equestri loco:sunt omnes sine Macula sunt eque boni uiri atq; integri;sed seruari necesse est gradum cedat consu lari generi prætorium nec contendat cum prętorio equester locus idem Cicero demum equestre nomen in consulatu stabiliuit suo Catilianis rebus ex eo se ordine profectum esse celebrans quo tem pore hoc.iiiM. corpus in Repu. statutum factumq; est;coepitque adiici senatui Po.Q.R.& equester ordo.

Esultoris est qui de uno equo ad aliū se transfert: Liuius.ii bel li pu.li.iii. Nec omnes numidæ in dextro locati cornu sed quibus desultorum immodum binos trahētibus equos inter acerrimā sępe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat tanta uolocitas ipsis tanq; docile equorum genus cum hoc modo in structi starent.

Rocursatores a procurendo dicti:Liuius belli punici secundi li. ix.uelites subsidio misit a quibus ubi per procursatores commissa pugna esset Lelium cum equitatu impetu ex occulto facere iubet.

Edites q; pedibus non equis initerentur dicti horum nomē semel tantum uariatum inuenio.& ab Iphicrate athenieńse qui multa in re militari noua attulit multaq; meliora fecit nanq; pedestria ille arma mutauit & cum ante illum imperatores maximis clypeis bre. uibus hastis minutis gladiis uterentur econtrario ille peltam p.p. parma fecit a quo postea peltaste pedites sunt appellati ut ad mo tus concursusq; essent leuiores.

Ccensus.Q.Asconio teste nomen est ordinis & promotionis in militia ut nunc dicitur princeps & cornicula ius: Accensos Cato admīstratores esse scribit alii accensos militiæ genus esse admini strantibus proximum perhibent: Varro ut coss.prętores qui se quuntur in castra accensi dicti q; ad necessarias res sæpius aciātur uelut accersiti quos nunc dicimus deputatos;uel accensi dicebā tur qui in locum mortuorum militum subito surrogabantur ita dicti q; ad censum adiiciebantur.

D scripticii neluti quidam scripti dicebantur qui supplendis legionibus ad scribebantur hos & accensos dicebāt q; ad legionū censum essent ad scripti: uel q; olim inermes armatis militibus a scribebantur qui succederent siquis eoꝝ deperisset.

Euis armature siue leues. viii. ab urb.con.teste Liuio qui hastam tantum gessaq; gererent uocabantur.

Xpediti & impediti ab eodem denominationem ſibi uendicant: aut exſolutis militibus aut illigatis Siſenna his.li.iii.inermes Armat impeditos expediti ſine ullo ſuorum uulnere cunctos interficiunt uel expediti & impediti dicti q̄ milites ac bellatores expeditos curis & domeſticis affectibus abſolutos eſſe oportet;& impeditos ac illigatos.

Erentarii qui leui ſunt armatura milites inſtructi ad bellum ut fundis & lapidibus enſe telis & his armis quę ferunt non quę tenentur Saluſtius in Catilinario poſteaq̄ eo uentum eſt ut a ferentariis prelium committi poſſit maximo clamore cum ī feſtis ſignis cōcurrunt pila emittunt & gladiis res geritur hos Varro a ferēdo etiā dictos putat: uerum eodē teſte equites dicti ſunt ferentarii qui eo modo habebant arma quę feruntur ut iaculum eiusmodiq̄ equites pictos uidiſſe inquit ſe in eſculapii ęde uetere & ferentarios aſcriptos:Cato autem eos referentarios dixit q̄ tela ac potiones militibus pugnantibus miniſtrabant.

ygmeos montana in dię incolentes quibus eſt uicinus occeanus exiguæ adeo proceritatis homines eſſe quidam auctores non leues tradidere:ut cubitalem menſurā non excedant belligerosta men hos enim aiunt arietum caprarumq̄ dorſis armatis inſidentes continuum bellum gerere cum gruibus iuuenalis; Ad ſubitas tracum uolucres nubemq̄ ſonoram pygmeus paruis currit bellator in armis Mox & imp.hoſti raptusq̄ per aera curuis unguibus aſęua fertur grue ſi uideas hoc gentibus in noſtris riſu quatiere;ſed illic Quanq̄ eadem aſſidue gerantur prelia ridet;Nemo ubi tota cohors pede non eſt altior uno.

Rimaſpi hominum in ponto genus uno oculo in fronte media cum griffis aurum cuſtodientibus aſſidue bella gerentiū quoſq̄ fama eſt non in celebris pompei contra cæſarem philippicis in cāpis partes ac ſigna ſecutos fuiſſe; unde Lucanus in.iii.hinc & ſydoniæ gentes auroq̄ ligatos ſubſtringens arimaſpe comas.

Mazones ſcithicæ mulieres bellicoſiſſime quæ excidio coniugum & pace tum armis quęſita ne genus interiret concubitum finitimorum ineant ſiqui Mares naſcantur interimant uirgines in eūdē ipſius morem non ocio neque lanificio ut cęterę mulieres ſed armis equis & uenationibus exerceant;inuſtis infantium dextris māmillis ne ſagittarū tactus īpedirētur;unde & a græcis eo q̄ māmis

careant Amazones appellantur Curtius libro.iiii.ueſtis non toto Amazonum obducitur corpori nam leua pars ad pectus eſt nuda ertera deinde uellantur nec tamen ſinus ueſtis modo colligunt infra genua deſcendit alterna papillā intacta ſeruatur qua muliebris ſexus alatur aduritur dextra ut arcus facilius intendant & tela uibrent;nam ut poeta meminit pulſant & pictis bellāturamazones Armis.

Rgiraſpides ob arma deargentata ſic dicti milites q ſub Alexandro militabant;Horoſius tertio hiſtoriarum Quare ultimo conſilio Argiraſpidas ob arma argentata ſic dictos hoc eſt milites qui ſub Alexandro militauerant in auxiliū rogat;Iuſtinus epithomat. Trogi pompei xii.Cui glorię ut etiam exercitus ornamenta conuenirent faleras equorum & arma militū argento inducit;exercitūq; ſuum ab argenteis clypeis argiraſpides appellauit Liuius ab ur. con.xxxvii.ab eadem parte paulum prorupto cornu regia cohors erat argiraſpides a genere armorum appellabantur.

Apitecenſi milites uocabantur qui nullo uel qui quā paruo ære cenſebant hi nanq; niſi in tumultu maximo & aſperis reipu.temporibus cum iuuentutis inopia eſſe in militiam tumultuariā legebāt armaq; his ſumptu pu.prębebantur;& non capitis cenſione ſed p ſperiore uocabulo a munere officioq; prolis ędędę proletarii appellati ſunt q cum re familiari parua haud quaq; poſſent Rempu. iuuare;ſobolis tamē gignendę copia ciuitatem frequentarent CN. Marius ut quidam ferunt bello cymbrico uel potius ut inquit criſpus bello Iugurtino milites ſcripſiſſe traditur cum factum ante ī nulla memoria extaret.

Athefracti equites hi dicunt qui & ferro muniti ſunt & equos ſimiliter munitos habent Liuius xxxv.ab urb.con.his ut plericq; quos opes alunt uaniloquiis maria terrasq; inani ſonitu uerborum compleuit;equitum innumerabilem uim traiici heleſponto ineuropam partim loricatos quos cathefractos uocant;idem xxxvii.prę ter rectorem quaterni armati ad latus dextrum phalangitarum mile & quingentos gallograccorum pedites appoſſuit;his triamilia peditum loricatorum cathefractos ipſi appellant adiunxit.

Eloni ut inquit pomp.Mella his.li.iii.non loricis ſed hoſtium cutibus equos ſeq; uelant illos reliqui corporis ſe capitum.

Etrati a cetris hoc eſt breui ſcutorum genere muniti & armati

milites dicti Liuius ab urb.cõ.xxxv.Nauigia parua ĩstationẽ oculta agri argiui contraxit;in ea expeditos milites cętratos plerosq; cum fundis & iaculis & alio leui genere armaturę imponunt;idem in eodem:cetrati itaq; quantum latitudo uallis patiebatur instructi sederent ut facile per interualla ordinũ fugientes suos acciperent Ilani teste Varrone dicti q̃ pilis a principio pugnarent post cõ mutata re militari minus illustres facti;Ouidius tertio fastorum; inde pares centum denos secreuit in orbes Romulus hastatos instituitq; decem;& totidem princeps totidem pilanus habebat:corpora legitimo quisq; merebat equo.

Elites expediti & leui armatura milites a uolitando ob celeritatẽ dicti teste orosio libro quarto his uel a greco ideſt iaciendo hi tri pedalem parmam habent;& in dextra ahstas quibus eminus utunt gladio hispanensi accincti cũ armis suis post terga equitũ considebant:continuoq; pedites ipsi ex alia parte equitibus per quos aduecti fuerant dimicantibus hostem perturbabãt;Quod si pede collato pugnandum sibi erat translatis in lęuam hastis gladium strĩgebãt;ut uelites etiam in legionibus essent;auctorem peditum equitibus immiscendorum centurionem.Q.Neuium ferunt eo bello primum quo capuam nobilissimam ac potentissimam quondam urbẽ Fuluius flaccus imperator obsedit.

Elatos appellant uestitos & inermes milites qui exercitum sequebantur quiq; in mortuorum militum loco substituebantur.

Volones dicti sunt milites qui post cannensem plagam usq; ad octomilia cum essent serui uoluntarie se ad militiam obtulerunt;& cum sponte hi uellent: uolones appellati.

Tituli milites proinde sic appellantur q̃ patriã tuerentur unde & titi prenomen ortum est: Titulum autem dici ait Nũma pomp.de pontificalibus scribens: Palium quo sacerdotes caput tutabant cum ad sacrificium accessissent sicut & Virgilius & capite ante aras frigido uelamus amictu.

Rorarii milites qui leui armatura primi prelium committebant: q̃ ut ante inbrem:sic illi ante grauem armaturam q̃ prodibãt Rorarii dicti.

Beneficiarii dicebãtur miltes qui uacabãt muneris beneficio sicut econtra munifices uocabantur qui nõ uacabant;sed munus reipu. faciebant;uel beneficiarii militum genus qui ex eo ita appellant

quia promouẽtur ad honores beneficio tribunorum ut inquit uegetius:idq; confirmatur auctore cæsare in conmentariis suis cuius uerba hæc sunt: hæc erant milia xly.euocatorum circiter duo quę ex beneficiariis superiorum exercituum ad eum conuenerant quę tota acie dispersa erant.

Vplicarii milites dicti ut Varro inquit quibus ob uirtutem duplicia cybaria ut darent institutum est.

LAtrones conducti milites uocãtur:Moris enim erat ut hos imperator circa se haberet & primo mitteret ad omne discrimen & quãq; græcum est nomen Varro tamen dicit hoc posse habere etiam latinam ęthimologiam: ut latrones dicti sint q̃ circa latera erant regi quasi laterones:atq; ad latera habebant ferrum:quos postea a stipatione stipatores apellarunt & quia cõducebãtur & ea merces dicitur græce.G.ab eo ueteres poetę nõnunq; milites mercenarios appellant latrones aut q̃ latrocinarii militare est mercede aut q̃ latent ad insidias faciendas quos nunc satellites uocant:.

SIccarii latrocinantium genus siccas & gladios sub ueste deferentium.Iosephus bello iudaico libro.ii.sic enim regione purgata aliud genus latrocinantium in iherosolimis oriebatur:hi autem siccarii uocabantur:die claro & in media ciuitate passim quosque interficientes:potissimum uero diebus festiuis miscebantur uulgo & siccas sub ueste gestantes his diuersos quosq; interficiebant:ac deinde collapsis hominibus illis inter reliquos descelere querebant qua fraude extra suspicionem manebant.idem in eodm inter infirmiorem autem uulgum multi irrumpentes siccariorum:sic enim uocant latrones gladios in sinibus gerentes audacissime utebãtur opere quod adortierant.

CEsyderati milites secundum consuetudinem deperditi uel qui perierunt uel secundum ratiouem dictos puto q̃ absentium rerum nec dum inuentarum sit desyderium:Cicero pro.Acluentio Asinius uero breui illo tempore quasi in ortulos iret in harenarias quasolam extra portam aquilinam perductus occidit.qui cũ unũ iam & alterum diem desyderaretur:neque in his locis inquibus ex consuetudine querebat inuenirent:ut & cętera Cęsar siue alius pro eo xi. duobus bis unius diei ꝑlijs Cęsaris desyderati sũt milites dcccclx. idem li.xi. eodemque die lariſſam peruenit in eo prælio non amplius trecentos milites desyderauit.Q. Curtius quarto cecidere

perſarum quorum numerum uictores finire: potuerunt milia xl. macedonum minus trecenti deſyderati ſunt: idem in trāſitu tigris nec quicq̄ prę ter paucas ſarcinas deſyderatum eſt:

TRiarii milites teſte Varrone ſic dicti q̄ in acie tertio ordine extremis ſubſidio ponebantur: quodq; hi ſubſidebant ab eo ſubſidium dictum: Plautus; Agite nunc ſubſidite omnes triaris Liuius ab urb. con. xxxvii. haſtatorū prima ſigna deinde principum erāt triarii poſtremos claudebant. idem in octauo; Triarii ſub uexillis conſidebant ſiniſtro crure porrecto: ſcuta innixa: humeris haſtas ſubrrepta cuſpide in terra fixas haud ſecus q̄q; uallo ſepta acies horreret tenentes ſi apud principes quoq; haud ſatis proſpere eēt pugnatum a prima acie ad triarios rediſſe cum laboratur prouerbio increbuit.

REtiarii nomen ab armaturę genere ortum perhibetur: contra enim pugnātem mirmilionem retiarius ferebat occulte rete quod iaculum appellatur: ut aduerſarium cuſpide inſiſtentem opperiret implicitumq; uiribus ſuperaret: huic retiario pugnanti aduerſus mirmilionem cantabatur; non te peto; piſcem peto; quid me fugis galle; quia mirmilionicum genus armaturę gallicum eſt: ipſiq; mirmiliones ante galli appellabantur: in quorū galleis piſcis effigies inerat: quod genus pugnę inſtitutum eſt a pythaco ex ſeptem ſapientibus uno & exercitus īperatore qui aduerſus phrinomē athenienſium ducem qui pancratiaſtes & olympionices fuerat dimicaturus propter controuerſias finium quę erant inter atticos & mitilenos rete ſub clypeo occultelato īpediuit phrinomen & dum non cauit inuoluit.

GRegarii humilis militiæ ac uulgatę milites qui ex minoribus & extraordinariis ſunt cum alii maiores & ordinarii dicantur: Iuſtinus epitg. trog. pō. xiii. prima ptholomeo ægyptus Aphricę Arabiæq; pars ſorte uenit quem ex grægario milite Alexander uirtutis cauſa prouexerat; idem xxxviii. his auditis Anthiocus occupādum bellum ratus exercitum quem multis finitimorū bellis indurauerat aduerſus parthos ducit; ſed luxurię non minor apparatus q̄ militię fuit quippe lxxx. Milia armatorum ſecuta ſunt trecenta lixarum ex quibus coquorum piſtorum ſcortorūq; numerus fuit maior Argenti certe auriq; tantum ut etiam gregarii milites auro caligas figerent; procultarentq; materiam cuius amore populi

ferro dimicant.

OPtiones appellantur hi milites quos decurio aut centurio optat ſibi rerum priuatarum miniſtros quo facilius obeat publica officia Optiones autem dicti q̄ ſint electi nam optare eligere; ſicut eſt illud optauit q̄ locum regno ideſt elegit.

Ptices quoq̄ ab optando appellati eo quod antecedētibus egritudine præpeditis hi tanq̄ adoptati eorum atq̄ uicarii ſolent uniuerſa curare.

Excubitores dicti pro eo q̄ excubias ſemper agunt: ſunt enim ex numero militum.

PRocubitores autem dicunt qui noctu cuſtodię cā ante caſtra excubabant cum caſtra hoſtium propinquo eſſent.

STrenuus: efficax gnauus; uigilans; fortis ſic dictus q̄ ſternendo aduerſa renuat Liuius viii. ab urb. con.. GN. C. Cornelio Lentulo P. philone iterum coss. palepolim ad res repetendas miſſis cum relatum eſſet a græcis gente lingua magis ſtreuua q̄ factis ferox reſponſum: Iuſtinus epi. trog. pomp. xxii Nam & manu ſtrenuus & ī contionibus perfacundus habebatur.

TRanſfuga Vlpiano teſte non eſt ſolus accipiendus qui ad hoſtes aut bello tranſfugit ſed & qui per inducias tempus aut ad eos cum quibus nulla amicitia ē fide ſuſpecta trānſfugit.

FVgitiuus ut o filius inquit is ē qui ex̄t domini domū fuge cauſa ut ſe a domino celaret manſit Cecilius autem fugitiuum eſſe agit eum qui ea mente diſcedat ne ad dominum redeat tā & ſi mutato cō ſilio ad eum reuertatur: Nemo enim tali peccato inquit penitentia ſua nocens eſſe deſinit: Caſſius quoq̄ ſcribit fugitiuum eſſe qui certo propoſito domum relinquat apud Iul. item relatum eſt fugitiuum fere ab effectu animi intelligēdum eſſe; non uti a fuga: Nā eum qui hoſtem aut incendium latronem ruinamue effugere q̄is fugiſſe eſt uerum nō tamen fugitiuum eſſe: Apud labeonem & cęlium querit ſiquis in Aſyllū confugerit aut eo ſe cōferat quo ſolēt uenire qui ſe uenales poſtulant an fugitiuus ſit; ego puto non eē eū fugitiuū q̄ fecit id quod publice facere licere arbitratur nec eum quidem qui ad ſtatuam Cęſaris confugit fugitiuum arbitror Non enim fugiendi animo hoc fecit; idē puto & in eū qui in Aſyllum uel quod aliud ſimile confugit quia non fugiendi animo hoc fecit; ſi tamē āte fugit & poſtea ſe cōtulit nō ideo magis fugitiuus

esse desinit. Item Celius scribit placere eum quoq; fugitiuum eē quieo se conferat unde eū dominus recuperare non possit; multoq; magis illum fugitiuū esse qui eo se cōferat unde abduci nō possit

TIrones dicuntur fortes pueri qui ad militiam deliguntur atque armis gerendis habiles existunt; unde & tirones dicti: Tiro etiam rudem & ignarū significat proinde cesar tirones neq; in lndo; neq; per lanistas sed in domibus per equites Romanos atq; etiam per senatores armorum peritos erudiebat: hi enim antea probantur: sicut mos fuit Romę puberes exercere armis & sub custodibus eē postea militare: de quibus poeta nobilissimus: & primo flore iuuē tus inde tirunculus per diminutionem paruus tiro.

VEterani legionarii dicūt quiq; iam in usu prędii non sunt: postq; multos militię labores quietis suffragium consequūtur; ueteranus etiam modestino auctore esse creditur non solum legionarius: sed omnis qui qualitercūq; militauerit & honeste est ipse absolutus.

E meriti dicuntur soluti militia & quia merere militare dicitur ob stipendia. s. quę merent: sicut emeriti stipendii uel emeritę militię qui militia perfuncti sunt nominātur qui extra meritum stipendii & militię positi sicut miles olim post lx. uel. lxx. annum qui a labore solutus uon cogebatur militare agro uel uilla donatus Non nullaq; enī rerum publicarum hic mos est ut post sexagesimum ad militiam nemo cogatur: in pluribus detur remissio iusta post lxx. Iustinus epit. trog. pomp. li. xi. Alexander cum contra persarum tam periculosum bellum exercitū legeret non iuuenes robustos nec primum florem ętatis: sed ueteranos plerosq; etiam emeritos militiæ qui cum patre & patruis militauerāt elegit: Quintilianus: emeritis hinc bello stipendiis & per translationem a poera pręclaro emeriti boues dicuntur in georgicis quoq;.

ARmigerē qui tela gerit & arma tantum domini sui ut scutum pilum arcum cæteraq; id genus ut quidam perhibent qui eos imperitię quoq; arguunt qui armigerum uocant armatum equitem quod a clarissimis rerum gestarum scriptoribus haud quaq; obseruatum inueuio Liuius ab urb. con. xxii. donec insuper. eques cui ducario nomen erat facieq; noscitans cos. inquit hic ē cum popularibus suis qui legiones nostras cecidit agrosq; & urbē ē depopulatus: iam ego hanc uictimam manibus pēptorū fede ciuium dabo subditisq; calcaribus equo per cōfertissimā hostium turbam impetum

fecit obtruncatq; prius armigero qui se infesto uenienti obuiam obiecerat;consulem lancea transfixit spoliare cupientem Curtius at arras ante cum.ccc.armatis intrauerat regiã: huic decem satellites traduntur quorum singulos deni armigeri sequebãtur;hi ad alios coniuratos comprehendendos constributi Seneca tragitius ĩ hippolyto de amazonibus & prorsus iste gẽtis armigeræ furor odisse ueneris foedera & castum diu uulgare populis corpus;suetonius in uita.octauiani Cęterum numerum partim in urbis;partim ad suam custodiam adlegit dimissa calliguritanorũ manu q̃usq; ad deiectum antonium item germanorum q̃usq; ad cladem uariam inter armigeros circa se habuerat.

LIxe qui exercitum sequuntur quęstus gratia dicti q extra ordinem militiæ sunt eisq; liceat quod libuit Alii eos alixa appellatos dicunt q & ille herculem sit secutus uel q lixe militibus aquam ad castra uel tentoria solerent ferre;quã lixã ueteres dixere quãq; coctam elixam dicimus quidam a liguriendo quęstũ:Liuius xxiii. lixe calonesq; & alia turba custodiæ impedimentorum opposita ut paucitatem maxime spernentibus poenis ingentis repente exercitus speciem fecerit Calones nonio teste militum serui dicti q ligna militibus submitterent siue ligneas ferant clauas.

CAcula etiam militis seruus: Plautus uideo caculam militarem & dicitur a gręco q fustibus clauisq; ligneis ad tutelam dominorum armari soliti sunt isq; qui huiusmodi claua & teli genere utitur clauator appellatur.

AVctoratus miles is dicit̃ q obligatus & subiectus sẽ Suetonius li. iii.delegendo uel auctorãdo milite ac legionũ & auxiliorum descriptione ex quo fit auctoramentum quod quasi obligatio est rerum uel stipendium quoddam uel precium cuiusdam militiæ ac pugnę actionisque.

Exauctoratus insignibus militaribus amotus exauctorare enim ẽ insignia militaria detrahere auctore uulp.si enim Iuliano accedimus siquis militem exauctorauit inter infames effecit licet non addidisset ignominię causa eum exauctorasse exauctorare quoq; Iuliani pace diverim ẽ non solum infamẽ militem reddere uerũ ducẽ ab imperio suo dimittere uel missum militẽ facere illumq; honesta missione militiæ plerunq; donare:Liuius ab urb.con.li.xxviiii.ubi ex his unus ausus ẽ dicrere se prorsus si sibi utrunq; uelit liberũ

esse nolle militare tum Scipio ex quo igitur adolescens quid senti-
res nō dissimulasti uicariū tibi expedit iā cui tu arma equūq; & in
de cętera instrumenta militię tradas & tecum hinc ex templo do-
mum ducas;exerceas docendum cures equo armisq; lęto condicti-
onem accipienti uni ex ccc.quos ĩermes habebat tradidit;ubi hoc
modo exauctoratum equitem cum gratia imperatoris cęteri uide-
runt se quisq; excusare & uicariū aceipere:Iulius frontinus strata
gem quarto Diuus Augustus Vespasianus cum quendam adole-
scentem honeste natum militiæ inhabilem Angustiarum rei fami
liaris gratia eductum ad longiorem ordinem errexisset censu con-
stituto honesta missione exauctorauit iam huiusq; perductus liber
iste claudendus est: eiusq; prolixitatis modus adhibendus: uerum
quia non nulla etiam mihi in hoc adhuc uideo ponenda esse quæ
sint illa;proximus liber commodius iudicabit ne hunc tam prolixū
ulterius oneremus.

VONIAM SVPERIORI Volumĩe Sigismunde Pandulfe uocabula militaris ac publici honoris prisca & pręclara per uarias eorū origines & officia monstrauimus bellici nunc exercitus intactum nequid aliorum relinquat is sequens liber patefaciet causasq; singulorum ac denomĩatioés seorsū aperiet & explicabit.

Ellum quod est multiplex suisq; distinctum nominibus:cum aliud internū sit aliud externum;aliud seruile uel sotiale uel piraticum ut ante diximus dictum a belluis q; belluarū sit pernitiosa dissensio:uelut seruio placet sicut a lucendo lucus dictus est:sic a nulla re bella bellū eo q; econtra sit horridum & pessimum unde bella horrida;bella alii a belo qui primum gladiū ferreum produxit Cassi idest Varro postea belus ferreum gladiū primus produxit a quod bellū placuit denominari: & est bellum tempus omne quo præparatur aliquid pugnæ necessarium illis quo pugnetur;uel bellū ẽ totū tempus quo in militia sumus;quod indocti

nostri temporis guerram uocant:ut bellum gallicum; bellū punicū bellum macedonicum.

Vellum bellum uidelicet quod duabus partibus de uictoria contendentibus dimicatur ut ĩquit festus:bellum enim ante duellum uocatum ut alii perhibent eo ꝙ duæ sint partes dimicantium:uel ꝙ altera faciat uictorem: altera uictum;postea uero mutata & detracta littera dictum est bellum:Horatius p.epist.Græcia;Barbarię lento collisa duello Stultorum regum populorum continet æstum: Ouidius vi.fastorum hac sacrata die thusto bellone duello:dicitur & latio prospera sẽper adest Liuius primo ab urb.con. Dic ĩquit ei quem primū sententiã rogabat quid censes Tum ille puro pioꝙ duello quærendas censeo.idem xxxvi.Si duellum quod cum rege Antiocho summi populus iussit id ex sentẽtia Senatus P.Q.R. confectum erit:Tum tibi iupiter populus & ludos magnos dies decem continuo faciat

Vmultus grauius urgetq̃ bellum põt enim teste Cicerone esse bellum sine tumultu tumultus esse sine bello non potest: Quid est enim tumultus nisi perturbatio tãta ut maior timor oriatur:unde etiam nomen est ductum tumultus: itaq̃ maiores nostri tumultum italicum quod erat domesticus:tumultum gallicum quod erat italię finitimus;preterea nullum tumultum nominabãt grauius aũt tumultum esse q̃ bellum hinc intelligi licet:ꝙ bello gallico uacationes ualent;tumultu non ualent:ita fit quemadmodum dixi ut bellum sine tumultu possit:tumultus sine bello esse non possit.

Vrbã appellari labeo ait ex genere tumultus idq̃ uerbum ex græco contractum:turbam autem ex quo numero admittimus si duo rixam commiserint utiq̃ non accepimus in turba id factũ:quia duo turba non proprie dicuntur eñuero si plures fuerint decem aut quindecim homines:turba dicetur:quid ergo si tres aut quattuor turba utiq̃ non erit & rectissime labeo inter turbam & rixam multum interesse ait:Nãq̃ aũt turbam multitudinis hominum esse perturbationem & cœtum sed rixam duorum.

Rælia congressiones armatorum certamina belli pugnęq̃ partes dicuntur Lucullus xxvii. Romanus P.uictus ui & superatis prælis sæpe est multis bello uero nõnunq̃;Liuius ab nrb.con.ix. Quãtalibet magnitudo hominis concupiatur animo unius tamen ea magnitudo hominis erit collecta pauloplus decẽ annorũ foelicitate

q̃ qui eo extollunt q̄ Po.Romanus & ſi nullo bello multis tamẽ prę liis uictus eſt Dicitur autem prælium ab imprimendo hoſtes unde pręla ligna quibus uua præmitur uel a prędudendo, bellum enim quaſi præludendo inceptabant.

Vgna a bello differt & prędio eſt enim unius diei & belli pars; ut cannenſis cremerenſis; multaq̄ continet prędia cum aliud in cornibus aliud in media aliud in extrema acie geritur: & a pugnis dicta uel q̄ ab initio uſus fuiſſet in bello pugnis contendere; q̄ primo bellum pugnis inceptabant; Lucretius libro tertio rerum nat. Arma antiqua manus ungues dentesq̄ fuerunt; Caſſi. libro .i. uariarum inter ipſos quoq̄ aduerſarios ut ſcitis non erant plus arma ta certamina ſed pugnis ſe feruida quędibet laceſſebat intentio; unde & pugna nomen accepit pugnare etiam eſt manus cõſerere expugnare uero pugnando uincere expugnare nauem ſimiliter te ſte caliſtrato eſt eam aut ſpoliare aut mergere aut diſſoluere aut pertundere aut funes eius excidere aut uella conſcindere aut Anchoras inuoluere de Mari; quo equidem minor illud pſalmigraphũ ſępe expugnauerunt me a iuuẽtute mea dicat nunc iſrael & enim non potuerunt mihi pro eo quod eſt oppugnauerunt ſiue impugnauerunt ſi enim non potuerunt mihi profecto non expugnauerunt ſed oppugnauerunt: græce autem magis eſt oppugnauerunt ſiue impugnauerunt q̄ expugnauerunt pro quo ſignificato accepit interpres niſi librariorum uitio ita ſcriptum ſit.

Imnicum certamen uelocitatis eſt; ac uirium gloria cuius locus gymnaſium dicitur ubi exercentur athlete & curſorum uelocitas comprobat; hoc alii ueterum penthathium alii quinquaſtium dixerunt; id autem genus exercitationis in his quinq̄ artibus conſtat; iactu diſci; curſu; ſaltu; iaculatione; lucta; Ouidius ī faſtis ceſtibus & iaculis & miſſo pondere ſaxi Brachia perluſus expiẽda dabant;

Vectatio laterum complexus quibus cominus certãtes utuntur.

Exercitum militum copiam dicimus non unam cohortem tantum neq̄ unam alam; ſed numeros multos militum legionem uel legioẽs cum ſuis auxiliis continentem: uomen aũt exercitus ab exercitatione traxit uel ut Varroni uiſũ ẽ exercitus q̄ exercitãdo melior fit

Opias plurali tantum numero de exercitu; copiam uero aliarum dicirerum teſtis eſt Seruius in commento .ii. ene. in hoc tamen numero contra Seruium uſu uenit eruditorum; Saluſtius in Catil.

Postremo ex omni copia catilinæ neqꝫ in prælio neqꝫ in fuga quisq̃
ciuis ingenuus coptus est:idem in eodem:dum ea Romæ geruntur
Katilina ex omni capia quam & ipse adduxerat & Mālius habuerat
duas legiones instruit:idem in eodem:sed ex omni copia erat quar
ta pars ĩstructa militaribus armis:Liuius belli Mace.li.v.ipse pau
cos post dies sex milia suorum militū & ex ea copia quæ lamiæ re-
pente:colligi potuit non ita multos æthiopas ducit statius vii.The.
premit indigesta ruentes copia & quę sint mecum:teste Virgilio:
copia lustro Terentius in heunuco teste dorato in commento sex
homines copias dicit militem scilicet parasitum Doracem:Siricū
Simalionem Sangam cum inquit militem secum ad te quantas co-
pias ad ducere.

xpeditio dicta qꝫ milites ac bellatores expeditos curis & domesti
cis affectibus absolutos esse oportet.

Egionis proprietatem ut ab eligendo uel ab electione militum
maxime & Seruius & Varro de uita patrum li.iii.dictam interpe-
trātur:ita circa eius numerum omnes pene uariant: Seruius ĩpri-
mis nobilis grammaticus uariis in locis Virgilii mentem interpe
trādo: Nam in legionem inquit non nisi ccc. equites erant Virg.
in vii.equos numero pater eligit omni stabant trecenti nitidi in
presepibus altis unde & alibi Trecenti scutati omnes noti idem
legiones proprie peditū sunt:Turmæ uero equitum Virg.in viiii.
Cętera tum legio campis instructa moratur:Varro de lingua lati-
na:Milites dicti qꝫ triummilium primo legio fiebat:atqꝫ singulæ
tribus Taciensium: Ramnesium: Lucerum Milia militum mitte-
bat Cintius autē de re militari li.vi.Auctore Gelio noc.at.xvii.
ita scriptum reliquit in legione sunt centurie sexaginta manipuli.
xxx.cohortes.x.Flauius uegetius.ii.de re militari:Macedones:grę
ci Dardani phalanges habuerunt:in unaqꝫ phalange viiiM.arma-
torum censebantur: Galli:celtiberi pluresqꝫ barbarę nationes ca-
teruis utebātur in quibus senamilia armatorum erant:Romani le-
giones habent quibus singulis senamilia & eo amplius interdū eo
minus censuerunt esse:Plutarchus in uita Romuli legiones singu-
lę sexmilium peditum & sexcentorū equitum complebant nume
rum Liuius li.xxxviii.ab urb.con.cum eas legiones quattuorde-
scripsissent qꝫ plusq̃ quinquemilia peditum trecenti equites in sĩ
gulis legionibus essent;idē ĩ eodē ob ea nouos exercitus cōscribi

placuit quattuor legiones in ligures uti ſingulę quina milia & du centos pedites ccc. haberet equites ſotiorum idem latini nomi nis.xvM. peditum addita & octingenti equites idem xxxvi.Ro mana acies unius prope formę & hominum & armorū genere dux legiones Romanę duę ſocium ac latini nominis erant; Quina milia & quadrigentos ſingulę habebant:idē li.viii. ſcribebantur quatuor fere legiones quinis milibus peditum equitibus in ſingulas legio nes trecentis:idem li.xl.& prꝛterea ſupplemento adducta quo am plius duabus legionibus q̄ xM.& quadringenti pedites ſexcentie quites eſſēt & ſocium latini nominis duodecimmilia ſexcenti equi tes;quorum forti opera duobus aduerſus celtiberos prꝛliis uſus Q.fuluius eſſet quos ſi uideretur ſecum deportaret legionem autē ſexmilium & ducentorum hominū primus.C. Marius pomp.feſto teſte deſcripſit;cum antea quattuor milium fuiſſet unde etiam uo cabatur quadrata Euſebius in eccleſiaſtica hiſtoria Noſtrorum uero & Tertulianus hęc memorat; & apud gręcos apollinaris qui etiam ipſam legionem pro inſignis facti miraculo mutato nomine uocitatam dicit ab imp.fulmineā Tertulianus uero.M.imp epiſto las etiam nunc haberi dicit;quibus de his apertius indicabit;unde autem tanta inter doctiſſimos rerum geſtarum ſcriptores uarietas oborta ſit Seruius in commento.xi.li.en a ſe ipſo pene diſſentiēs his uerbis oſtendit;legio autem habebat.xii.cohortes lx.centuri as:licet in his rebus acceſſu temporis Ducum uarietas ſemper īmu tauerit militię diſciplinā;unde Liuius belli pu.li ii.Numero quoq peditum equitumq̄ legiones auctas milibus peditum & centenis equitibus in ſingulas adiectis:

Egio linteata ſamnitum fuit ſic dicta q̄ ſamnites intrantes ſin guli ad aram uelis linteis circundatam non ceſſuros ſe Romano mi liti iurauerunt Liuius li.x. Primoribus ſamnitum ea deſtinati one obſtrictis:x. nominatis ab imperatore eis dictum ut ius uiſū legerent donec xviM.numerum confeciſſent;eo legio linteata ab ī tegmento conſepta quo ſacrata nouitas appellata eſt:

Alanx lingua Macedonum legio eſt auctore Seruio in cōmento li.ii.en.Liuius ab urbe con;xxxvii;& cohortes inuicē ſub ſignisq̄ euneum macedonum phalangem ipſi uocant;ſi poſſent ui perrum perent emittebant;idem xxxvii;decē & ſexmilia peditum more ma cedouum armati fuere qui phalangite appellantur;

Gmen ordinata proprie multitudo dicitur ut est ambulantis exercitus ab agendo idest eundo dictum neq; enim in uno loco stans agmen uocatur aut si inuentum fuerit usurpatum est:

Ohors inquit Varro q̄ ut in uilla pluribus tectis coniungitur aliquiddam fit unum sic ex manipulis pluribus populatur cohors a cohorcēdo q̄ cohereat cūcta quę ītērius:sūt ut in uilla q̄ circa eum locum pecus cogeretur uel q̄ coherceat obiectu suo extraneos & adire prohibeat:huius numerum uarium esse inuenio: Plutarchus in uita pelopide primus gorgia ex quadrigentis electis uiris quibus ciuitas exercitationem dietamq; in arce thebana militantibus præbuit sacram cohortem:ut ferunt:ordinauit & propter hoc cohortem ex ciuitate uocauerunt. Ephorus autem cohortem quingētos esse uiros affirmat: Calisthenes uero septingentos: Quidam alii quod polybius sensit nonagintamilium idoneum numerum p̄hibēt alii aliter:Iosephus belli iudaici li.iii.decem autem cohortum singulæ mile pedites habebat:in cęteris uero xiii.sexcenti pedites & centeni uiceni equites erant.

Ohors prętoria est dicta q̄ a prętore non discedebat.Scipio enim Affricanus primus foetissimum quenq; delegit qui ab eo in eo bello non discederet & cętero munere militiæ uocaret;& sexquiplex stipendium acciperet.

Anipulus ducentorum militum est & militum parua quoq; manus sex uel septem in unumq; collecti uiri qui unum signum sequūt̄ sic dicti siue q̄ bellum primo manum incoeptant uel q̄ ātēq̄ signa essent manipulos idest fasciculos alicuius herbę pro siginis habebant a quibus manipulares milites postea dicti sunt.

Lobus ut inquit uegetius tertio de re militari is dicitur qui a sua acie sepatus uago superuentum incursat inimicos contra quem alter populosior uel fortior mittit̄ globus Liuius li.ii.ab urb.con:in eum hæc gloriantem cum globo ferocissimorum iuuenum Romulus impetum fecit idem li:xxi:alii fugientes pugnantium globo illati hęrebāt:alios redeūtes in pugnā auertebat fugiētiū agmē:

Vneus est collecta in unū militū multitudo:unde propter quod in unum cohit huius cohitio in unum Cuneus quasi coneus q̄ in unum omnes coheant atq; cogantur in triamilia ea nec est equitum sed peditum multitudo quę iuncta cum acie p.angustior deinde latior q̄ cedit & aduersariorum ordines prorumpit :qa a pluribus

in unum locum tela mittuntur:Nec eſt cunei determinatus militũ numerus:ſed ordinatio acierum ī modum cunei;

Vniculum autem foramen dicimus ſubteraneum occultum aut a cuneorum ſimilitudine omnem materiam nodoſam quam ſubintrãt ſcindentium;aut potius ab animali quod eſt lepori perſimile appellatum;quod ſub terra foſſa latere ſolitum eſt;Martialis.Gaudet in effoſſis habitare cuniculis antris monſtrauit tacitas hoſtibus ille uias:ſunt qui non cuniculum ſed cuniculos plurali tantũ dici numero debere arbitrentur:quod a quodã noſtrę huius ætatis alias doctiſſimo hiſtoriarum ſuarum libris contra multorum uſũ eruditorum de promptum admiror;Vegetius inuẽtum eſt remediũ per noſtem ſub fundamentis muri cuniculum fodi;item alibi Aliud genus expugnationis eſt ſubteraneum atq; ſecretũ quod cuniculum uocant;a leporibus qui cauernas ſub terris fodiunt ibiq; eõdunt:ſic & Ceſar ſcriptor elegantiſſimus:De Tertia uigilia aĩaduerſũ eſt aggerem fumare:quem cuniculo hoſtes ſuccenderant; ſic Liuius belli Macedõici libro.viii.ibi commiſſis operibus cũ e foſſa in cuniculum pateret iter:ſic Curtius ultima peſtis urbis fuit cuniculo ſubruptus murus per eius ruinas hoſtis ītrauit;q̃ ut ne queat Apollonia nobilis quondam ciuitas documento nobis ſit; nam cum ingenti admodum obſideretur exercitu & cuniculis milites minus ambigerent intra moenia penetrare;id cum apolloniatibus per ſpeculatores denuntiatum eſſet;eiusmodi nuntio perturbati conſternatiq; ſunt omnes;q̃ nec tempus nec locum ſcire poſſe uidebantur quo emerſuri. forent hoſtes:Tunc uero Tripho Alexãdrinus qui ibi fuerat ingenio ſummo intra murum plures ſpecus deſignauit & fodiendo terram progrediebatur extra murum dũtaxat per ſagitę emiſſionem & in omnibus uaſa ænea ſuſpendit ex his in una foſſura quæ contra hoſtium ſpecus fuerat;uaſa pendentia ad plagas ferramentorum ſonare coeperunt: ita ex eo tinnitu intellectum eſt qua urbis parte aduerſarii cuniculos agentes intra penetrare cogitabant:Sic liniatione cognita temperauit;ænea feruentis aquæ & picis deſuper & ſtercoris humani & arenę coctę candẽtis deinde noctu pertulit crebra foramina & per ea repente perfundo q̃ ī eo opere fuerũt hoſtes omnis necauit:Maſilienſes ſimilimõ per cuniculos obſeſſi cum numero ſupra triginta ſpeculatum miſſiſſent;ab his eo præcepto loco quo cuniculi agebantur intra murũ

baratrum ampliſſima longitudine & amplitudine uti piſcinam fece
runt eamq; ut puteis & e portu impleuerunt ita cum ſpecus eſſet
repente naribus apertis uehemens aquæ uis immiſſa ſupplantauit
fulturas;quiq; intra fuerant;& ab aquæ multitudine & a ruina
ſpecus ſunt opreſſi: Ambrachienſes pauidi ne etiam ſubrutis mu
ris facta in urbem uia per cuniculum eſſet ſilentio facto pluribus
locis aure admota ſonitum fodientium captabant;quem ubi acce
perunt aperuere rectã ĩ cuniculũ uiã nouaq; haud magni operis ad
uerſus hoſtes qui in cuniculo erant excogitata res eſt. Doliũ.n.
ferreum a fundo pertuſum quo phiſtula modica etiam ferrea inſerri
poſſet;operculumq; etiam ferreum etiam ipſum pluribus locis per
foratum fecerunt tenuiq; pluma completum ore in cuniculum uer
ſo poſuerunt per oculiq; foramina prẽlõgẽ haſtę ad ſubmouendos
hoſtis eminebant ſintilam lenem ignis plummæ inditã fole fabrili
ad caput phiſtulæ impoſito flando accenderunt inde nõ ſolum ma
gna uis fummi ſed acrior etiam foedo quodam odore exaduſta
plũma cum totum cuniculum adimpleſſent haud durare conſiſte
req; quiſq̃ intus potuerat.

Orficem ordinationem militarem uocant cuneo oppoſitam nã
ex lectiſſimis militibus in. V. litteram ordo componit;& illũ cune
um excipit atq; ex utraq; parte concludit frons dicta q; aduerſus
hoſtes ſpectat hæc in pugna publica ſi ſapienter diſponitur pluri
mum iuuat: ſi impĩte quanq̃ optimi bellatores ſunt mala ordinatiõe
franguntur.

Erra præliari dicitur cum aſſidue acceditur recediturq; neq; ullo
tempore conſiſtitur dictaq; proĩde ſerra hęc a ſtrenuis direpta ãte
frontem opponitur hoſtibus ut turbata acies reparetur

Lx exercitus ordines qui circum legiones dextra ſiniſtraq; tanq̃
alę in auium corporibus locabãtur ut libro vi. de re militari apud
cintium ſcriptum eſt. Virg. iii. ęn. Dum trepidant alę ſaltusq; inda
gine cinguut: Liuius ab urbe con. xxvii. ſiniſtra ala ab Romanis
& cohortes quæ admiſerant ſigna in prima acie pugnabant;& ſunt
alæ xxx. equites ĩ exercitu: ſint licet qui pluribus q̃ xxx. equitibus
alam conſtitui cenſeant; Liuius ab urb. con. xxxviii. his ala mile fer
me equitum hoc geminam uocant

Vrma teſte feſto in uarrone quaſi trina e ĩ. v. abiit q; terni equi
tes ex tribus tribubus Ticienſiũ Ramniũ & lucerũ fiebat; Romani

enim equites in una tribu trecenti fuere. De ſingulis enī centuriis decem dabantur & fiebat turma: itaq; ſi pomponio credimus ſingularum decuriarum Decuriones dicti quidam uolunt quorū eſt frō. to decurionem eſſe turmæ quæ conſtat ex duobus & xxx. equitibus Cyaxares autem primus herodoto teſte Aſianos dicitur per turmas diuiſiſſe: iuſſiſſeq; ſagittarios ab equititibus aliosq; ab aliis ſeorſum eſſe antea cum permixti & confuſi eſſent.

Odus proprie eſt denſa peditum multitudo ſicut turma equitū ut lectum eſt in diſciplina militari: ſic dictū pro dificultate q̄ uix poſſit reſolui.

Cus exercitus inſtructio dicitur q̄ ea pars militum uehementiſſima ē ad hoſtem uulnerandum acumine telorum.

Cies exercitus ĩſtructus dicta q̄ ferro armata ſit & acumīe telorū

Laſſes equites dicebantur ob diuiſionem exercitus: qui poſtea manipuli dicti uel pro turmis equeſtribus a quibuſdam claſſicis quę habent unde non ab re nobili poeta dictum: claſſibus hic locus eſt claſſes etiam partes populi: Liuius primo ab urbe con. tum claſſes cēturiasq; & hunc ordinem ex cenſu deſcripſit. uel paci decoꝝ uel bello & his qui centum milium ęris aut maiorem cenſum habe ret lxxx. fecit centurias quadragenas ſeniorum ac iuniorum; prima claſſis omnes appellati: ſeniores ad urbis cuſtodiā ut preſto eſſēt iuuenes ut foris bella gerrent: Claſſici ut inquit Gelius vii. noc. at. dicebantur non omnes qui in claſſibus erant; ſed primę tantum claſſis homines qui centum & xxv. milia æris ampliſſime: cenſi erant: infra claſſem autē appellabāntur ſecundæ claſſis cęterarūq; omniū qui minore ſumma ęris q̄ ſupradicti cenſebantur: Columella claſſes non maiores q̄ denum hominum faciundę quas decurię appellarunt antiqui: Quintilianus primo inſti. non inutilem ſcio ſeruatum eſſe a præceptoribus meis cum pueros in claſſes diſtribuerent ordinem dediſecundum uires ingenii: dabant claſſes nauium poſtea ſubire uetuſtiusq; fuit pomp. Auctore multitudiné hominum quam nauium claſſem appellari Diodoro enī teſte ab ipō orbis primordio animantia omnia eſſe generata eodemq; modo & homines a principio genitos dicunt ĩ agris paſtum querentes ſyluestri & incondita uita uixiſſe; quibus herbe & arborū fructus ultro uictum pręberent: Belluas inſuper his fuiſſe infenſas quibus ut obſiſterēt claſſes & cætus hominum ob timorē factos aiūt cōmunis

utilitatis gratia:auxiliaq; inuicē præbita & loca habitaculis quę-
sita:Classes clypeatas antiqui dixere quas nūc exercitus uocamus
classis uero procincta exercitus instructus & paratus ad bellum
Maxime cum exercitus cinctus erat:Gabino ritu siue cinctu con-
festim pugnaturus

Astra pro exercitu tantum pluraliter.Liuius punici belli li.v.
Valerius ancias una castra magonis capta tradit:idem in eodem:
exuitur castris atq; ita nocte ac die bina castra hostiū oppugna-
ta bina proinde non duo castra dixit idem li. viiii.sed cum una ca-
stra in fines altera in finitima terra hetruria prope ī conspectu ha-
bebant:castra autem quasi casta: ob hoc dicta q illic castraretur
libido q si ab ea origine ortum traxit apud nostros inane nomen
esse quis dubitat: Quotus enim inter hos homines inuenitur qui
pudorem pudicitiam castitatemq; colat: qui non prorsus cupidita
tibus cuncta irrideat atq; contemnat: quotus qui non prostibulo
congredi malit q̄ cū hoste manus conserere: quotus qui non liben-
tius de expugnanda adolescētulorum pudicitia de uirginibus uio
landis:de ui inferenda in genuis:de suis stupris sceleribus flagitiis
sermonem conferat q̄ de hostibus inuadendis de excipiendis uulne-
ribus:de morte pro dignitate appetenda de ignominia fugienda
de gloria cōparāda:de tollerantia:de pacientia:& de labore:quod
si quando forte contigit ut te quisq; es lector in horum hominum
castra uel potius lustra conferas:uidebis ibi superlectulis non cō
tinentissimos duces Fabricium; Aemilios:Scipiones:hannibalem:
Alexandrū:sed militares homines & eos qui exteris dignitate excel
lūt iuxta meretrices exoletos:scorta:& pueros meritorios accubā
tes molissimis uerbis & flagitiosissimis & ad concitandam uenerē
nedum castrādam accommodatis inter se colloquentes:ubi autem
calere iam res coeperit hic alius ructet & uomat mingat alius & pe
dat:ibi luditur:hic bibitur:atq; ut ex huiusmodi euenire solet sx-
penumero rixa exorta est; Nullus ut summatim reliqua comple
ctar pudor in eorum uerbis:nulla in rebus temperantia:nulla reli-
gio:nulla modestia:nullum conuiuio maiorum dignum silentium:
sed summa obscenitas:Blasphemię:clamor:confusio:perturbatioq;
rerum omnium quod ueterum disciplīa nephas quidem erat aut de
licatum aut parum pudicum inferre sermonem:ibi non modo uerbis
non obstinent turpibus.sed extera etiam faciunt quæ a uerecundo

homine dici non possunt.

Etari castra diuidere & loca militibus in castris assignare: uel ponere castra: uel mutare; Lucanus in primo Audax hesperios ueniam metator in agros.

Aberne appellatio Vlpiano teste declarat omne utile ad habitãdũ edificiũ non ex eo q̃ tabulis claudatur: inde tabernacula & cõtabernales: Tabernam etiam domicilii genus antiquissimũ Romanis fuisse testimonia sunt extergentes: quæ adhuc tabulatis habitant ędificiis: unde etiam tecta castrensia militumq̃ tentoria q̃bus solis ardores tempestatesq̃ imbrium ac frigoris iniurias uitãt quãuis pellibus tegerentur Tabernacula dicta sunt; Liuius Belli Macedonici li.iii. Tabernaculum regium pro uallo in conspecto maxime tumulo ut terrorem hostibus suisq̃ spem & fiduciam faceret positum; Cicero in uerrem ac.vii. Nam in ipso aditu atq̃ ore portus ubi primum ex alto sinus ad urbem ab littore inflectitur tabernacula carbaseis intenta uelis collocant.

Tentoria pro eo dicta q̃ tendantur funibus atq̃ palis unde & hodie prætendere dicitur ut olim Ouidius in heroid. Illic eacides: illic tendebat achilles: Virgilius in primo æn. Nec procul hinc Resinueis tentoria uelis Agnoscit lachrymans.

Apiones simili modo tentoria dicuntur: ab auiculę peruolantis similitudine helius spartianus in uita seueri septimi idem in omnium expeditione ante omnes militarem cybum sumpsit ante papilionem.

Hybernacula castrensia ad obsidionẽ potius q̃ ad oppugnationẽ hyemando ędificia Liuius libro v. ab urb. con. cum spes maior imperatoribus Romanis in obsidiõe q̃ inexpugnatione esset: hybernacula etiã res noua militi Romano ędificari coepta consiliumq̃ erat hyemando continuare bellum.

Impedimenta castrensem supellectilem dixere: impedire enĩ quasi irretire ẽ & impedicam trahere; Liuius xxviiii. interim Romani impedimentis quoq̃ omnibus traductis contractisq̃ in unum locũ quia iam moueri uidebãt hostem nec spacium erat castra communiendi aciem instruxerunt; idem xxiii. Liuę. calonesq̃ & alia turba custodię impedimentorum opposita.

Omeatus pro cybariis ad alimoniam reipu. aut exercitus: aut alicuius multitudinis conuentis dicimus; Liuius xxxvi. ab urb. cõ.

Cũ exercitibus cõmeatus quoq; omnis generis ex asia uenturos in presentia curæ esse ętholis debere ut copia frumẽti suis & annona tollerabilis rerum aliarum suppeditentur comeatus priuatim etiam dicitur: Cicero pro lege Manilia iam comeatu & priuato & publico prohibemur: Ab imperatore etiam militibus comeatus dari dicit .i. tempus quo ire & redire commode possint: uel facultas ad tempus a militia recedẽdi eundiq; quo uelint ad prescriptum diem reuersuri.

Vnimenta munitiones sunt castrorum cæterarumq; rerum quę contra aduentum hostium muniũt siue uallo & fossa: siue alio quouismõ quo sint milites ab hostiũ ut dixi aduẽtu uel ĩcursu muniti

Onumenta. I. mutata in. V. &. V. in. O, Sepulchra statuæ: Tituli libri. cęteraq; q̃ nos alicuius rei prętiterit æ moneant recordari: Nã quod de futuro quidam uolunt ideo sepulchra appellari monumẽta q̃ nostrę mortis moneant falsum abitror ĩ honorem enim mortui illa tantummodo fiunt non in publicã præceptionem.

Thleta uir fortis uenatorq; qui perũcta corporis flexibilitate cum bestia dentata luctatur: ut motibus suis spectantibus placeat: & sanguine suo uoluptatẽ populo prętet: Liuius belli punici li. xi. Athletarum quoq; certamẽ tũ prĩo. Romanis spectaculo fuit & uenatio data leonum & pantherarum & prope huius seculi copia ac uarietate ludicrum celebratum est: Sabinius autem & cassius & generaliter omnes artem ludicram non facere athletas opinant: horum spectaculum fabricis tam clarum & actione tam tetrum in honore scythicę diane quę sanguinis efusione gaudebat ab athenensibus repertum est: damnosa profecto publice priuatimq; nocens delectatio quod facile colligi potest: si in mentem uenerit ex historiis rei huius initium progressusq; apud nostros quãto publici census impendio: quanta q̃q; insaniæ proxima dictu cura quãto demum populi studio plausu ac labore constiterit: tot milibus simul gladiatorum paribus tanto elephantorum pręcio tygridumq; & leonum ac pardorum gregibus onagrorum quoq; equorum ferocium atq; animalium diuersi generis e toto orbe terrarum omnium transmissis syluis omniq; gentium uenatibus Romano famulantibus theatro; adde illam ędificandi luxuriem cunctas terra pelagoq; marmoreas columnas in ludorum usum & artificum summis ingeniis expolitas cuius prĩceps insaniæ haud conticendus ẽ scaurus is

qui edilis in theatri ſcęnam opus dierū paucorum & quod paucis lignis ac funibus attolli poterat ſuffecturum oculis populi tali bus gaudentis trecentarum ſexaginta talium monſtra columnarum intulit fecitq; opus: ut ſcriptum eſt: maximum omnium quæ unq̄ fuere humana manu facta: Curionem quoq; ex ſuperioris æui mo numentis accepimus qui ciuili bello pro cæſaris partibus in aphri ca occubuit ut ſcaurum quem opibus equare non poterat ſuperarit ingenio; non marmoreum ut ille ſed ligneū theatrum duplex ta men ac penſile meditatus: populum uictorem gentium: Ludis ui ctum & periculis plaudentem ſuis mira arte ſuſpendit ut ridentes interius ſtupentesq; ipſi exterius ſpectatoribus riſui fierent & ſtu pori iam inde ab exordio primus Regum noſtrorum Romulus fuit omne qui in his Rigidam thetricam illam Sabinorum pudici tiam circumuenit inde porro Titi potentia principali, diuitiarum perfuſo flumine cogitauit ædificium fieri unde caput urbium cerni potuiſſet cum theatrum quod eſt emiſperium grece dicatur Amphitheatrum quaſi in unū iuncta duo uiſoria conſtet eſſe no minatum qui ſpeciem eius area concludens ut & currentibus aptū daretur ſpacium & ſpectantes omnia facilius ſtuerentur; dum quæ dam prolixa rotūditas uniuerſa colligeret quæ autem latini certami na agones alii uocant ab a quod eſt ſine ſonat & gonia āgulus q̄a ut feſto placet locus in quo huiusmodi ioci facti ſunt ſine angulo ſint Alii aliter atq; aliter dici putant: Ouidius primo faſtorum No minis eſſe poteſt ſuccinctus cauſa miniſter Hoſtia cęlitibus quo feriente cadit: Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros: ſemp agat ne rogat nec niſi iuſſus agit; pars quia non ueniant pecudes ſed aguntur ab actu: Nomen Agonalem credit habere diem pars putat hoc feſtum priſcis agnalia dictum: una ſit ut proprio littera dempta loco: An quia præuiſos in aqua uidet hoſtia cultros An pecoris lux eſt ipſa notata metu Fas etiā fieri ſolitis ętate prior Nomina de ludis greca tuliſſe diē: Et prius antiquus dicebat ago nia ſermo: ueraq; iudicio eſt ultima cauſa meo.

Ellona Martis ſoror & bellorum dea cui proprio ſanguine facer dotes ſacrificabant Lactantius atq; Lucanus teſtes ſunt tunc quo ſectis bellona lacertis ſeua mouet cecinere deos; & eſt dicta a bel lo belſona: nunc quę duellona a duello ut inquit Varro.

Inerua uirtutum prędul quam principem & inuentricem belli

ferunt dicta ꝙ bene moneat;hanc enim pagani pro ſapientia pone
bant:Cornificius uero ꝙ fingatur pingaturq; minitãs armis eandẽ
dictam putat galeatã enim haſtam tenet & clypeum alii nonnulli
uel ꝙ minueret uel minueretur dictam putent: Quãobrem eadem
capta ſiue capita dicta ſit incertum eſt:Variæ enim ſunt huius no
minis cauſę. Ouidius tertio faſtorum Cęlius ex alto qua mõs de-
ſcendat in equum hic ubi non plana eſt ſed prope plana uia eſt:
Parua licet uideas captę delubra mineruę:Quę dea natali coepit ha
bere ſuo:Nominis in dubio cauſa ẽ Capitale uocamus ingeniũ ſo-
lers ingenioſa dea eſt An quia de capitis fertur ſine matre paterni
Vertice cum clypeo proſiliiſſe ſuo;aut quia perdomitis ad nos
captiua foliſcis uenit & hoc ſigno ſyllaba prĩa docet:Aut ꝙ habẽt
legem capitis quę pendere pęnas exilio iubeat fu ta reperta ſuo
Aquacunq; trahas ratione uocabula pallas pro ducibus noſtris egi
da ſemper habe.hæc eadẽ &tritonia dicta eſt:ꝙ temporibus ogi-
gii ad lacum uel rippam tritonis fluminis in uirginali fertur apa-
ruiſſe habitu:

Allas autem ſecundum uictorinũ a pallene inſula thracię uel
a gigante quem occidit;& ſane duo hęc anthonomaſia ſiue pro-
prio ſunt nomine nonnũq; a poetis prolata Virg.ii.æn.Tritonia re
ſpice pallas Inſedit nymbo effulgens gorgone ſcęua.

Ars ab eo quod maribus præeſt ĩ bello ut Varroni placet licet
tria ſĩt genera cõſuetudinũ;ſicut apud xamantes thanais flumĩs
hoſtio proximos;ubi eaſdẽ artes foeminæ quas uiri exercent adeo
ut ne militię quidem uacent: uiri enim pedibus ĩhęrent ſagittisq;
depugnant;ille equeſtre prælium ineunt nunc ferro dimicant;ſed
quod laqueis intercępere trahendo conficiunt uel apud Amazones
ubi ſolę foeminę uel apud Romanos aliasq; gentes multas ubi ſoli
mares dimicant uel mars dictus ꝙ Sabinis arreptus ibi & mamers
quod idẽ eſt ofca lĩgua quod Mars.tis.& enĩ cũ ſcęuit gradiuus
dicitur cum tranquillus eſt dicitur eſſe Quirinus: huius in urbe
duo erant templa unum quirini intra urbem quaſi cuſtodis ideſt
tranquilli Alterum in appia uia extra urbem prope portam quaſi
bellatoris ideſt gradiui;in bello enim gradũ inferunt qui pugnãt
aut impigre gradiuntur Acſicut Epaminundas boetium agrum
Martis orcheſtram & xenophon epheſum belli officinam appellat
ſic Romani tunc belligeri templum martis quem ferociſſimum

omnes deum & armigerum dicunt;& ob id bellis armisq; pręesse hunc & liberum unum eundemq; deum arbitrantur nonnulli Romaniq; utrunq; patris appellatione uenerantur; alterum liberum patrem alterũ Marspitrem idest martem patrem cognominantes; hinc etiam liber pater bellorum potens probatur quod eum primum ediderunt Auctorem triumphi hoc etiam apud lacedęmonios simulachrum eius hasta insigne non tyrso demõstrat;sed cum tyrsum tenet quid aliud q̃ latens telum gerit cuius muro hædera lubente protegitur;quod ostendit uinculo quodam pacientię obligãdos impetus belli;habet etiam hædera uinciendi obligandiq; naturam nec non & calor uini cuius liber pater est auctor homĩes ad furorem bellicum usque propellit propter cognatum ergo utriusq; effectus calorem martem ac liberũ unũ eundemq; deũ esse uoluerũt

Auors figuratum est ut induperator auctore seruio in commẽto primo ẽn. ab aliis q̃ magna uertat sic dictus.

Radiuus mars siue mauors dictus est a gradiendo eo q̃ in bello gradum ĩferant qui pugnant aut impigre gradiantur uel a gradiendo in bella ultra citroq; siue ab uibratione hastæ quod græci dicunt. G. uel ut alii quia gramine sit ortus quod interpetratur quia corona graminea in re militari maxime est honorationis.

Eretrius iupiter dictus est a ferẽdo q̃ pacem ferre putaretur ex cuius templo summebant sceptrum per quod iurarent & lapidem silicem quo foedus ferirent: Alii cũ Acron ceninensium rex a Romulo uictus & infesto telo traiectus esset eiusq; spolia ioui uotis nuncupatis Romulus ad urbem reuersus dicaret;hoc tropheũ ioui statutum cognomen deo additum feretrio ioui a feriendo hostem é & a ferendo ut ante diximus Propertius Nunc spolia in templo tua condita causa feretri omine q̃ certo dux ferit ense ducem seu quis uicta suis humeris hæc arma ferebat; Hinc feretri dicta est ara superba Iouis.

Anus faciendis foederibus preest: Nanq; postq̃ Romulus &. T. Tacius in foedera conuenerunt Iano simulacrum duplicis frontis effectum ẽ. quasi ad imaginem duorum populorum Ganius Bassus in eo libro quem de diis cõposuit lanum bifrontem fingi ait quasi superum atq; inferum ianitorẽ: Ouidius in fastis: Qu cquid ubiq; uides celum mare nubila terras. Omnia sunt clausa nostra patẽtq; manu; Me penes est unum uasti custodia mundi & ius uertendi

cardinis omne meum:Omnis habet geminas hinc atq; hinc ianua frontes:Equibus hęc populum ſpectat ac illa larem;Vtq; ſed etue ſter primi prope limina tecti Ianitor egreſſus introitusq; uidet: ſic ego proſpicio cęleſtis ianitor aulæ Eoas partes heſpiasq; ſimul Eundem quadrifrontem legimus quaſi uniuerſa climata maieſtate complexũ:Nec mirum ſane apud aliquos bifrontem quadrifrontem apud alios eſſe Nam Alii præter hæc eum diei deum uolunt inquo ortus eſt & ocaſus:Horatius:Matutine pater ſeu iane libentius audis: Alii anni totius deum quem in quattuor tempora conſtat eſſe diuſum: anni autem eſſe deum illa res probat q ab eo prima pars anni nunc nominatur; Nunc ianum chaos patulcium & clauſiũ etiam appellauit antiquitas: Ouidius ĩ faſtis Me chaos antiqui Nam ſum res priſca uocabant nomina Ridebis modo nanq; patulcius idem:& modo ſacrifico clauſius ore uocor: Horum duorum nominum ratio hęc eſt Quia bello caute eius patent pace clauduntur huius etiam rei hęc cauſa narratur cum ſabino quod uirginum raptarum gratia commiſſum eſt Romani portã quæ ſub radicibus colis uiminalis erat quæ poſtea ex euentu Ianualis uocata eſt claudere feſtinarent quia in ipſam hoſtes irruebant poſtq; eſt clauſa mox ſponte patefacta eſt cumq; iterum ac tertio idem contigiſſet armati plurimi pro limine quia claudere ne quiebant cuſtodes ſteterunt cũq; ex alia parte acerrimo prælio certaretur ſubito phama pertulit fuſos a Tatio Romanos quã ob cauſam qui aditum tuebantur territi profugerunt eumq; ſabini per portam patentẽ irrupturi eſſent Fertur ex æde iani per hanc portam magnam uim torrentiũ undis ſcatentibus erupiſſe multasq; per duellum cateruas aut exutas feruenti aut deuoratas rapida uoragine deperiſſe ea re placitum ut belli tempore uelut ad urbis auxilium profecto deo fores reſerarẽtur Ianualis porta ut alii perhibent ab iano dicta:ideoq; ibi poſitum iam ſignum:& ius inſtitutũ a pompilio ut ſcribit in annalibus piſo ut ſit aperta ſemper niſi cũ bellum ſit nuſq; tamen traditum eſt memoriæ ut inquit Varro põpilio rege fuiſſe apertam ſed poſt eius regnum teſte Liuio. T. Mãlio cos bello carthaginenſi primo confecto bello item attiaco finito ab imperatore cęſare auguſto pace terra mariq; parta hunc autem apud nos Ianum omnibus præeſſe ianuis nomen oſtendit: quod eſt ſimile Nam & cum claui & uirga figuratur quaſi & rector

uiarum & omnium portarum cuſtos belli licet geminæ ſint Virg. in primo æn. ſunt geminę portæ belli ſic nomine dicunt Religiõe ſacrę & ſcęui formidine martis: Centum ęrei claudunt uectes ęternaq; ferri robora nec cuſtos abſiſtit limine Ianus; Has ubi certa ſedet patribus ſententia pugnæ: ipſe quirinali trabea cinctuſq; gabino inſignis referat ſtridentia limina conſul: ipſe uocat pugnas ſequitur tum cętera pubes æreaq; aſſenſu conſpirant cornua rauco hæc & tum eneadis indicere bella latinis More uidebatur triſtesq; recludere portas.

Actum a pactione dictum: auctore ulpiano: inde & pacis nomen appellatum eſt: ſed eſt pactum duorum conſenſus atq; conuentio Pactio uero duorum plurium ue in unum placitum atq; conſenſus Liuius li. vi. ab urb. con. Cuius ſpei morem pati cum fortuna ob ſeſſorum non potuiſſet: confectaq; paucitas: oppidanorum opere uigiliis uulneribusq; ſemper eoſdem urgebat per pactionem urbe hoſtibus tradita: inermes cum ſingulis emiſſis ueſtimentis miſerabili agmine penates reliquerant.

Ax ſignificationis habet notã: Virg. in vii. pars mihi pacis erat dextram tetigiſſe tyranno: Pax uenia; idem in. iii. æn. ſed uotis pręcibusq; iubent expoſcere pacem: Pax propiciatio idem in eodem exorant pacem diuum. Pax beniuolentia idẽ in. iiii. Pacẽq; per aras exquirunt: Pax quoq; teſte priſciano li. v. tam ſingulariter q̃ pluraliter prolata idem poteſt ſignificare ſed piuralitter non utimur quia auctoritas deficit: quod a grammaticorum principe dictũ nõ parum admiror Maxime cũ apud nõnullos & quidem probatos & ſũma auctoritate pręcellentes latina lĩgua uiros pluraliter prolatũ inueniam lucretius rerum naturalium libro. v. ueniorum pauidis paces animasq; ſecundas. Varro de uita patrũ li. iii. animaduertendum primum quibus de cauſis & quemadmodum conſtituerunt paces ſecũdũ quia fide & iuſtitia eas coluerit Horatius prĩo epis. bella quis & paces longum diffudit in ęuũ: idem li. ii. hoc paces habuere bonæ uentiq; ſecũdi; hoc de pacis uocabulo & eius uſu dictũ ſatis ſit in præſentiarum: Effectus autem ſunt ut in ea populi p ficiãt utilitas gentium cuſtodiatur ut hæc bonarum artium decora ſit mater hęc eadem mortalium genus: reparabili ſucceſſione multiplicãs facultates protendat mores excolat; tantumq; boni in ſe cõtineat ut terrenis ĩ rebus nihil gratius ſoleat nihil cõcupiſci

desyderabilius nihil postremo melius possit ĩueniri proinde nõ ab re post triumphos & Romani imperii firmissimũ statũ D. Vespasianus tranquillitatis pacis & cõcordię tẽplũ ædificare decreuit: quoea diuitiarum largitate usus ut omnia in illud phanum collecta essent: quorum uisendorum studio per orbem totum qui cum ante fuerant uagabatur.

Oedus lex nonnunq̃ pax quæ fit inter dissidentes sic dictum uel q̃ inter foedera interponatur fides unde Varro per hos etiam nunc fit foedus quasi fidus Ennius scribit dictũ in re militari uel a foecialibus idest sacerdotibus per quos fiunt foedera uel ab hirco uel hedo. T. littera addita quod ueteres in graui significatione ponebant: & sanguine fędantem quos ipse sacrauerat ignes: uel a porca fęde & crudeliter occisa lapidibus cuius mors optabat ei qui a pace resiliisset unde poetarum doctissimus. post idem inter sese posito certamine reges armati iouis ante aram paterasq̃ tenẽtes stabant & cæsa iungebant foedera porca Arabum in huiusmodi iungendis foederibus non porcã sed interiorẽ manus partẽ iuxta pollicem incidere mos fuit Accipereq̃ ex utriusq̃ uestę filium & ex utriusq̃ sanguine lapides vii. in medio iacentes perungere Dionysium ac dianim inuocantes hisq̃ peractis deniq̃ hospites eos uel amicos nuntiare Scitæ & lidii in huiusmodi similiter herodoto testese sanciant haustuq̃ mutuo sanguinis foedus fulciunt non suo tãtum more sed medorum quoq̃ usurpata disciplina: Bello in. quod gestum est anno post illiũ captum sexcentesimoquarto inter lyricẽ Lydum & astiagem mediæ regem: hoc pacto cõfirmata sunt foedera Romanis autem cum ętholis his legibus foedus ictum est imperium maiestatemq̃ populi Romani gens ętholorum conserua to sine dolo malo Ne quẽ exercitum qui aduersus socios amicosq̃ eorum ducet per fines suos transire sinito neue ulla ope iuuato hostis eodem habeto quos po. Romanus armaq̃ in eos ferto bellũq̃ pariter gerito: perfugas fugitiuos. captiuos reddito Romanis sociisq̃ prętereq̃ siqui capti cum domos rediissent iterum capti sunt aut siqui eo tempore ex his capti sunt qui tum hostes erant Romanis cum intra prędidia Romana ętholi essent aliorum qui comparebunt inter dies centum Corcyra eorum magistratibus sine dolo malo tradantur Qui nõ comparebunt quandoqsque primus eorum iuentus erit reddatur obsides xl. arbitratu consulis Romani

dato ne minores xii. annorum neu maiores xl. obſes ne eſto prætor prefectus equitum ſcriba publicus neu quis qui ante obſes fuerit apud Romanos Cephalania extra pacis leges eſto De pecunie ſumma quam pẽderent penſionibusq; eius nihil ex eo quod cum cõſule conuerneãt mutatum pro argento ſi aurum dare malẽt dare cõuenit Dum ꝑ argenteis decẽ aureus unus ualeret Quæ urbes qui agri qui homines ętholorum iuris aliquando fuerunt qui eorum. T. Quintio GN. Domitio cos. poſt ue eos cos. aut armis ſubacti aut uoluntate inditione populi Romani uenerunt neq; eorum ętholi recepiſſent; uel in ętholia decẽ; urbes agrosq; Arcananũ ſũpto Alia etiam inſignis fœderis forma auctore Liuio ex decem legatorum ſententia in hęc uerba cũ Anthioco conſcripta eſt: amicitia rege cum po. Ro. his legibus et condictionibus eſto Neque exercitum qui cum populo Romano ſociisue bellum geſturus erit Rex per fines regni eorumue qui ſub ditione eius erunt tranſire ſinito; ne comeatu neu qua alia ope iuuato idem Romani ſociique anthioco & his qui ſub imperio eius erunt præſtent belli gerendi ius anthioco ne eſto cum illis qui inſulas colunt neue in europã tranſeundi excedito urbibus agris uicis caſtellis ciſtaurum montem uſq; ad tanain amnem & a ualle tauri uſq; ad iuga qua in licaoniam uergit nequa arma efferto ex his oppidis agris caſtellisq; quibus excedat ſiqua extulit quę quoq; oportebit recte reſtituito nec militem neu quem alium ex regno eumenis recipito ſiqui earũ urbiũ ciuesq; abſedũt regno cũ rege ãthioco utraq; fines regni eius ſunt; apameam omnes ante diem certam redeant qui ex regno anthioci apud Romanos ſociosque ſunt his ius abeundi manendiq; eſto ſeruos fugitiuos ſeu bello captos ſeu quis liber captus aut tranſfuga erit reddito. Romanis ſociisq; elephantos tradito omẽs neq; alios parato Tradito & naues longas armamentaq; earũ Neu plures q̃ decem naues nulla plusq̃ xxx. remis agatur habeto neue mioreẽ ea bellicauſa quod ipſe illaturus erit Ne nauigato citra calicandrũ neu ſarpidoniũ promontoria extra quę ſiqua nauis pecuniam ſtipendium aut legatos aut obſides portabit milites mercede conducendi ex his gentibus ouę ſub ditione populi romani ſunt anthioco regi ius ne eſto Ne uoluntarios quidem recipiendi & Rhodiorum ſociorumue quæ ędes ædificiaq; intra fines regni anthioci ſunt quo iure ante bellum fuerunt eo rhodiq;

ſociorumue ſinito ſiquæ pecunię debentur earum exactio eſto ſi quid ablatum eſt id cõquirendi cognoſcendi repetendiq; idem ius eſto ſiquas urbes quas tradi oportet hi tenent quibus anthiocus dedit & ex his præſidia deductio utiq; recte tradantur curato: argenti probi Talenta attica .xii. milia dato intra duodecim annos penſionibus equis talentum neue minus pondo lxxx. Romanis põderibus pendeat & tritici xl. milia modium eumeni Regi talenta ccc l. intra quinquennium dato et pro frumento quod eſtimatẽ fit talenta cxxvii Obſides Romanis. xx. dato & triennio mutato: ne minores octodenum annorum neu maiores q̃ quadragenum ſi qui ſociorum populi Romani ultro bellum inferrent: anthioco uim ui; arcendi ius eſto: dum nequam urbem aut belli iure teneat: aut in amicitiam accipiat controuerſias interſe iure ac iudicio diſceptent: aut ſi utrisq; placebit bello De hãnibale poeno & ętholo thoante & miluna ſimaco a carnane & a calchidẽſibus eubolida & philoppomęne dedendis in hoc quoq; foedere conſcriptum eſt: ut ſiqd poſtea addi immutariue placuiſſet ut id ſaluo foedere fieret: Eſſe etiam tria foederum genera quibus integre paciſcerentur amicitias ciuitates regesq;: apud probatiſſimos auctores inuenio unũ cũ bello uictis dicerent leges ubi enim omnia ei qui armis plus poſſet dedita eſſent quę ex his habere uictor quibusq; multari eos uelit ipſius ius atq; arbitrium eſſe: Alterum cum pares bello equo foedere in pacem atq; amicitiam uenirẽt: tunc enim repeti reddiq; per conuentionem res: & ſi quarum turbata bello poſſeſſio ſit: eas autem iuris antiqui aut partis utriusq; commodo componi: Tertiũ eſſe genus cum qui nunq̃ hoſtes fuerunt ad amicitiam ſociali foedere integere iungendũ coeant eos neq; dicere neq; accipere leges: id enĩ uictoris & uicti eſſe: & quanq̃ auctore liuio nulla uetuſtior foederis memoria ſit q̃: eius quod inter albanos Romanosq; ictũ ẽ: theſeũ tamen primo foedera inueniſſe vi. na. his. li. teſtis ẽ plinius:

Ancta proprie dicimus auctore ulpiano quę nec ſacra neq; prophana ſunt ſed ſanctione quadam ſunt confirmata ut ſanctæ leges: ſanctione enĩ quadam ſubnixe ſunt: quod enim ſanctione quadam ſubnixum eſt: id ſanctum eſt: & ſi deo non ſit conſecratum:

Anctum teſte Martiano eſt quod ab iniuria hominum defenſum atq; munitum eſt: Liuius belli Macedonici li. ix. iam ne a legatis quidem qui iure gentium ſancti ſunt uiolandis abſtinere

insidias positas eundi ad.T. Quintium sanctum aũt dictum esta sagminibus.

Agmina autem dicebant herbas uerbenas quæ ex loco sancto arcebantur legatis proficiscentibus ad foedus faciendum bellũq; indicendum Liuius li.i.ab urbe con.iubente rege sagmina inquit te rex posco:Rex ait puram tollito fœcialis ex arce graminis herbam puram attulit :idem belli punici li.x.fœciales cum in africam ad foedus feriendum ire iuberentur:ipsis postulantibus senatus cõsultum in hec uerba factum ẽ ut primos lapides siliquos primasq; uerbernas secum ferrent:ut uti iis imperaret: ita foedus ferirent; illi prætorem sagmina poscerent hærbæ id genus ex arce sũptũ dari fœcialibus solet;has etiam hærbas legati P.R.solebant ferre; ut ab his defensi atq; muniti essent:ne quis eos uiolaret ;sicut legati græcorum ea ferebant quę cericia uocabantur.

fides ab osidio quia proprie ab obsessis dantur;uel obsides pro obsides quod ob fidem patrię præstandam datur:teste festo;uas idem quod obses a uado dictus quia dato uade licet abire & uadere :inde uadatus dicitur obstrictus uel sub fidei iussione ambulans sicut phenestella ait. penes quem uadatus amicitię nodulo tenebatur;

Ostis apud antiquos peregrinus dicebatur & qui nunc hostis p duellio Varro hostis ante eo uerbo dicebant peregrinũ qui suis legibus uterentur nunc dicunt eum quem tunc dicebant perduellem:Cicero primo officiorum & quod etiam illud animaduerto q; qui proprio nomine perduellis esset is hostis uocaretur;uerbi lenitate rei tristitiã mitigãte hostis enim apud Maiores nostros is dicebatur quẽ nunc peregrinũ dicimus indicant duodecim Tabulæ aut statutus dies cum hoste: itemq; aduersus hostem ęterna auctoritas quid ad hanc mansuetudinem addi potest:eum quo cum bellum geras tam molli nomine appellare quanq̃ id nomen durius efficit iam uetustas:a peregrino enim recessit & proprie in eo qui arma contra ferret remansit : Gaius de uerborum signifcatione quos nos inquit hostes appellamus eos ueteres perduelliones appellabant :per eam adiectionem indicantes cum quibus esset bellũ ulpianus uero ubi ad.L: iuliam Maiestatis plane quisquis inquit lege iulia Maiestatis reus est hostili animo aduersum Rempu: uel principẽ animatus est;hostes etiam dicuntur & sunt qui nobis aut

quibus nos publice bellū decreuimus:Ceteri predones:aut latrones appellantur:hostire equare est hostimētum equamentum Vndeet hostes dicti sunt quia ex equa causa pugnam adeunt

Ecathombem IuL.cap.teste Sacrificium eiusmodi est centum are uno loco cespicitie exstruuntur:& ad eas centū sues centūq; aues Mactabant Iam si imperatoriū sacrificium sit centum Leones centum aquile et cetera huiusmodi animalia centena feruntur: quod quidem etiam greci quondam feciſſe dicuntur cū:pestilētia laborarent Ostie sacrificia dicuntur que ante ab his fiunt:qui in hostem pergunt dicte ab eo q̄ et hostire est ferire :harū gratia Trebatius li.i.de religionibus docet esse duo :Alterū in quo uoluntas:dei pexta disquiritur :Alterum in quo sola anima deo sacratur.unde & aurusp ices animales hostias uocant:utrumq; hostiarum genus diuino carmine suo Virg.ostendit:& primo quidem id quo uoluntas numinum per exta monstratur:Mactat inquit letas de more bidentes: & mox:pecudumq; reclusis pectoribus inhians spirantia consulit exta;Alterum id in quo hostia animalis dicitur quo his tantum anima sacratur ostendit:Cum facit entellum victorem erici;mactare taurum Nam ut exploret animalis hostie causas ipso usus est nomine hanc tibi erix meliorem animam pro morte daretis:& ut nuncupata uota significare: ait,p. soluo quod de uoto proprie dicitur:utq; ostenderet persolutū diis significauit dicens:sternitur ex animisq; tremens procumbit humi bos idem circa hostiam animalē sanguine placastis uentos & uirgine cesa cum primum iliacas danai uenistis ad oras:sāguīe quærendi reditus animaq; litandum argolica Nam et id est hostie nomen posuit & litare quod significat sacrificio facto placasse numen.

Victimæ uero sacrificia que post uictoriam fiunt dicte sunt uel q̄ uincte ad aras ducebantur uel q̄ ictu percusæ victriciq; dextra cadebant;de hoc superioreq; uocabulo que licenter plerunq; confidit auctoritas Ouidius primo fastorū: Victima quæ dextra cecidit victrice uocatur: hostibus a domitis hostia nomen habet:De altero tantū Liuius ab urbe condita xxii.donec insuper eques cui ducario nomen erat facieq; noscitans consulem inquit hic ē cum populatus; Iam ego hanc uictimam manibus peremptorum fede

ciuium dabo.

Oſtliminium Scęuola.P.filius iunctum eſſe putat uerbum ut ſit in eo et poſt et limen ut quæ a nobis alienata ſunt cum adhoſtem peruenerint et ex ſuo tanq̃ limine exierint hinc cum redierint poſt ad idem limen poſtliminio rediiſſe uideantur.

Reda teſteVarrone ab hoſtibus capta q̃ manu capta dicta quaſi parida.

Anubię ut.Q.Aſconio pediano placet:ſunt pręda Imperatoris proportione de hoſtibus capta manubias autem a præda ut in libris rerum uerborumq; ueterum ſcriptum eſt in hoc diſtare exiſtimauerunt.Vt ſit pręda ipſa rerum :que captę ſunt manubię uero appellatę ſunt non præda ſed pecunia per quęſtorem populi Ro. ex pręda uendita contracta per quęſtorem autem quod dictum eſt oportuit pręfectum ærarii ſignificari.Nam cura æraria a queſtoribus ad pręfectos trāſlata eſt:Liuius ab ur.con.xxxvi.P.Cornelius.Scipio Galliam prouinciam ſortitus priuſq̃ ad bellum :quod cum bois gerendum erat proficiſceretur poſtulauit a ſenatu :ut pecunia ſibi decerneretur ad ludos quos pręt̃or in hiſpania ĩter ipſũ diſcrimen pugnę uouiſſet nouum et iniquum poſtulare eſt uiſus: Cenſuerunt ergo quos ludos in conſulto Senatu ex ſua unius ſententia uouiſſet eos:ut idem manubiis ſi quam pecuniam ad id reſeruaſſet uel ſua ipſe impenſa faceret;Eſt tamen nonnunq̃ inuenire ita ſcripſiſſe quosdam non ignobiles ſcriptores:ut aut temere aut icurioſe predam pro manubiis et manubias pro præda poſuerint aut tropica quadam figura mutatione uocabuli fecerint quod facere conceſſum eſt ſcite id periteq; faciẽtibus ſed enim qui proprie atq; ſignate locuti ſunt :ſicuti plures et M.Tul.auctor diligentiſſimus in oratione quam dixit de lege agraria manubias pecuniam dixerũt in libris quoq; hetruſcorum lectum eſt iactus fulminum manubias dici.Manubies deniq; dicũtur ornamenta regum unde et Petronius arbiter tot regum manubies penes fugitiuum reperte.

Eſignatum sæ dicitur militi cum ob delictum aliquod iuſſu tribuni militum ne ſtipendium ei detur in tabulas refertur.Signare enim dicebint pro ſcribere

Aeraii milites ab ære dicti teſte Varrone: q̃ ſtipendia facerent hĩc ipſum ſtipendium a ſtipe dictũ quo d ęs quoq; ſtipem dicebãt & Milites ſtipendii ideo q̃ eam ſtipem pendebant:ab eo etiam

Ennius poeni ſtipẽdia pendent:ſtipẽ autem eſſe nũmũ ſignatum teſtimonio ẽ:& pro eo quod datur in ſtipendium militi & ꝙ ſpõ detur pecunia quod ſtipulari dicitur.

Pecunia quã belli neruos eſſe non dubiũ ẽ ut ĩquit Cic. teſte uarrone:dicta ꝙ in pecore cum paſtoribus cõſiſtebat:Plinius natua. his.xxxiii.Seruius primus ſignauit æs ſignatumꝙ nota pecudum unde & pecunia appellata:Caſſi li.vii. uar.pecunia a pecudis tergo nominata gallis auctoribus ſine aliquo adhuc ſigno ad Metalla tranſacta.

Aes alienum miles etiã habere dicitur & qui aureos debet & qui corium forma publica percuſſum quale apud lacedæmonios fuit quod uſum numeratæ pecuniæ pręſtat ut de beneficiis li.v.ĩquit Seneca.

Enarii quaſi denari teſte uarrone quod denos æris ualebant ſicut quinarii qui quinos:Victruuius Archit.li iii.noſtri autẽ prĩo fecerunt antiquum nummum & in denario denos æreos conſtituerunt & ea re compoſitio nominis ad hodiernum diem denarium retinet.

idimus autem a decima libella dictum putat plinius nat.his. xxxiii.& placuit denarius pro decẽ libris ęris quinarius ꝙquĩꝙ ſeſtertium pro dipondio & ſemiſſe libræ autem pondus ęris immi nutum bello punico primo cum impenſis respu.non ſufficeret:cõ ſtitutumꝙ ut aſſes ſeſtario pondere ferirentur:ita quinta parte facta lucri diſſolutumꝙ æs alienum nota æris:Fuit ex altera parte ianus geminus ex altera roſtrum nauis: in triente uero & quadrãte:ęs quadrans ante triuncis uocatus a tribus unciis.Poſtea hãnibale urgente.Q. Fabio Maximo dictatore aſſes untiales facti placuitꝙ denarium xvi.aſſibus permutari & quinarium octonis ſeſtertium quaternis ita respu.dimidium lucrata ẽ:in militari tamen ſtipendio semper denarius pro x.aſſibus datus Nota autem argenti fuerunt bige atꝙ quadrigæ & inde bigati quadrigatique dicti Paulopoſt lege papiriana ſemiuntiales aſſes facti Licinius druſus in tribunatu plebis octauam partem æris argento miſcuit qui nunc uictoriatus appellatur: Lege clodia percuſſus ẽ:Antea enim hic nũmus exilirico aduectus mercis loco habebatur ẽ aũt ſignatus uictoria & inde nomen aureus nummus poſt annum ſexageſimum secundum argenteus auctore incerto percuſſus ẽ Qui

anno urbis quingentesimo octuagesimo quinto. Q. Fabio cos. quĩq̃ annis ante bellum punicum signatus est eoq̃ po. Ro. ne quidem ante Pyrrhum regem deuictum usus fertur fuisse etiam aurei numi et argentei et ærei apud alias gentes usum et originẽ Lucanus His uerbis expressit primus thesaliae rector telluris Ionus ĩ formam calide percussit pondera masse fudit et argentum flammis aurũq̃ moneta Fregit et ĩmẽsis coxit; fornacibus æra.

Vmmus non a numero nec a numma Pomp. dictus sed a noma q̃ principum nominibus prisco more effigietur uel potius Aristo. tele. v. ethi. teste ob hoc uocatur q̃ non a natura sed a lege quæ nomos dicitur est inductus.

Estertius teste Prisciano de figuris numerorum et ponderibus nũmus est duarum semis librarum unde sestertius dicitur semistertius de quo aruntius Sestertius olim dupõdius et semis: quasi semis tertius: quo tempore denarius decussis prętium ualebat Varro de lĩgua latina .li. v. Sestertius q̃ semistertius dupondius. n. et semis antiquus sestertius est: Vitruuius libro tertio archit. quod efficiebatur ex duobus assibus et tertio semisse sestertium uocauere. Plinius nat. hist xxxiii. et placuit denarius pro decem libris æris quinarius pro quinq̃ sestertius prodipondio ac semisse: Plutarchus in uita M. Antonii xxv milia romani decies sestertium appellant Elius spartianus in uita eliogabali Idem nunq̃ minus. C. sestertiis cenauit: hoc est argenti libris xxx.

TAlentum quanti sit quia de eo uariant scriptores necessarium existimaui diuersorum auctorũ dicta subiicere: Liuius xxxiiii: ab urcon. ingens numerus bello punico captiuorum quorum Hannibal cum ab suis non redimerentur uenundederat multitudinis eorum argumentum est: q̃ Polibius scribit. C: talentis eam rem acheis stetisse cum qngenos denarios pręciũ ĩ capita q̃ redderent dominis statuissent mille enim ducentos ea ratioue achaia habuit captiuos italicos adiice nũc proportione quot uerisimile sit græciam totam habuisse qua ratione ostenditur sex milia denariorum habere talentum. nam quinquageni denarii pro mille ducentis captiuis dati colliguntur sexcenta milia denariorum C: ea ostendit fuisse talẽta Centesima autem pars sexcentorum. milium sexmilia inueniuntur: denarii autem illo tempore numi argentei erant q̃ in eodem ostendit Liuius signati inquit argenti lxxxiiii: milia fuere atticorum

tetragma uocant triũ uero denariorũ argenti in ſingulis eſt põ
dus idẽ Liuius xxxvii. oſtendit magnũ talentum acticum lxxx. ha
bere libras & pauloplus cũ ſupradictorum computatio manifeſtet
lxxxiiii. libras & quattuor uncias habere talentũ quod ẽ ſexmilia
denariorꝝ Liuius talẽtũ ne minus põdo lxxx. Romanis ponderibus
pendebat ſimili modo ęgyptium ut Varro & plinius íquit xxxiii.
na. his. idẽ Liuius ſic decreuit ſenatus ut non plusq̃ ternę libręs
& quaternę untię ſingulis deſint talentis & ſciendum ſecundũ
Liuii computationem centum Mirę acticæ quarũ ſingulę lxxxv.
dragmas habent faciunt talentum magnum nam minas lx. habet
ſecundum dardanum quod autem eſt magnum & minus oſtendit
Terentius in formione ſiquis daret talentum magnum Seneca in
x. epis. xviiii. ſeſtaria ideſt talentum atticũ paruum Priſcianus
de ponderibus: talentum athenienſe paruum mine lx. Magnum
minę lxxxiii. & untię quattuor. A. Gelius noc. att. li. iii. Ariſtote-
lem quoq; traditur libros pauculos ſpeuſyppi philoſophi poſt
mortem eius emiſſe talentis articis tribus: ea ſumma fit nũmi nrĩ
ſeſtertia duo & ſeptuagintamilia: idẽ li. v. equus Alexandri regis
& capitę & nomine Bucephalas fuit emptus Cares ſcripſit talen-
tis xiii. & regi philippo æris noſtri ſũma eſt ſeſtertia cccxii. Ser-
uius autem in commento. v. en talentum ſecundum uarias gentes
uarium pondus eſt: Apud Romanos eſt: lxv. librarum ſicut plau-
tus oſtendit in mutell. qui ait duo talenta eſſe cxl. libras legimus
etiam talentum etiã paulul ũ Nã homerus in ludis funebribus pa-
trocli ultima premia dicit duo talenta quod cogit nos aliquid mi-
nimum intelligere: nam ſicut primus uictor bouem accepit conſe-
quens non eſt ut dicamus q̃ ultimus magnum accepit:

Ondo ſingulari numero caret teſte foca: Dicimus tamẽ duo põ
do tria pondo non bina pondo aut terna Quiniti. libro prĩo ĩſti.
Quid quod quędam ſingula proculdubio uitioſa sunt iuncta sine
reprehenſione dicuntur: nam duo tres & pondo diuersorum ge-
nerum ſunt: Barbariſmi aut duo ponde & tripõdo uſq; ad noſtrã
etatẽ ab omnibus dictum eſt: & recto dici Meſſalla confirmat &
idem eſt duę tres & quattuor libre quod duo tria quattuor pondo
ut quidam uolunt & ex multis colligitur quod quidã auctores non
uſq; quaq; probant Liuius xxii. li. Argenti pondo bina & ſexli-
bras in militem præſtaret: idem li. iii. Dictator coronam aureã libre

pondo ex publica pecunia populi iussu in capitolio ioui donũ dedit

SPolia cum proprie ea tantum sint quibus hostis spoliari potest ut lorica uel uestis Abusiue tamen iam spoliũ dicitur quicquid ab hostibus tollitur Liuius Marcellus captis siracusanis cum cætera in Sicilia tanta fide atq; integritate composuisset ut non modo suam gloiam sed etiam maiestatẽ po.Ro:augeret Ornamenta signa urbis tabulasq; quibus habundabant Syracusę romam deuexit hostium quidem illa. spolia et parta belli iure Cęterum inde primum initium mirandi grecarũ artium opera licencięq; hinc sacra ꝓfanaq; omnia uulgo spoliandi factum est.

OPima spolia sunt quæ dux duci detrait dicta ab ope ut inquit Varro uel ab opere ut alii ferũt et quidẽ doctissimi Cum sit opus egregium et clarissimum belli ducem parem sibi ductorem supare

EXuuias et spolia et hominũ tegmina aut uestes dici posse Virgilius auctor est exuuias inquit indutus Achilis et cum de serpente ingeor. simili modo compositis notus exuuiis nitidaq; iuuenta inuoluit.& Lucretius.Nam sępe illorum spoliis uolitantibus auctus.

EXcubiæ diurnę sunt uigilię autem nocturnę quas primo palamedes troiano bello auctore Plinio nat.hist.vi.inuenisse traditur.

INdutiæ quid sint duobus modis.M.Varro in libro humanarum qui est debello et pace diffinit inducie inquit sunt pax castrensis paucorum dierum idem alio in loco inducię inquit sunt belli ferię sed lepidę magis atq; iocundę breuitatis utraq; diffinitio q̃ planata aut probata esse uidetur.Nam neq; pax est inducię bellum nanq; manet pugna cessat Nec in solis castris nec paucorum tantum dierum indutiæ sunt Quid enim dicemus:si ĩdutiis immensum aliquid factis castris concedatur nonne ideo inducię sunt aut rursus quid esse id dicemus quod in primo annali Quadrigarii scriptum C.Põtium Samnitẽ a dictatore Romano sex horarum inducias postulasse Quid esse id dicemus.quod a liuio ab ur con.x.scribitur tres uali dissime urbes hetrurię captę uolscum Perusia Aretium pacem peti ere & uestimentis Militum frumentoq; pacti cum cõsule ut mitti Romam oratores liceret inducias in quadraginta annos impetrauerunt Quid illud quoq; eiusdem libro primo eaq; clade haud minus q̃ aduersa pugna subacti uehientes pacem petitum oratores Romam mittunt agri parte multatis ĩcentum annos.inducię datę si ĩducię tantum paucoꝝ dieꝝ appellandæ sunt Greci autem significantius

consignantiusq; cessationem illam pugnę dixerunt. G.nam q eo tẽ pore non pugnetur & manus cohibeatur. G.appellauerũt sed p fecto id non fuit uarroni negotiũ & inducias superstitiose diffini re & a legibus rationibusq; oĩbus diffinicionũ iseruire íduciaꝝ aũt uocabulum qua sit ratione factum ex multis quę iam legimus pro babilius id quod dicam uidetur: inducias sic dictas arbitror quasi tu dicas indicta ocia ut in diem certum uel incertum tempus non pugnetur; nihilq; incommodi detur atq; is dies idq; tpũs ubi ue, nit inde uti iam pugnetur idcirco ex his quibus dixi uocibus qua si per quendam coitum & copulam nomen induciarum connexum est: Aurelius autem opilius musarum li.i. inducir dicunt inquit cũ hostes inter se se utrinq; alteri ad alteros impune & sine pugna in eunt; inde ab eo inquit nomen esse factum uidetur quasi inie has licaonem iueniſſe troiano bello auctor ẽ plinius vi.na.his.

¶ Vppe ie illa sunt auxilia quæ maxime petuntur ab illis quæ maxime pręcipuæ dantur qui sub aliorum detinentur potestate suppetias etiã auctore Fabio placiade auxilium uelud auxilium di cimus Memos in tragedia herculis ferte inquit suppetias optimi milites: suetonius de uespasiano lagatũ ĩsup syrię consularẽ sup petias ferentem rapta aquila fugauerunt Plautus in epid. Sed me, mento si quid seuiunt senes suppecias mihi non sorori ferre. L. Ap puleius l.vi.meth. et occipit statim clamans ululatibus auxilium ualidioris manus implorare sed frustra fletibus tumultum com mouebat Quippe cum nullus afforet qui suppetias ei ferre posset nisi sola uirgo illa captiua: augustinus viii. de ciuitate dei Qui huic deferũt petitiones nostras inde referunt deorum suppetias ad auxilium C.es.xii.commen. & nuntiabantur auxilia magna equita tus oppidanis suppetias uenire idem in eodem suisq; rebus timens elephantisq; xxx. relictis suis finibus oppidisq; suppetias profe ctus ẽ: idẽ quoq; in eodem atq; suis fugiẽtibus suppetias ire cõtẽdit

¶ Tringa castrẽse uocabulũ interuallum turmarum in quo equi stringuntur uel stringæ appellantur ordines rerum intra se cõ tinuatę collocatarum a stringendo dictę: unde & stringosi nomi nant ut aiũt corpore Maciléti; uel strĩgosus apud neteres morbus dicitur iumentorũ qui corpora strĩgit aut fame aut ulterius uicii causa quasi stringosus: Masurius Sabinius li.xxvii. censores in quit P. Scipio Nasica et M. Pompilius cũ equitum censũ agerẽt

Equum nimis ſtriugoſum et male habitum ſed equitem eius uberi
mum & habiliſſimũ uiderunt Liuius xxvii. moram pugnę attulit
quod Haſdrubal prouectus ante ſigna cum paucis equitibus ſcuta
uetera hoſtiũ notauit: quę ante non uiderat et ſtringoſiores equos
multitudoq; maior ſolita uiſa eſt. Stringere in re militari etiam
nudare unde enſem ſtrictum. i. nudatum dicimus Liuius ab ur. cõ.
vii. priloq; poſito ſtricto gladio in hoſtem impetum facit Idem in
viiii. Fluctuantemq; et inſtabilem aciem reddente grato clamore
ſtrictis gladiis haſtati et principes iuuadunt. Suetonius de Cęſare
utq; animaduertit undiq; ſe ſtrictis pugionibus peti toga caput
obuoluit.

CEfendere et offendere non ex uulgari conſuetudine ſed ad modũ
proprie et latine accipienda ſed eorum alterum ſignificat. G. incur
rere in aliquid et incidere alterum. i. aduertere atq; depellere: Quod
hoc in loco a quinto Claudio dicitur cum a pęnis inquit hoſtis de
fendebant facillime. CErnere dicebant antiqui cum aliqui pu-
gnarent inter ſeſe de re aliqua quam quiſq; ſuam diceret Vir. in-
gentis genitos diuerſis partibus orbis inter ſe cohiſſe uiros et cer-
nere ferro quod nunc clariſſimo teſte ad Lucillũ Seneca decernere
dicimus ſimplicis illius uerbi uſu amiſſo.

REcipere recuperare uel periculo liberare. Cicero in Catone nam
nisi tu amiſiſſes ego nunq̃ recepiſſem Virg. Fruges q; receptas &
torrere parant flammis Receptus is dicitur quo ſe exercitus recipit
unde et ſigna receptui canere dicunt Liuius xxxvii ab ur. con. Co-
actus ergo periculo militum prętor receptui cani iuſſit: ne obiiceret
in cautos furentibus deſperatione ac rabie.

PRandium tam et ſi ex gręco eſt dictum cum meridianum cybum
cenam uocarent negare non poſſum aliunde a pleriſq; dici debere
et aparando maxime quaſi parandium quod milites ſiue bellatores
ad bellum uel pugnam paret huic rei argumentum eſt prętor au-
ctorem comprobatum uetus illud leonidæ eulogium hic enim lace
dęmoniorum dux clariſſimus cum eſſet in bello aduerſus Xerxem
quod ſupremum ſibi atq; hoſtibus fuit cum ſexcentis ſuis famo-
ſiſſima illa incitamenta dixit prandete commilitones tanq̃ apud
inferos cenaturi Cato in. v. orig. exercitum ſuum pranſum paratum
cohortatus eduxit foras atq; inſtruxit.

SVbpileis ſeruos uenũ ſolitos ire quorũ nomine uenditor nihil
prestaret Cælius Sabinus ſcriptum reliquit Cuius rei cauſam eſſe

ait q eiusmodi condictionis mancipia insignia esse in uendendo deberẽt ut emptores errare & capi non possent;neq lex uendendi operienda esset sed oculis iam perciperent quidam esset iam mancipiorq genus:sicuti inquit antiquitus mancipiorũ iure belli capita coronis induta ueniebant & idcirco dicebantur sub coronis uenire; Namq ut ea corona signum erat captiuorum uenalium:ita pileus inpositus demonstrabat eiusmodi seruos uenundari: Quorum nomine emptori uenditor nihil præstaret:est etiam alia rationis opinio cur dici solitum sit. Captiuos sub corona uenundari:q milites custodiæ causa captiuorum uenalium greges circũstarent eaq circunstatio militum corona appellata sit:enim uero id magis uerum esse quod supradixi quod cato in libro quem composuit de re militari docet:Catonis uerba hæc sunt ut populo sua opera potius ob rem bene gestam coronatus supplicatum eat q̃ re male gesta coronatus ueniat : iustinus epith.trog.põp. xxxiiii.urbs ipsa corinthus dirruitur populus omnis sub corona uenditur ĩ hoc exemplo cæteris ciuitatibus metus nouarum rerum incuteretur serui ex eo deinde appellati de hominũ statu floro auctore q imperatores captiuos uendere iubereut: & per hoc seruare neq occidere solerent Augustinus ciuitatis dei libro undeuigesimo origo autem uocabuli seruorum in latina lingua inde creditꝫ ducta q hi qui iure belli possent occidi a uictoribus conseruabant seruiq fiebant a seruando appellati sub hasta captiui ueniebant hastæq subiiciebantur eaq publice uenundabant:Liuius ab urbe con.iiii.hostes præter senatores omnes uenundati sunt prædæ pars sua cognoscentibus latinis atq hernicis reddita partem sub hasta dictator uendidit:sub iugũ mitti dicuntur hostes cũ duabus hastis in terra defixis tertiaq superligata inermes discincti pectoribus terra tenus sub ea transire coguntur:Liuius ab urbe con. nono: siquidem etiam q quibusdam in annalibus inuenio Pontius herennius samnitum imperator ut expiraret consulis ignominiã sub iugum cum cęteris est missus:sub uitem præliari dicũtur milites cum sub uinea militari pugnant:Lucilius neq prodire ĩ altũ pliariꝑcul sub uitẽ:sub uitẽ hastas iacere;cũ eas sub manu miles sursũ mittit Lucilius.ut uelles bonus sub uitẽ qui submisit hastas:sub uineã iacere dicuntur milites cũ centurionibus astãtibus iacere coguntur sudes. Editio est quando victi hostibus se tradũt spontanea traditio ĩ qua rex si Liuio credimus ĩterrogabat

eſtis ne uos legati oratoresq; miſſi a populo collatino ut uos popu
lũq; collatinum dederitis illis annuẽtibus:tum rex:eſt ne populus
collatinus in ſua poteſtate ita eſſe illis denuo reſpõdẽtibus ſubiũ-
gebat rex:Deditis ne uos populũq; collatinũ urbẽ:agros:aquã:
terminos: delubra: utenſilia: diuina:humanaq; oĩa in meam popu
lumq; Romani deditionem cũ oĩa hæc illi dederent:tunc ille demum
at ego recipio & hęc ſecundũ ueteres in re militari deditionis for-
mula: Victoria dicta ꝙ ui.i.uirtute adipiſcat: Nã victoria dolo
quæſita turpis ẽ & apud ueteres Maxime habebatur iuſtinus epit.
trog.pomp.xv. & ut apparet non odii ſed dignitatis gloria accen-
ſos donisq; muneribus inter ipſa bella contendebant:tãto honeſti-
us tunc bella gerebant q̃ nunc amicitiæ coluntur hanc quoq; victo
riam & uirginem & deam cõmunem cũ bellona & marte fixit an-
tiquitas:ꝙ hi in bello utriq; parti poſſent fauere.Claudianus:ipſa
duci ſacras victorias panderet alas & palma uiridi gaudens &
amica tropheis cuſtos imperii uirgo quę ſola mederis uulneribus
nullumq; doces ſentire laborem: Tibullus elegiarum ſcriptor ecce
ſuperfeſſas uolitat victoria puppes;tandem ad troianus diua ſup-
ba uenit:Ouidius viii.Meth.& pendebat.adhuc belli fortuna diuq;
inter utrũq; uolat dubiis victoria pennis.

ARmilustrum teſte Varrone ab ambitu luſtri locus.i. circus maxi
mus dictus quod circũſpectaculis ędificatus ibi ludi fierẽt et quod
ibi circũ metas ferretur põpa et equi currerent & ludentes ancili-
bus armati luſtrum autem ut idem inquit nominatum tempus quin
quennale aluendo.i.ſoluendo ꝙ quinto quoq; anno uectigalia et
ultro tributa per cenſores perſoluebantur. Armamentarium ubi
tormenta et arma et tela quæcunq; ſint illa ponuntur ac ſeruantur.
Liuius xxxi.aucto etiam tumultu quod circa forum ignis tectis in-
iectus erat conflagrauerunt Et ora regia Et armamentarium cum in
genti apparatu machinarum et tormentorumq; Idem xxviiii.Tor-
menta machinaſq; aduexerat ſecum et ex ſicilia miſſa cum comme-
atu Erant et noua in armamentario multis talium operum de indu-
ſtria inclusis fiebant.

EGATIS In militiam honore pu.dignis Sigiſmunde Pandulfe:& prouirili mea eorũ:Ac totius exercitus muneribus expreſſis: ſui ſinguli cultus ornamenta reddemus:& primo qdẽ que a maioribus circa hoc tradita ſunt; Orna mẽtorꝫ genera. Armorꝫ deinde. Tormẽtorꝫ Machinarꝫqꝫ rationes: Materias:genera:ſpecies:& formas:ſigna porro cognoſcẽdi ĩ bellis:que ſu periori etiã tp̃e ĩ uſu fuere:& ĩtellectũ:& ſignificationẽ quãpiã uidẽt habere. Gradus igit̃ honorꝫ ordinũqꝫ: ac mgrãtuũ diuiſioẽs habitus ipſe ſecernit: Qui p̃ cõſuetudine gẽtiũ & hominũ inuẽtus uarius repit̃ Apud Romanos toga ueſtis erat. qua primũ ſexus oĩs. & omni tempore interdiu & noctu uteret̃. ſiue ſicut in conſuetudine habebat̃:quia in foro Amiceret̃:& a:tegendo dicta:q̃ exterior:ac lõga ueſtes alias tegeret. Eius forma rotũda erat:& fuſiore: & quaſi inundante ſinu:& ſubdextro ueniens:ſuper humerũ ſiniſtrũ obuoluta ponebatur:ut in operimentis ſimulacrorũ Romæ eſt aſpicere. utqꝫ a:ualerio maximo de ſcipione naſſica in muciũ ſeuolã litteris traditum eſt. Quoniam Inquit conſul:dum iuris ordinem ſequitur id agitur:ut cum omnibus legibus Romanũ Imperiũ corruat. Ego met me priuatus uoluntati ueſtre ducem offero, Ac deinde leuã manum apertæ togæ circundedit:ſublataq; dextra proclamauit. Qui rempublicam ſaluam eſſe uult:me ſequatur.

OGA Candida:eademqꝫ cretata: ĩ qua candidati ideſt magiſtratum petẽtes ambiebant:addita creta:quo candidior. inſignioꝫ eẽt utqꝫ magiſtratuum huiuſmodi cõpetitores innocentes uideret̃ur ex habitu & non per Ambitionem uelle magiſtratus expoſcere. Gabinus cinctus eſt. Toga ſic reiecta:& una eius lacinia reuocata hominem Cingat. Hoc autem ueſtimenti genere utebat̃ conſul:bella in dicturus:Ideo:quia quom gabii Campaniæ ciuitas ſacris operiret̃ bellum ſubito euenit:tunc ciues cincti Togis ſuis ab aris ad bella profecti:uictoriã adepti ſunt:unde is ortus eſt mos:uirgilius:ipſe quirinali Trabea;cinctuqꝫ gabino inſignis Reſerat ſtridentia Limina conſul.

TOGA palmata ea dicebaṫ:qua triũphantes:& qui palmã metue
runt utebanṫ:uocaṫ & toga picta:eo ꝙ uictorias cum palmis intex
tas haberet Hanc palmatam tunicam:& togam pictam:ut inqu[illegible] Iu
lius capitolinus:Gordianus senior Primus Romanoꝝ priuat[illegible] ũã
propriã hũit.cũ superiori tpe etiã iperatores de capitolio acc[illegible]erẽt
uel de palatio.Rętexta:& toga picta:quę ĩsignia quõdã nigẽtuũ
hetruscorũ erant Primus tullus hostilius rex romanorũ Tertius de
bellatis hetruscis:ut romæ haberentur instituit:sed prętextã illo se
culo puerilis non usurpabat ętas : erat enim ut cętera quę enume
raui:honoris habitus:sed postea tarquinus demarthi exulis corĩ-
thii filius priscus:quem quidem Lucinonem uocatum ferunt:Rex
tertius ab hostilio:Quintus a romulo de sabinis egit triumphũ:quo
bello filium suum Anno.xiiii. natum:ꝙ hostem manu percusserat;
& pro contione laudauit:& bulla aurea:prętextaqꝫ donauit:ĩsigni-
ens puerum ultra annos fortẽ premiis uirilitatis:& honoris:alii pu
tant eũdem priscum cum is statum ciuiũ solertia prouidi prĩcipis
ordinaret:cultum quoqꝫ ĩgenuoꝝ pueroꝝ ĩter pręcipua duxisse:in-
stituisseqꝫ: ut patricii bulla aurea cũ toga cui purpura prętexitur
uterentur:duntaxat illi: Quoꝝ patres currulem gesserant magistra
tum:cęteris autem ut prętexta tantum uterenṫ indultum; sed usqꝫ
ad eos:quorum parentes equos stipendia iusta meruissent:Liberti
nis uero nullo iure uti prętextis licebat; Ac multo minus peregri-
nis:Quibus nulla esset cum Romanis necessitudo:sed postea liber
tinorum quoqꝫ filiis;pretexta concessa est:ex causa tali:Quam.M.
Lęlius augur refert qui bello punico secundo:duumuiros dicit ex
senatusconsulto propter multa prodigia libros sybilinos adisse &
ĩspectis his nuntiasse : in capitolio supplicandum:lectisterniumqꝫ
excollata stipe faciendum:ut libertinę quoqꝫ:quę longa ueste ute
rentur:in eam rem pecuniã subministrassent : Acta igiṫ obsecratio
pueris ĩgenuis: itẽqꝫ libertinis. Sed & uirginibus patrimis: Matri
nisqꝫ ꝓnũtiãtibus carmẽ:ex quo cõcessũ:ut libertinorũ quoqꝫ filii
ꝙ ex iusta dũtaxat matrefamilias nati fuissent:Togã prętextam:&
lorũ in collo pro bullę decore gestarẽt:Verrius Flaccus ait:Quom
populus Ro. pestilẽtia laboraret:essetqꝫ responsum id accidere:ꝙ
dii respicerent Anxiam urbem fuisse.quia non intelligereṫ oracu-
lum:eueniisseqꝫ:ut in circẽsium die:pure de cœnaculo pompã sup
ne displiceret: & patri referret; Quo ordine secreta sacrorũ in arca

pilētia compoſita uidiſſet: Qui quom rem geſtā ſenatui nūtiaſſet: placuiſſe uellari loca ea: qua pompa ueheret: Atq; ita peſte ſedata Puerū: qui ambiguitatē ſortis abſoluerat: togę prętexte uſum impetraſſe: Vetuſtatis peritiſſimi referunt: in raptu Sabinarum: unam mulierem nomine herſilia. Dū adęhereret filiæ: ſimul raptam: Quā quom Romulus oſco cuidam ex agro latino: Qui in aſyllum eius cō fugerat uirtute conſpicuo: uxorem dediſſet: Natū exeo puerū: anteq; ulla alia ſabinaq; partum ederet: eumq; ꝙ primus eēt in hoſtico ꝓcreatus: oſcū hoſtiliū: a matre uocitatū: & eūdē: a Romulo bulla aurea ac prętexte inſignibus honoratū: is quom raptas ad conſolandum uocaſſet: ſpopondiſſe fertur ſe eius infanti quę prima ſibi ciuem Romanū eſſet enixa. illuſtre munus daturū: Non nulli credunt ingenuis pueris attributū. & cordis figuram in bulla ante pectus annectērent: Quam inſpicientes. Ita demum ſe homines cogitarent. ſi corde preſtarent: togamq; prętextam his additā: ut ex purpurę rubore ingenuitatis rubore tegerentur.

Aludamētū ueſtis: quę nūc chlamys dicit: īſigneq; paliū ducū et ꝛatoꝝ. Albo uel colore ſaguineo purpureū & Auro diſtīctū: hoc belli ꝙ tēpore imperatores īdui mos erat: proinde: Teſte uarrone: ſic dictum: ꝙ eo indutus palam faceret bellum futurum: Paludati armat: & etiam ornati omnia enim militaria ornamenta: paludamenta uocabant.

Rabęę ueſtes regię: harum tria eſſe genera: Suetonius in libro de genere ueſtium Auctor eſt: unum puriſſima purpura tātū diis ſacratum: aliud Regum: quod eſt purpureum: habet tamen albi quippiam Tertium auguriale: croceo: & purpura.

Ęnam ueſtimentū militare: quod ſuperoīa ueſtimenta ſūmitur et quod delena ſit: teſte uarrone: ſic dicit: Quidā thuſce appellatā exiſtimant quidā gręce: quam chlenā dicunt lobbas non lenas: ſed chlenas eſſe ait: cuiuſmodi enī ueſtis genus: quoue colore ſit oſtēdit his uerbis maro. Tyrioq; ardebat murice lena.

Agū ſagam ſiū ſagulū ueſtem breuem et idoneā bello conſtat: ac militiæ: Liuius li. viii. ab urb. con. Nec omnia ſagulo regali Amictus centurionibus: Item manipulariū militū habitu ductis: ne ducē circūire hoſtes notarēt pluſtrauit Liuius xxi. de hānyba le. multi ſæpe. inquit militari ſagulo opertū humi iacentē iter cuſtodias. ſtationeſq; militum cōſpexere ueſtitus nihil inter equales

excellens Arma atq; equi conſpiciebant: Sunt & qui militare paliũ quadratum :& A gallo⁊ ſagacitate contra aeris ītemperiem inuẽtũ ſic dictum uelint:

Enulam militare palium pẽdentibus cum fimbriis: Sic dictã :ut quidam uolũt ꝙ a pænis initiũ habuerit. qui tali ueſte maxime utebant Seneca ad liberalem de benefic.li.v. Meminiſti quidem ſub quadam arbore minimũ umbrę ſpargente: quom uelles reſidere feruentiſſimo ſole :& eſſet aſperrimus locus: In quo e rupibus acutis: Vnica illa arbor erruperat quendam ex cõmilitouibus pęnulã ſuam ſubſtraniſſe :Spartianus in uitã Adriani:Pęnulis uti tribuni plebis pluuię tempore: ſolebãt: Imperatores autem nunq̃: Vndeq; imperatores ſine penulis :a togatiſ uident: Elius lampridius in uita Alexandri ſeueri :Penulis intra urbem frigoris cauſa:ut Senes :uterent permiſit:quom id ueſtimenti genus ſemper itinerarium :aut pluuiale fuiſſ&:Iuuenalis in primo :ſcilicet hoc fuerat :propter quod ſępe relicta coniuge per montem aduerſũ :gelidaſq; cucurri :Exąlias fremeret:Sęua cum grandine uernus: Iupiter & multo ſtillaret pęnula nymbo. Acerna :paliũ fimbratum :Quo olim ſoli milites utebãtur :unde indiſtĩguenda caſtrenſi urbanaq; turba :hos togatos :illos lacernatos uocabant : indeq; lacernę quaſi amputatis fimbrarum capitibus dictę.

Aſtruca :ut conſentius inquit :eſt ſardorum ueſtis :quę fit ex pellibus ferinis: ſic dicta:ut quidam uolunt :quaſi monſtruoſa: quia quiſquis ea induitur :quaſi fera monſtratur :Cicero ꝓ ſcauro :Quem purpura regalis non cõmouit :eũ ſardorũ maſtruca mutauit :exĩdu ſtria : quod ſardũ illudẽs :Cicero Maſtrucã dixit: Teſte Quĩtiliano

Ragulas ueſtes pellicias non nulli :licet habeant ueluti etiam ſarmatarꝝ populi qui pellibus teguntur nec dubiũ ſit ut labeo inquit: Quin ſtragula ueſtis ſit omne paliũ : Magnopere me moueat pomponii :& caſſii :Multorũq; auctoritas :ut ſtragula ueſtis ſit :nec ſordida quidem :ſed pretioſa :ut Liuius bel. Macedo.li.iii. Quom tibi inquit :uiro liceat purpura in ueſte ſtragula uti : idem in eodem li. viiii.Luxurię peregrinę origo ab exercitu aſiatico inuecta in urbẽ eſt lectos ęratos ueſtẽ ſtragulã pretioſam. Cicero inuerrẽ : actione iiii. dicebat ſiphorum paria complura hydrias argenteas pretioſam ueſtem ſtragulam : Valerius max.li iiii.age ſiquis hoc ſęculo uir illuſtris pellibus pro ſtragulis utatur: horatius ſecundo ſermonum:

octoginta annos cui ſtragula ueſtis Rectius tamen & proprie ma
giſ arbitror Varrone opulentiſſimo teſte ubi de culcitra loquitur
in lingua latina:Quicquid inſternebāt a ſternēdo ſtragulum ap-
pellari. Seneca.epi.li.xv : Culcitra interra iacet ego in culcitra
ex duabus pęnuliſ altera ſtragulum altera oppertorium facta ē
Val.Martialis.in apophoreta:Stragula purpureiſ lucent uiloſa ta-
petiſ ſtragulas etiā & Baſionica quę equis inſterni ſolent:non
puto ueſtes eſſe eſt ſua etiam apud lacedæmonios tunica:quam
non nulli puniceam dicuut:non nulli coccineā:hanc ab hiſ reptā
conſtat ad celandū coloris ſimilitudine ſanguinē:quotienſ quis
in acie uulneraret ne contemplāti aduerſario. Animus augeſceret.
hac ſub cōſulibus Romani uſi ſunt:Vnde ſolebat etiam pridie q̄
dimicādū eſſet āte prīcipia pręponi quaſi admonitio:& indicium
futuræ pugnae eſſ&:q̄ ita eſſe Plutarchus in uita Fabii maximi
auctor eſt:Hannybal iuquit:quom apud aufidum fluuium caſtra
haberet prope cannas orto die:extemplo belli ſignum extulit:Nā
erat rubra quędam ueſtis ſupra conſulis tentoriū protenſa.Qua-
re carthaginenſes proſpecta īperatoriſ Romani & audacia;& co-
piarum multitudine:quom ipſi haud ad medium numerū attinge-
rēt: principio ingenti trepidatione perculſi ſunt: Idem in uita
pompeii:Tum cęſar exoptatū inquiens adueniſſe diem;in qua cū
uiris;non cum inędia;non cum ęgeſtate pugnandū eſſet:extēplo
coram contubernio tunicam rubeam poni iuſſit:hoc enim Roma
nis pugnæ ſignum erat:

R Eipſa nunc graui licet labore monemur armorū ſpecies
uniuerſas;inſtrumentorū: tormentorūq̄ muralium ignoran-
tibus circumſcriptę monſtrare:& quoniam ſua cuiq̄ gen-
tium placita ſunt:& artificū recentia ingenia nouis ſemper īuen-
tiſ gaudent:proinde ſingula pro uirili noſtra proſequemur:nuſq̄
ingeniis hominū preſcribentes .Quin liceat cuiq̄ & referē quę uide
rit & ſuis inuentiſ gratulari. Arma ut īquit cicero Tuſcul. li. i.
Membra militiſ eſſe dicuntur:quę quidem ita geruntur aptę;ut ſi
uſus foret;abiectis oneribuſ expeditiſ armis:ut mēbriſ pugnare
poſſint: Lucretius.li.v.de rerum nāl. Arma antiqua manuſ ūgues
denteſq̄ fuere:Et lapideſ.& item ſyluaꝝ fragmina rami.et flāmęq̄
igneſ pōſtq̄ ſunt cognita primum:Poſterius ferri uiſ eſt ęriſq̄ repta

et prior ęrisˢ erat q̄ ferri cognitus usus Arma :ulpiano teste :sunt omnia tella :hoc ē fustes &.lapidesˢ :non solum gladii hastę :et framee .i. Rompheae; Gaius dę uerborum significatione armorum appellatio non utiqꝫ scuta :et gladios significat :sed & fustes & lapides :& cuoniam his arceri potest hostis :Arma abarcendo dicta censeri possunt Vel Arma dicuntur abarmis proprie idest humeris dependentia ut scutum :gladius :pugio :sica :cū ea quibus procul praeliamur tella dicantur: Armatos Cicero pro. A .cecina si latine loqui uolumus; quos appellare uere possimus opinor eos :qui scutis :tellisꝫ parati ornatiqꝫ sint .Quid igitur si glebbis :aut saxis aut fustibus :aliquē de fūdo precipitē egeris :iussusꝫ sis :quem hominibus armatis dejecerisˢ restituere :Restituisse dicis te uerba si ualent :si causae :nō ratione Sed uocibus ponderantur :Me auctore :dicito uinces : profecto non fuisse armatos eos :qui saxa iacerent : Qui de terra ipsi tollerent non esse arma cespites :neqꝫ glebbas non fuisse armatos eos :q prętereūtes ramum defringerent arboris : Arma esse suis nominibus alia ad nocendū alia ad tegendum :quę qui non habuerint :eos inermes fuisse uinces.

E his igitur qbus tegimur primo dicendum : nec temerarium superioris temporis primum quendam galoꝫ morem tuum est imitari :qui corporis uiribus fidentes tanꝫ glorioſius dimicaturi :nunq̄ nisi ipugna nudabantur .nudiqꝫ uersabantur in acie :Vnde multa pericula probatissis contigerūt : Arma igitur quibus tegimur sunt cassides tunicę :uarii generis clypei : & id generis plurima Ferrum autem i arma conuertere :et armis corpus tegere : Sunt qui minerue :sunt qui ioui thesalię regis ferrant inuentum:

I L AE galeę dictę sunt :a similitudine sili :Silus enim ut festo placet :nasus appellatur sursum uersus :atqꝫ repandus :ē aūt galea quā curetes repisse phibēt :Teste diodoro :crista capitis de corio quom sit cassis de lamina: Dictaqꝫ galea : ut inquit uarro a galero quo multi anti quoꝫ usi sunt .conū curuaturam galeę :quę in ea pręeminet dicimus :supquam cristę sunt :Virg .iii. ęn :Et conum insignis galeę :cristasqꝫ comātes :buccula galeę pars est :Iuuenal .i iii & fracte de casside buccula pendens : Comantē autem galeam quō legimus :aut cristatam q̄ de caudis animalium habeant cristas :ut Cristaqꝫ hirsutus equina ; aut comas habentem :Statius : Non ergo iuterga comātes abanciadas : Et ibi deinde :Comantem Androge

galeã:ſimili modo qui ſe de uelocitate iactabant: pinnas in galea ſua ponebant:in ſignum uelocitatis:quaſ deuictis hoſtibus auferẽ tes collo ſuo inſignum uictoriæ ſuſpenſaſ ferrebant Maioremq; illis rapiendo profeſſi uelocitatem Pinnirapi appellati ſunt:Iuuenalis in primo inter pinnirapi cultos Iuuenes:iuuenesq; laniſte.

Orques colli induuiaſ & ornamenta tam maſculino genere q̃ fœmineo idoneoſ quoſdam & pręceteriſ illuſtreſ latinę linguę aucto reſptuliſſe:ĩuenimuſ:Ouidi.i faſtorum: Ex uno qdam celebreſ aut torquiſ adempti Tull.iii. officiorum: Atq; T. Manliuſ is ẽ qui adanienem galli quem ab eo prouocatuſ occiderat: Torque detracto cognomen ĩuenit:Liuiuſ li.vii.ab urb. con. Iacenſ inde corpuſ ab omni alia uexatione intactum:uno torque ſpoliauit:quem reſperſũ cruore:ſuo collo circundedit: A.Gelliuſ noc.atti.li.ix.ubi eũ euertit:caput pręcidit:torquẽ detraxit eã ſanguinolentam ſibi in collũ inponit:hieronymuſ in expoſitione Danieliſ:ii.Rem quidem facioridiculam:ut.in expoſitione prophetarum De uerborum generibuſ:quaſi grãmaticuſ diſputem: ſed quia a quodam nihil ſciente & omnia pollicente reprehenſuſ ſum:quare torquem foemeĩo genere tranſtulerim:breuiter Annotabo quod Cicero in mario Torquẽ genere foeminino:Tituſ liuiuſ maſculino dixerunt.

Rmillaſ ex armo:quaſ uiri militareſ ab imperatoribuſ donati gerunt: dictaſ eſſe exiſtimant:qnod antiqui humeroſ cum brachiis uocabant Armoſ: unde Arma ab hiſ dependentia ſunt uocata:& ſũt Armille humeralia. ſiũ ornamenta brachiorum ĩ circulorum modũ quę grece dicuntur. A.gelliuſ noc. atti.li.ix.quom inter galluſ qdam nuduſ preter ſcutum: & gladioſ duoſ:torque:atq; Armilliſ decoratuſ proceſſit: T.Liuiuſ: additnr fabula q̃ uulgo ſabini aureaſ armillaſ magni põderiſ brachio leuo: gẽmatoſq; magni ſpecie Anuloſ habuerunt:pepigiſſe eam: q̃ in ſiniſtriſ manibuſ haberent: Ouidii. faſtorum. Fregerat Armillaſ non illa ad brachia factaſ

Eſtuſ:quõ pugilum Arma ſignificet & quartę eſt formę corium eſt cum plumbo inſuto: rigentiq; ferro quo manuſ ſuaſ & brachia pugileſ muniunt & uinciunt & apud plurimaſ nationeſ maxime ſautomathaſ:ſe inuicem pugnando cedunt unde et ceſtuſ nomen inditum:Cicero.ii. tuſculanarum: pugileſ etiã quom feriunt aduerſarium in iactandiſ ceſtibuſ ingemiſcunt:non q̃ doleant:aĩoq; ſuccũbant: ſed quia in profundenda uoce:omne corpuſ incenditur

uenitq; plaga uehementior: Virgi.in quinto sic deinde loquutus:ĩ medio geminos immani pondere cestus:proiecit quibus acer erix ĩ prelia suetus.Ferre manum duriq; ĩtendere brachia tergo . Obstu puere animi tantor; ingentia septem terga boum:plumbo insuto: ferroq; rigebant: Idem in eodem:ante omnis stupet ipse dares longeq; recusat:Magnanimusq; anchisiades:& ponduſ;et ipsa huc illuc uinclor; ĩmensa uolumina uersat: idem in eodem:Tum:satus Anchisa cestus pater extulit equos:Et paribus palmas amborum innexuit armis:constitit indigitos extẽplo arreptus uterq;:brachia q; ad superas intentus extulit auras:Adduxere retrolonge capita ardua ab ictu:Immiscentq; manus manibus:pugnãq; lacessunt: Idem in eodem:Durosq; reducta:Librauit dextra media ĩter cornua cestus:Arduus;efractoq; illisit in ossa cerebro:Statius:& didici:quo peones arma rotatu:Quo messagete sua gessa citent:quo turbine cestum:sauromate: Isculponeas etiam dici uoluerunt: cestus plũbo illigatos.ut & neuius in philemporo Comoedia:Isculponeis bactu enda huic sunt latera plumbo:Plautus in cassina. simili modo ait: Melius isculponeis quibus bactuat tibi os senex nequissime.

Ectorale ferreum pectoris tegimen:Pliniuſ natura.his.xxxiiii.Fecit & spurius caluillius Iouem:qui est in capitolio uictis sãnitibus sacrata lege pugnantibus e pectoralibus eorum:ocreisq; & galeis.

Horax humanum pectus.proprie:uel eius eminentior pars est: Pliniuſ xxvi.natura his.Isopi quinq; ramis cum duobus rute:& ficis tribus decoctis thoracem purgant:ceterum pro eo quod ferreum est:& quo uelatur pectus & corpus non nunq̃ ponit:Plutarchus ĩ uita luculli: erat ipse thoracem ferreum indutus splendidum atq; squamosum quo super punicam gestabat epheſtridem:

Vnicas:quibus:nudum tegitur corpus:pro usu & existimatione pleriq; uaria habent:serico:uel bisso plurimis plicaturis impenetrabilia audio:alii spumam ferri solutam In puluerem & plicaturis iniectam:omnem ferri aciem repellere dicunt:non nulli thuris puluerem probant eo modo congestum:corium apud alios ceruinũ succo maceratum probari maxime comperio.Lanas deniq; aceto coctas ferro resistere in naturali historia auctor est Plinius proinde milites nullum presidium habentes in gladio totum subsidiũ in huiusmõi tegimine ponũt Laminis ferreis & loricis uniuersum corpus tegentibus consisi.

Halerę & epyphia equorum: ſiue hominum uel bellorum muni
menta ſiue ornamenta: uirgi.in.v.Primuſ equum phaleriſ inſignē
uictor habeto:Saluſtiuſ in Iugurtha.ac ſi repoſtulet haſtaſ uexillū
phaleraſ & alia militaria arma:uirgi.x.Curialeſ phaleraſramnetiſ &
aurea bulliſ.cingula:Iuuenaliſ in v. Vt lęti phaleriſ omneſ:& torq
buſ omneſ:Horatiuſ in epi. Optat epyphia boſ piger optat errare
caballuſ.

Orica:quā mydiaſ meſſenuſ reperiſſe dicitur;Eſt proprie tegmē
de loro factum quo maioreſ dolo uti conſueuerant:Varro de lingua
latina:lorica q̄ e loriſ de corio crudo pectoralia faciebant:poſtea ſu
ccidit calibſ ferro ſub id uocabulum ex anuliſ q̄ ferream tunicam
fecere:quę tantum pectora apud maioreſ tegebat.Poſtea uniuerſū
corpuſ:unde triplici ſeruantur pectora ferro nam tergo tunc nulluſ
erat metuſ & Lucanuſ vii.quęrit iter quo torta grauelorica cate-
naſ oppoſuit:totoq̄ latet ſub tegmine pectuſ.hęc pro diuitiiſ ma-
teria.uel opere prętioſę:ut maximiani adoleſcentiſ: & ptholomeo
rum regum aureę quędam ęneę & cōmuneſ ferteę: ſimpileſ quidā
habent biliceſ ac triliceſ: alii loricaſ ſquammataſ iuncturiſ ado-
pertiſ:ſiue plumataſ alii probāt:illiſq̄ teguntur:criſpuſ:equiſ pa-
ria operimenta erant:quę linteo ferreiſ laminiſ in modum plūmę
annexuerant:uirgi.quoq̄ ſpumantemq̄ agitabat equum quem pel
liſ aeniſ:in plūmam ſquāmiſ auro conſerta tegebat: Iuſtinuſ epi.
trog.pomp.li.xli. munimentum ipſiſ equiſq̄ loricę plūmate ſunt;
quę ut rūq̄ toto corpore tegebant.

Alteuſ eſt nō tantum militare cingulum ſiue cinguluſ militariſ;
quo cinguntur militeſ ſed etiam a quo arma dependent: nec ad hu-
militatem ſolū uerum ad inſultationem non nunq̄ & iactantiā:ut
turnum habuiſſe cōſtat uirgi.in xii.in foelix humero quom appa
ruit altoſ:Baltheuſ & notiſ fulſerunt cingula bulliſ Pallantiſ pue-
ri uictum quem uulnere turnuſ; Strauerat:atq̄ humeriſ inimicum
inſigne gerebat.

Lipei peditum tegmina ſunt: ſcuta uero equitum:uirgi.in ix.Et
clipeum ſuperintonat ingenſ:Aut ipſe ingenſ clipeum ſupra ipſū
autem lectum eſt:& hoc clipeum ut probat caper:quod magiſ debe
muſ accipere:nam homerum imitatuſ eſt. neutro namq̄ genere &
maſculino a doctiſſimiſ artium ſcriptoribuſ uſurpatum iueīmuſ:

Trabelliuſ pollio illi clipeuſ aureuſ; ueluti grāmatici loquūtur;

clipeum aureum. Senatuſ totiuſ iudicio ī romana curia collocatuſ eſt: Neutro quoꝙ Liuiuſ xxxv. ab urb. con. Aedilitaſ īſignīſ eo anno fuit. M. Aemilii lępidi: &. p. ęmilii pauli multoſ peccuīarioſ dāna rūt: ex ea peccunia clipea inaurata infaſtigio iouiſ ędiſ poſuerūt: Idem xxxviii. Et duodecim clipea aurata ab ędilibuſ curulibuſ. P. claudio &. P. Sulpitio galba ſunt poſita ex peccunia qua frumentarioſ ad annonam cōpręhenſa n dānauerāt. Pacuuiuſ clipea curtū liquit clamide contorta: Appellarunt quoꝙ clipeum antiqui obrotunditatem: & corium bouiſ: inquo foeduſ gabinorum fuerat deſcriptum cum romaniſ: Apud maioreſ enim fortium uirorū picta erant ſcuta: econtra inertium & tyronum puta erant: Vnde eſt parmaq; in gloriuſ alba: ideſt non picta: ſcutiſ etiam qualibuſ apud troiam pugnatum eſt. auctore Plinio li. natura. hiſ. xxxv. continebantur imagineſ: unde & nomen habuere clipeorum: non ut peruerſa grāmaticorum ſubtilitaſ uoluit a cluēdo: clueuere enī ātiqui pugnare dicebant Clipei maiora ſcuta: ſecundum ſeruium: ab eo dicta qꝙ cellent corpuſ a greco: Maſculino autem genere frequentiſſime prolatum inuenimuſ: Verum clipea: ut alii uolunt neutro ad imaginem uel picturam: uel ornamentum maſculino uero genere ad ſcuta referuntur: Clipeos protuſ & atriuſ īter ſe bellātes: ſiue calthuſ athamantiſ filiuſ inueniſſe produntur: charesq; fuiſſe tradit hero dotuſ: qui primi ſcutiſ ſigna fecerunt: & anſaſ quibuſ ſcuta tenēt: quom ātea ſine illiſ uterētur loriſ ex corio ad collum & ad ſiniſtrū humerum appendentibuſ. Horum autem materia cōmendantur & forma poeni ex auro fictitauere: M. aufidiuſ docuit maioreſ ſuoſ Argenteoſ clipeoſ habuiſſe: Alexander rex iudeorum octomilia pugnatorum ptholomeo oppoſuit: quoſ hecathomatoſ appellabat: hoc eſt contra centum pugnanteſ: eo qꝙ clipeiſ aeneiſ uterent. Numide coriiſ elephantorum ſcuta. feciſſe traduntur impenetrabilia quidem iaculiſ ſed ea caſu īutilia fiunt. corii namq; ea natura eſt. ut imbrem ſpongię modo ebibat: quo pondere preſſa: circunferri non poſſunt. ligneiſ faciendiſ preſtant: ligna frigida aquiſ īnutrita ac leuia: quorum plaga contrahit ſe protinuſq; claudit ſuum uulnuſ: & ob id cōtinuatiuſ tranſmittit ferrum: ī quo ſunt genere fici ſalix: tilia: ſanbucus populus: leuiſſima ſalix: ideo utilior ſed forme placido ſingulis ceſſere ob longa ſunt peditibus non nullis recurua teſtudinesq; uocant: alii rotunda: ut cetra pelta uel parma

AEtra ſcutum breue loreum:quo utuntur afri:& hiſpani;uirg.le-
uaſcętra tegit PELTA ſcuti genus breuiſſimi in modum lunę iam
medię cętræ haud diſſimile unde Maro Ducit amazonidum lunatiſ
agmina peltiſ.

ARMA ſcutū breue etiam ſic dictum teſte uarrone:qꝫ e medio
in omneſ parteſ ſit par. NOILLE ſcutum breue cęlo; regnan-
te nūma pompilio:de lapſum:ſit dictum propter figuram:circuluſ
enim non eſt neqꝫ ueluti pelta circunferentiam reddit; ſed exciſu-
ram habet lineę helicoidiſ cuiuſ apiceſ curuaturam habenteſ:& den
ſitate in ſe conuerſę ancilliſ figuram faciunt. Ancille ſcutum etiā
breue inquit feſtuſ qꝫ ideo ſic appellatur. quia ex utroqꝫ latere erat
recilum ut ſūmum infimumqꝫ eiuſ latuſ medio pateret;uel dictum
ancille ab ābeciſu: teſte uarrone:qꝫ ea arma ab utraqꝫ parte ut thra
cum inciſa ſunt: uel ut ſeruio Placet in comento li. viii.en. Ancil
le ſcutum breue atqꝫ rotundum:ſic dictum:uel qꝫ undiqꝫ circunciſū
eſt. Aut a gręco ideſt undiqꝫ labrum habenſ:Ouidi.iii.faſtorum:
atqꝫ Ancille uocat:quod ab omni parte reciſum eſt:quenqꝫ notiſ
oculiſ anguluſ omniſ abeſt:alii ex an:quod eſt circum:& cilio uol-
uo:dictum putant aut propter anchona ideſt cubitū:ad quem cir-
cunferunt:hoc enim Iobbaſ inquit:cupienſ nomen a gręco deduce
re poſſet primum hoc cognomen ab eo uel motu uel impetu deſcē-
dere Qui anothen ideſt ſupernefactuſ ſit:ſiue ab egrotātium cura
tione:quę a cęſiſ dicitur.ut ab Anchinō byleoſ hoc eſt ſiccitatum
ſolutione:prętterea a triſtium amotione quam anaſcheſim uocant
exquo caſtorem;& pollucem; Anachaſ atheniēſeſ appellant.ſiquid
eſt in gręcum eloquiū deducendum ſit.G.hoc eſt a cubito quo de-
ferri cōſueuerunt poſſe uocari etiam aſſerūt ARISSA clipeuſ ae
neuſ.Q..curtiuſ li. ix.ingenſ hic militum multitudo inter quoſ er
rant gręci qui dyoſippo ſtudebant:macedo iuſta arma ſumpſerat
aereum clipeum;quem ſariſſam uocāt: leua tenenſ dextra lanceam
gladioqꝫ cinctuſ;ueluti cū pluribuſ dimicaturuſ. HOLOS gre
cum eſt;& proprie ueluti ſcutum breue;quod in medio tecto eſt
in quo trabeſ coeunt: & ad quod dona ſuſpendi conſueuerant.
Statiuſ. ii. theb. Hic ego maiorum pugnaſ: uultuſqꝫ tremen-
doſ:Magnanimū effigam regum:figāqꝫ ſuperbiſ Arma toliſ queqꝫ
ipſe modo queſita reuexi: Sanguine queqꝫ dabiſ captiſ tritonia
thebiſ. MBO ſcuti parſ media:q̄ſi umbilicuſ:umbo etiā ſcutū

ſępe ſignificat:nam a parte totum intelligimuſ. uirgi.ĩ.x. Inde ali ud ſuperq; aliud figitq; uolatq;:Ingenti giro ſed ſubſtinet aureuſ umbo. CREAE crurum tegmina:q; opponebãt ob cruſ dicte: Liuiul.ix. ab urb.con.& ſiniſtrum cruſ ocrea tectum:galeęq; criſta tę:quę ſpeciem magnitudini corporum adderent:eaſ uero & criſtaſ galearum feruntur:chareſ tradidiſſe ſed galeam lacędemonii inuene runt. ERO Ruſticum calciamentum a grecie more; ubi hoc ar morum fuerat genuſ tractum:& hernicisſa poeta nobiliſſimo aſſi gnatum:unde iſti tranſierant:proinde ſunt in li.vii.uirgilii illi uer ſuſ quibuſ hernici populi:& eorum nobiliſſimi ut tunc erat ciuitaſ anagnia enumerãt:quoſ diueſ anagnia paſcit. Quoſ amaſſene pater non illiſ omnibuſ arma. Nec clipei curruſue ſonant parſ maxima glandiſ:Liuentiſ plumbi ſpargit parſ ſpicula geſtat: Bina manu fuluoſq; lupi depelle galeroſ:Tegmen habẽt capiti ueſtigia nuda ſiniſtri:Inſtituere pediſ cruduſ tegit altera pero:hunc morẽ in ita lia fuiſſe ut uno pede calciato:& altero nudo iretur ad bellũ:nunſq; ad huc quod ſciam reperi:ſed eam grecorum non nulliſ conſuetu dinem fuiſſe:Locupleti auctoritate iam palam faciam:in qua qui dem re mirari eſt poete inclyti occultiſſimã diligentiam:qui quom legiſſet hernicoſ:quorum eſt anagnia apelaſgiſ oriundoſ:appella toſq; ita apelaſgo quodam duce ſuo:qui hernicuſ nominabatur: morem quem de etholia legerat hernicisſ aſſignauit:qui ſunt uetuſ collonia pelaſgorum & hernicũ quidem hominem pelaſgum ducem hernicisſ fuiſſe.Iuliuſ higinuſ in libro ii.urbium:non pauciſ uer biſ probat:morem uero etholiſ fuiſſe uno tantũmodo pede calciato in bellum ire oſtendit:clariſſimuſ euripideſ ſcriptor tragicuſ.ĩ cu ſuſ tragedia quę meleager inſcribit:nuntiuſ inducitur deſcribenſ quo quiſq; habitu fuerit ex ducibuſ:qui adaprum capiendum con ueuerant:in eo hi uerſuſ ſuut:G: animaduertitiſ diligentiſſime uerba euripidiſ a Marone ſeruata ait enim ille &eundem pedem nudum.Virg.quoq; dixit ueſtigia nuda ſiniſtri inſtituere pediſ. In qua quidem re quo nobiſ ſtudium noſtroꝝ magiſ cõprobetur non reticebimuſ rem pauciſſimiſ notam reprehenſum euripidem ab Ariſtotele:ii.de poetiſ libro:qui ignorantiã iſtiuſ euripidiſ fu iſſe contendit: Aetholoſ enim non leuum pedem nudum habere: Sed dextrum:quod ne affirmem potiuſq; probem:Ariſtoteliſ uer ba ſunt ex eo libro quem de poetiſ:ii.ſcriptum reliquit:in quo de

euripide loquenſ ſic ait. G. hęc quom ita ſint Virgilium tamẽ .euri
pide auctore: q̃ Ariſtotele ſuti maluiſſe conſtat: nam ut hęc ignora
uerit uir tam Anxie doctuſ minime credideri: Iure autem prętulit
euripidẽ: eſt enim ingenſ ei quom gręcarum tragędiarum ſcripto
ribuſ familiaritaſ: ꝙ ex multiſ dictiſ eiuſ licet opinari. CAN-
SILIS ferri in equoſ uſum & adminiculum apud uetereſ tam grę-
corum q̃ latinorum fuiſſe haud inuenio: uirgi. in. xii. Infrenãt alii
curruſ aut corpora ſaltu ſubiiciunt in equoſ & ſtrictiſ enſibuſ ad-
ſunt: idem in eodem: Turnuſ ut ęneam cedentem ex agmine uidit:
turbatoſq; duceſ ſubita ſpe feruiduſ ardet: poſcit equoſ: atq; arma
ſimul: ſaltuq; Superbuſ Emicat in currum & manibuſ mollitur ha
benaſ: Vegetiuſ li. i. non tantum a tyronibuſ ſed etiam a ſtipendia
riiſ militibuſ Salitio equo diſtricte eſt ſemper exacta: quem uſum
uſq; ad hanc ętatem: Licet iam cum diſſimulatione perueniſſe ma-
niſeſtum eſt: equi lignei ſub tecto hyeme æſtate ponebantur ĩ cam
po ſuper hoſ tyroneſ primo inermeſ dum conſuetudinẽ perficerẽt:
deinde armati cogebant aſcendere: tantaq; cura erat: ut non ſolum
a dextriſ: Sed etiam a ſiniſtriſ partibuſ & inſilire & deſilire condiſce
rẽt: Euaginatoſ etiã gladioſ uel cõtoſ: tenẽteſ hoc enĩ aſſidua medi
tatione faciebant ſcilicet in tumultu pręlii ſine more aſcenderent
qui tã ſtudioſe exercebantur in pace: Liuiuſ ſecundi belli pu. li. iii.
necomneſ numide in dextro locati cornu: Sed quibuſ deſultorum
imodum binoſ trahentibuſ equoſ inter Accerrimam ſępe pugnã
in recentem equum ex feſſo armatiſ tranſultare moſ erat: Tanta ue
locitaſ ipſis tamq; docile equorum genuſ: xenophon ſocraticuſ in
eo libro qui equitum prefectuſ inſcribitur: poſtq̃ uero equiteſ qua-
leſ eſſe oporteat dictum eſt Qua nam parte equiteſ optimi comparẽ
tur hoc in medium conabor exponere: Ex hiſ igitur iunioreſ inpel-
lere atq; adhortari debemuſ: ut in equoſ inſilire diſcant: huiuſ aũt
rei magiſtrũ pręceptoremq; qui adhibuerit iure laudabitur: Natu
autẽ grandioreſ aſſuefacere: ut ĩ ſcandẽdiſ equiſ perſico more ſe in-
uicem adiuuent: Plutarchuſ in uita graccorum dimenſo prętera
uiarum ſpacio ſingulis miliariis: eſt autem miliariũ paulominus
q̃ octo ſtadia: columnaſ lapideaſ ſpacii ſigna proferenteſ conſtitu-
it: alioſ inſuper lapideſ parum inter ſe diſtanteſ exutraq; uiaꝝ
parte diſpoſuit: ut exilliſ faciliter; & ſine ſaltu in equoſ eſſet aſcẽ
ſuſ: Huiuſ rei pręter hęc teſteſ; & iudiceſ ſunt etiam arcuſ in urbe

Romana triumphales: Ac æneus apud lateranum equus absq; huiusmõi scandendi adminiculo cum equite & sessore suo. ALCAR agitandi concitandiq; equi stimulus est: a calce denominationem asciscens. Ouidius: Non nocet admisso subdere calcar equo: in eo autẽ quod vi.en.scribitur: seu quom pedes iret in hostẽ: seu spumantis equi foderet calcaribus armos: speciem pro genere posuit maro: hoc est equi Armos pro equo quom nõ possint Armi calcaribus fodi: utq; hoc ad concitandum: sic uirga ad regendum equum diuersarum gentium institutum fuisse proditur: Valerius maxi. li. tertio de. p. Crasso: inter eleam inquit: & smirnam exceptus: ne in deditionem eius perueniret dedecus Arcessita ratione mortis effugit: Virga enim qua ad regendum equum usus fuerat in unius Barbari oculum direxit: Qui ui doloris accensus latus crassi sicca confodit: Lucanus in. iiii. Et gens quę nudo residens massilia dorso Ora leui flectit frenorum. nescia uirga.

VAE suis nominibus adtegendum sunt Arma dixisse uidemur: nunc adnocendum quę sunt: Reliqua prosequamur cinacis gladius militaris lingua parthorum uel mędoꝝ ut iquit Acron ꝑ quolibet licet põi possit Q. Curtius li. x. sed preter clipeum eius putrem: & arcus duos scithicos: & acinacem nihil reperit hieronymus li. i. contra Iouinianum: strato regulus sidonis manu propria se uolens confodere: ne imminentibus persis ludibrio foret: gladium quem arripuerat circunspectans: hostium pauidus expectabat aduentum quem iam Iãq; capiendum uxor ĩtelligẽs: extorsit Acrãcẽ e manu: & latus eius trãsuerberauit.

NSIS & gladius hujus nature sunt: Auctore Quintiliano ĩsti. li. ix. ut idem pluribus uocibus declarent: ita ut nihil significationis quo potius utaris interfit: Macrobius i. de somnio scipionis: nunc uideamus quę sunt hęc duo nomina quorum pariter meminit: quom dicit Quę sydera. & stellas uocatis neq; enim hic res una gemina appellatione monstratur: ut ensis et gladius:

LADIVS quem: auctore Plinio: vi. na. hist. a lacędemonis constat iuentum teste Varrone: C. ĩ. G. cõmutato a clade dicit quod fit ob hostiũ cladẽ: utq; dupondii nomen: quod dicit a multis duobus

modiſ: hic duopondiuſ: & hoc duopondium: ſic hoc gladium: & hic gladiuſ Quĩti.li.i.hiſt. Et gladia qui dixerunt genere exciderũt ſed hoc quoq; notare contẽtuſ ſum ne arti quorundam culpa perui catium perplexe uidear & ipſe queſtionem addidiſſe. PATA: enſis: ſiue gladiuſ: nomina ſunt omnibuſ pene nota: Liuius.xxxix. ubi omnia fuga completa uidit cato ipſe ad ſecundam legionem: que in ſubſidio poſita erat reuehitur: & ſigna prę ſe ferri: plenoq; gradu ad caſtra hoſtium oppugnantia ſuccedere iubet: ſiquiſ dextra ordinem auidiuſ procurrit: & ipſe inter equiteſ ſpata percutit: & tribunos: Centurioneſq; caſtigare iubet hoc uocabulum in ueterum etiam libris ſcriptum inueniet: & apud. A.gelium noctium ſuarum li.x. ARPE falcatuſ enſis. quo uſuſ eſt perſeuſ in occiſiõe gorgoniſ: Lucanuſ in.ix. harpem alterius monſtri iam cęde rubẽtem: Idem in eodem: Perſeoſ aduerſi cylenida dirrigit harpem: Lata colubri ferri rumpenſ confinia colli: Maro in vii. leua ſceptra tenet falcati comnuſ enſeſ. INGVLAM ueteres dixere gladiolum oblongum in ſpeciem linguę factum: Cuiuſ meminit neuiuſ in tragoedia exiona. ACHERA gladiuſ longuſ: ex altera parte acutuſ: a greco: nam greci longum uocant: Cęſar.ii.coment ad multam noctem etiam ad impedimenta pugnatum eſt: propterea quod pro uallo carroſ obiecerãt: & e ſuperiore in nroſ ueniẽtes tela cõiiciebant: non nulli ĩter carroſ rotaſq; Macheraſ & tragulaſ ſubiiciebant: noſtroſq; uulnerabant: ſeneca li.v. de benefi. ad liberalem: nec galeam illam ſi uideriſ agnoſces: machera enim hiſpana diuiſa eſt. Oloneſ gladii ſunt: Plutarchus in uita gracchi: nec ſecus paratis clam percuſſoribus necem tiberio machinabantur. ille uero palam gladium quem dolonem uocãt Accinctus ambulabat: Dolones aliorum ſentẽtia flageila ſunt Intra quorum uirgam pugiones latent: aut ſecundum uarronem ingens contus cum ferro Breuiſſimo a dolo uel a falẽdo dicti: quod decipiãt ferro: quõ ſpeciem preferant ligni: ſunt & qui uelint petteretes mucrones Dolones dici: Et maro ĩquit: Pilla manu ſęuoſq; gerunt in bella dolones

ICCA: a ſecando dicta: eſt enim gladius breuis quo maxime utuntur qui apud italos latrocinia exercent: a quo & ſiccarii dicti Quanq; auctore Quintiliano li.ix. inſtitutionum per abuſionẽ ſiccarios omnes uocamus qui cędem telo quocunq; cõmiſerint.

VGIO gladius breuis & bis acutus lateri adherens: ſi dictuſ ſe

ſto teſte q̄ eo punctim pugnatur:eſt & pugio ſecundum uarronem ingens contus cum ferro: LVNADVM cultrum ſanguinariū dictum eſt.uel q̄ ad clunes dependet:uel q̄ clunes beſtiarum diuidit. ECESPITAM cultrum ferreum dicunt oblongum:manubrio ęburneo rotundo ſolido iūcto ab capulum argento auroq̄ fixo clauis æneis ære cyprio:quo pontifices flamminesq̄ ad ſacrificia utebantur a ſecando ſeceſpita dicta: alii ſecurim; alii dolabram ęneam eſſe putant. VCRO:enſis;& gladius idem ſunt: Priſcianus artiſ grāmaticę li.ii.ſynonima tam propria q̄ appellatiua inueniuntur ſicut enſis:gladius mucro:unum atq̄ idem ſignificant ſicut.P.Cornelius ſcipio affricanus unum atq̄ idem ſignificāt Boetius de trinitate.in rerum enim numero non facit pluralitatem unitatum repetitio:ut ſi de eodem dicam:gladius unus: mucro unus: enſis unus.poteſt enī unus tot uocabulis gladius agnoſci:hęc enī unitatum iteratio potius eſt:non numeratio: uelut ſi ita dicamus Enſis:mucro:gladius:Repetitio quędam eius non numeratio diuerſorum;uelut ſi dicam ſol.ſol.ſol.non tres ſoles effecerim:ſed de uno totiens prędicauerim idem in eodem:recte repetitio magis de eodem q̄ enumeratio diuerſi uidetur eſſe:qnom dicitur deus pater: Deus filius:deus ſpiritus ſanctus;atq̄ hęc trinitas unus deus. uel enſis;atq̄ mucro;unus gladius ueluti ſol.ſol.ſol.unus ſol.idē paulo īfra ī eodē nō uero ita dicitur ac filius ac ſpiritusſanctus:quaſi multiuocum quidam nam mucro enſis ipſe eſt:& idem uero pater ac filius: & ſpiritus ſanctus: idem equidem eſt: non uero ipſe:Liuius li.vii. ab urb. cōdi.Gallus uelut molles ſuperne īminens:proiecto leua ſcuto in aduenientis Arma hoſtis uanum ceſim cum ingenti ſonitu enſē deiecit:Romanus mucrone ſurrepto quom ſcutum ſcuto pculiſſet;mucro enſis quoq̄ uel gladii:uel cuiuſlibet rei acumen dicitur:Liuius ab urb.con.xxii.gallis hiſpaniſq̄ ſcuta eiuſdem formę erant:fere diſpares:& diſſimiles gladii:gallis pręlongi ac ſine mucroībus:hiſpano punctim magis q̄ ceſim aſſueto petere hoſtem breuitatē habiles cum mucronibus: Seneca ad Lucil. li.xi.gladium bonum dicere: non cui auratus eſt baltheus nec cuius uagina genus diſtīguit:ſed cui:& ad ſecandum ſubtilis acies ē: & mucro munimentum omne rupturus:Macrobius li.i.de ſō.ſcip. Nam & dionyſius aulę ſydereę inclementiſſimus incubator familiari ſuo cuidam ſolam beatam exiſtimanti uitam tyranni uolens q̄

perpetuo metu miſeram quanꝙ impendẽtiam ſemper periculorum plenam oſtendere : gladium uagina raptum: & capulo de filo tenui pendentem: mucrone demiſſo: iuſſit familiaris illiuſ capiti imminere inter epulaſ unde etiam a poeta clariſſimo dictum eſt in.xii.illa manu moriens telum trahit oſſa ſed inter ferreus ad coſtaſ alto ſtat uulnere mucro: omneſ he deniq; gladioꝝ ſpẽs uaginiſ abduntur:

CLIDES: auctore ſeruio: tela ſunt quędam antiqua a deo ut ne quicq̃ cõmemoretur ĩ bello: legitur tamẽ ꝙ claue cubito ſemis eminentibus hinc & hĩc acumĩbus: quę in hoſtes ita iaciũtur Religate loro: uel lino: ut peractis uulneribus poſſint redire: putãtur tamen eſſe teli genus. quod in flagello immenſũ iaci poteſt: Dicente maron: : Terretes ſunt aclides illi tela: ſed hęc lẽto mos ẽ aptare flagello. ELVM uulgo id appellaſ: quod ab arcu mittiſ: manu ut lapis: lignum: fuſtis haſtę lanceę: pilũ: & quodcunꝙ in longinquũ mittitur: greca uoce ſignificatũ: quanq̃ etiam legimus de gladio Liui li.i. Arma hiſ ĩpata: galea: clipeus: ocreę: lorica: oĩa ex ære: hęc ut tegmenta corporis eſſent: tela in hoſtem haſtaq; & gladius Seneca li.xv.epi.de diuitiis loquens ille inquit neminem lędunt: nec ſua nocet cuiq̃ ſtultitia aut aliena nequitia: ſic quemadmodũ gladius neminem occidit: & occidentis telum eſt: uirg. An non hoc telum mea quod ui dextera uerſat effigies. ERVTVM telũ breue & anguſtum nonio teſte mar. Liuius ab urb.con.decem quibus pleriſq; in ſcuta uerutis in corpora ipſa fixis ſternitur cuneus Idẽ in pri. Arma mutata nihil prẽter haſtam: & uerutum datũ: Vegetius li.ii. Quom demiſſilibus loqueretur: & de uno ac maiore diciſſet Aliud inquit minus ferro unciarum quinq; haſtili pedum totidem: & ſemis: quod tunc uerutulũ: nunc uerutum dicitur. VSTES ſũt: quoq; pallos ruſtici uocant: quiq; ĩter prima humani generis Arma fuere. ACVLVS a Bacco ſecundum Rabauũ: & pleroſq; alios repertus & appellatus uſu cõmuni. mas ẽ ſignificationem habens notiſſimam Liuius li.i. augur ad leuam eius capite uelato ſedem cœpit: dextera manu baculum ſine nodo aduncũ tenens: quẽ lituum appellarunt: diminutiuum tamen neutro genere Bacillũ habet: Cicero. ii. de fin. Bono. Bacillum aliud in flexum: aliud ita natum: primitiuum etiam quod eſt baculuſ: baculum: neutro genere prolatũ inuenimuſ: Appuleius magie. li.i. uerum tamen hoc diogeni & Antiſteni pera & baculum quod regibus diadema quod ĩperatoribus

paludamentum quod pontificibus galerum quod Lituus auguribus. Ouidius. xv. meth. esse solet Baculumq; tenens agreste sinistra


INDICTA uirga prętoris qua serui pcussi liberantur: & libertatem acquirunt: a uendico dicta: quia per eam uendicent libertatẽ persius ad dominum ignoras: nisi quem uindicta relaxat: Liuius li .ii. ab urb. con. ille primum dicitur uindicta liberatus: quidam uindictę quoq; nomen tractum ab illo putãt: uiridatio ipsi nomen fuisse post illum obseruatur ut qui ita liberati essent in ciuitatem accepti uiderentur. ERBERA pro uerberatione licet non nunq; accipiantur. rem tamen corpoream proprie significant: ut flagella quę sunt proprie sarmentorum sũmitates: Quintilianus: Ignes ex proximo raptos: & uerbera quę casus obtulerat Iustinus epi. trog. pomp. li. ii. Admonentur scitę mutare genus pugnę memores: non cum hostibus: sed cum seruis preliandum: nec Armorum sed dominorum iure uincendos: uerbera non Arma in aciem afferenda: ōmissoq; ferro uirgas & flagella ceteraq; seruilis metus instrā paranda Astis quas lacędemonios inuenisse dicitur Fraxinus obediẽtissima corilus melior: sorbus lentior: Ea homeri preconio achilis hasta nobilitata est: ASTILIA minores lanceę sunt ferro producto & quas manu iacere arst est: ONTI hastę longiores sunt & robustę sine ferro sed acuta cuspide: Iuuenalis: Nocte iter ingressus gladium contumq; timebis. ANCEA quam etholios inuenisse: vi. na. his. testis est plinius ut hasta manifestā habet significationem Latinum licet nomẽ non sit scriptumq; est in li. M. uarronis rerum diuinarum xxiiii. quo in loco uarro quom de pectorico dixisset esse id uerbum gallicum lanceam quoq; dixit non latinũ sed hispanicũ uerbum esse: alii: a greco dictum putant: quam greci uocant. ILVM panthasileę licet inuentum hasta romana: ut gesa gallorum & sarisse macedonũ id auctores dicunt maximi usus in bellis q̄ huiusmodi hasta amento ęqua lance si pendeat. & ponderata uibretur: ubi excusso lacerto ualide ītorta fuerit: uix armatura inuenitur quę uibrantis ictum substineat eminus intortũ ubi armis heserit agitatione & motu continuo penetrare contendit: nec subitũ euitari potest: aut repelli: sed nec euelli hoste pręmente: his Britanni maxime usi: & circuniacentes etiam insulę: ESA gallorum tele siue uiriles hastę nã & uiros fortes galli gesos uocant: Liuius .ix. lere pastorali habitu agręstibus telis falcibus gesis q̄

binis Armati ſunt qui a cędendo ceſa dici rectius putent: VNA pilum Rumata pillata; Rumex telũ ſparo gallico q̃ ſimile. ACVlum quod cum a mento etholum martis filium inueniſſe ferunt. telum etiam quod ut iaciatur fit teſte uarrone dictum. PARA; pomp. teſte minimi generis iacula agreſtia. & ruſtica a ſpargendo dicta; Aemilius de excellẽtibus ducibus exterrarum gentium epaminundã pugnantem & ſparo eminus percuſſum concidere uiderunt; Lucillius Tum ſpara tum murices portantur tragula porro

PAROS maſ. etiam genere legimus Saluſtius in Catil. ſed ex omni copia quarta pars erat: militaribus armis inſtructa ceteri ut quoſq; caſus Armauerat ſparos; & lanceas alii pręacutas ſudes portare. Ariſſa; ut pomp. placet & ſeruio; eſt haſta macedonica Liuius ab urb. con. li. ix. Arma clypeus fariſſeq; illis ideſt haſte; idem xxxvii. ibi ſimul perturbati ordines & ĩpeditus ĩtercurſu ſuoq; uſus pręlongarum haſtarum fariſſas macedones uocant intulere ſigna Romanę legiones; Idem xxxviii. p oculi foramina perlongę haſte quas fariſſas uocãt ad ſũmonẽdos hoſtes eminebãt; Q. curtius li. vii Prior Barbarus emiſit haſtam; quam exiguus modica capitis declinatione uitauit; atq; ipſe infeſtam fariſſam equo calcaribus cõcitoĩ medio barbari gutture ita fixit; ut pceruicẽ emineret; precipitatus ex equo barbarus adhuc tamen repugnabat; ſed ille extractam ex uulnere haſtam rurſus in os dirigit. IBINAM appellãt illirici telum uenabulo ſimile; Ennius illirici reſtãt ſiccis ſibiniſq; fodentes: ECVRIS quaſi ſemicuris: uel ſemiquiris: quod eſt haſta; uel a greco a coerano qui regem ſignificat; Conſtat autem Romanos grecos fuiſſe & erant ſecures ſigna quę ante conſulẽ ferebãt: RAGVLA; eſt haſta ferro pręacuta: & ut uarro inquit a Traiiciendo dicta ut pomp. teli genus dictum q ſcuto infixum trahatur; Cęſar li. v. comen. monet ut tragulam cum epiſtola ad amẽtum deligata intra munitiouem caſtrorum abiiciat; Liuius xxv. ibi ſignis collatis pugnatum per quattuor ferme horas egregieq; uincentibus romanis ſignum receptui eſt datum quod .gn. ſcipionis ferrum tragula confixum erat. LAVA teli genus; quo herculcs utebatur; ſic dicta; q ſit clauis ferreis inuicem religata Claua enĩ & leonis pelles antiquo herculi cõueniunt; Quo tẽpore Arma nũdũ erant adinuenta; ſed fuſtibus homines iniurias propulſabant; ac ferarum pellibus tegebãt pro Armis corpora hãc quidam cathegiã


quam & horatius caiam uocat dictam etiam putant estq; cathegia gallici teli genus: quod si ab artifice mittatur rursus uenit ad eum q mittit: huius uirg. meminit theothonico ritu soliti torquere cathenas: theothonico ritu dixit: quia theothoici galię comatę sũt populi.

IPENNIS dicitur: quod ex utraq; parte acutam habet aciem quasi duas pennas: penum autem antiqui acutum dicebant: unde & auium pennę quasi acutę: Quinti. li. i. in ti. Quare discat puer quid in litteris proprium: quid cõmune quę cum quibus cognatio nec miretur cur ex scãno fiat scabellum: aut a pinna quod est acutam: securis utrĩq; habens aciem bipennis ne illorum sequatur errorem qui quia a pennis duabus: hoc esse nomẽ existimant pinnas auium dici uolunt. OLABRA quasi dulabra q; duo habeãt labra ad dolandum & delendum de noliendumq;: Liuius Bel. pu. li. ii. tunc hannibal occasionem ratus Quingentos ferme afros cum dolabris ad subruendum abimo murũ mittitur idem in eodem; li. iiii. Dolabre. calonibus diuiduntur ad uallum pruendũ fossasq;: ĩplẽdas intra munimenta instruit acies: idẽ ĩ eodẽ li. viii. eademq; porta signa infesta in urbem illata & aliis partibus securibus dolabrisq; cedebantur portę: Iuue. li. iii. nodosã post hęc frangebat uertice uitẽ silentus nigra muniret castra dolabra ALARICA genus teli missilis quo utuntur ex falis idest ex locis extructis dimicantes: ut seruio placet: ingens telum torno factum ferrũ habẽs cubitale: & rotunditatem de plumbo ĩmodum sperę ĩ ipsa sũmitate dicitur & ignem habere affixũ: hoc autẽ telo pugnatur de turribus quas falas dixi manifestum est: a falis dicta falarica: sicut a muro muralis sane falaricam lucanus dixit: neruis mitti tortilibus ex quadã machina: hunc aut tortilibus uibrata falarica neruis obruit aut uasti muralia põdera saxi uirg. uero. in ix. sic ait: Turnũ manu iaculari ptulisse: quod a poeta: uel poetice: uel in laudẽ & uirtutẽ turni forte dictũ ẽ qui talẽ hastã manu iaculatus ẽ: Liuius ab urb. con. xxi. li. Falarica erat sagũtinis missile telũ hastili ab ligneo & cętero Terreti: prętereq; ad extremũ unde ferrũ extabat: id sicut ĩ pilo quadratũ: stuppa circũligabant: Liniebãtq; pice: Ferrũ aũt tres ĩ lõgũ habet pedes ut cũ armis trãsfigere corpus posset: sed id maxime si exisset ĩ scuto nec penetrasset ĩ corpus pauorẽ faciebat: quod quom mediũ accẽsum mitteret cõcœptũq; ipso motu multo maiorem ignem ferret. Arma amitti cogebat: nudũq; militẽ ad ĩsequẽtes ictus prębebat:




Aleoli tela ſunt in muliebris coli formam: Ammianus marcel linus.xxiiii.rerum geſtarum maleoli autem teli genus figuratur hac ſpecie :Sagitta eſt cannea inter ſpiculum & arundinẽ multifido ferro coagmentata :quę ĩ muliebris coli formã quo nentur lintea ſtamina concauatur uentre ſubtiliter & plurifariam patens :atq; in alueo ipso ignem cum aliquo ſuſcipit alimento:et ſi emiſſa lentius arcu inualido arcuſ ictu enim rapidiore extinguitur aeſtus incẽdio nec remedio ullo q̃ ſuperiecto puluere uel Amurca cõſopitur: Liui.


xxxviii. ab ur. con. alii cum ardentibus faculis alii stuppā picen q; & maleolos ferentes: tota collucente flāmis acie aduenerere: ī huiusmodi autem maleoli concauo glutinum ignisq; fomentum est inextinguibile ex colofonia sulphure sale: quem nitrum appellant omnibus in lauri oleo liquefactis secundum alios oleo petroleo aut pe anatis medulla canne ferule sulphure: ut aliis usum est: ex olee oliuo sepo sulphure collophonia: camphora resina: stuppa. hanc ueteres compositionem bellatores medicamina appellant:



ISSILIA hastilia: tela a mittendo dicta: Liuius xxxvii: magna tormentorum etiam uis ut missilibus procul arcerēt hostē


ATHAPVLTA quam Plinius vi. na. hist. cretes īuenisse perhibet: iaculum est celer uel sagitta: ut nonius inquit. Cæsar siue alius pro eo commentariorum. x. Centonesq; insuper iecerunt: ne aut tela tormentis missa tabulationem perfrīgerēt aut saxa & cathapulta lateritium discuterent: Liuius. bel. pu. li. i. collatisq; eo catapultis hastis: balistisq; ut castellum in ipsa urbe uelut arcem iminentē haberent muro circundant: Plautus ī gurgulione: atq; ita te neruo torquebo: ut cathapultæ solent: idem in captiuis: nam meus est Balista pugnus: cubitus: cathapulta: humerus; Aries. cathapultam etiam Organum bellicumq; instrumentum: quo tricubitalia tela iaciunt usu doctissimorum comprobatur auctorum: pomp. trifax telum lōgitudinis triū cubitorum: quod cathapulta mittitur. uitruuius li. x. Ex ratione grauitatis proportiones sūmuntur: quēadmodum cathapultis de longitudinibus sagittarū Liuius bel. pu. li. i. ipse hannibal qua turris mobilis omnia munimenta urbis supans altitudine agebatur: hortator aderat. quę quom admota cathapultis balistisq; pcia tabulata dispositis: muros defensoribus nudasset.








ONPHEA teſte, A.gelio noct.atti.libro.ix. genus teli eſt thrachę nationiſ apud alioſ frameam ſpatam & gladium licet ſonet :hoc uocabulum in :Q .ennii Annalium .xiiii. poſitum inueniet .huius: ab ur.con. xxxi. Tiracaſ quoq; rompheę ingentis & ipſe longitudi niſ inter obiectos undiq; Romanoſ impediebant: RCVS quartę forme ad iaciendaſ ſagittas bellica inſtrumenta et ueluti anceſ quae ptes urbis excelſę atq; munite ſūt :ab arcē do hoſte dicti quāq̄ quā- tum ad anceſ ſpectat ſint cum quibus eſt. Seruiuſ qui q̄ arcana ſecreta dicuntur arces dictas putent : quaſi res ſecretas .uel ſint alii licet teſte Solino li.i. memorabilium : Qui uideri uelint : quom Archades inexcelſa parte montis habitaſſent deriuatum deinceps ut tutiſſima urbium arces nominarentur Arcus inſuper ſagittandiq; apollinem ferunt extitiſſe repertorē :Qua decauſa cretenſes prę- cipue arcu delectati ſunt :quem ſciticum nominarunt.




Criti proprie ſunt arcuum tece :dicuntur tamen eſſe ſagittarū foruli quos & pharetras nominamus uirg .in xii. Quid tela ſagittę Coritiq; leues humeris & letifer Acrus ;Ouid .meth. Exuit hic humeros pharetram lentosq; retendit arcus: CORPIONES :ut inquit uegetius.li.iiii.dicebantur quoſ nunc manu baliſtas nocant ideo ſic nuncupati :q̄ de paruulis ſubtilibuſq; ſpiculis inferāt mortem : Regum .li.i.& ſtatuit illic baliſtas et maculas & igniſ iacula et tormenta ad lapides iactandos :& ſpicula & ſcorpiones admittendas ſagittas & fundibula Caes.comen .li. vii .Quidam ante portam oppidi galus per manus ſeui ac picis traditas glebbas in igne & regi onem Turris prohibebat ſcorpiōe a latere traiectus exanimatus cō cidit :ſunt & qui ſcorpionum ictibus nō ſagittas tantū :ſed lapides mitti annuāt : Amianus Marcell. rerum geſtarum xxv. Et ſcorpiones quocunq; manus perite duxiſſent rotundoſ lapides euibrabāt : idem xxiiii .ſcorpioni Onagri uocabulū indidit ętas nouella ea re q̄ aſini feri cūuenatibus agitant̄ ;ita eminus lapides poſt terga calcitrando emittunt : ut perforent pectora ſequentium : aut per fractis

ossibus capita ipsa disploda̅t uegetius renatus li.iiii.p scorpiones spiculis sa\is aut̅ grauioribus per onagrum destinatis:no̅ solum eq elidunt Sed etiā hostiū machinameta frangūt:Nonius marcel.scor pionem teli genus esse asserit.Alii a nonio minus dissidentes scorpi onem sagittam sed ueneno oblitam:esse aiunt:quę uirus quo figitur infudit:unde & scorpio nomen accepit:scorpiones huiusmodi a scithis originem traxisse arbitror illi enim uiperea sanie & humano sanguine tinctis sagittis quolibet uulnere leui licet tactu.sed irre mediabili illico mortem afferunt: de his Lucanus:Spicula nec solo spargunt fidentia ferro stridula:sed multo saturātur tela ueneno: uulnera parua nocent fatumq; insanguine su̅mo est:Ad postremū siue scitha siue cretēsis siue alio cęlo genitus fuerit qui scorpione ad mittēdas sagittas primus inuenit:aut proditor sane fuit: aut nocē di auidus:aut metuens hostis cogitauit eū quod idē Lucanus iquit longe tendere neruos & quo ferre uelit cōmittere uulnera uentis.



AGITTA a sagaci ictu idest ueloci uocata ut quibusdā placet:siquidem ut ocius mors prę̨ueniret: ad homiem alitē illam fecimus pēnasq; ferro adiecimus quod scelere humani ingenii ac fraude inuentum arbitror has primum cretenses:ut inquit solinus:alii ut refert pli.na.hist.fatere Iouis filium uel persem psei filium inueniſle asserunt:frequensq; circa hęc orientalium usus: hi calamis spicula addunt irreuocabili hamo:uarieq; mortem accelerat penna calamis addita:fitq; ex ipso telum aliud priore facto in uulneribus: hanc barbatam sagittam appellant:huiusmodi telis solem ipsum obumbrant:propter hoc maxime serenos dies optant oderuntq;


uẽtos & imbreſ qui inter illoſ pacem eſſe cogũt: hic uſus ĩ creta bellatores ſuoſ pręcipitauit in hoc ut incęteris uicit italia. in agro maxime bononiẽſi ac penes flumen rhenum. Quoniã ſagittis nullus aptior calamus eſt. Quibuſ pondus noluere & contra flatus quoq; peruicax: PICVLVM ſagittę pręacutę ferrum: Curtius li. vii. quoſ dum obſidet rex inter promptiſſimos dimicanſ ſagitta ictuſ ẽ qua in medio crure fixa reliquerat ſpiculum: idem in. ix. Medici lignũ ſagittę ſcilicet corpori infixum: ita ne ſpiculum moueret ab-ſcindunt corpore deinde nudato animaduertunt hamos eſſe telo: nec aliter idſine pernicie corporis extrahi poſſe q̃ ut ſecundo uulnus augerent: VRICES tribulos aiunt ferreoſ qui tribus radiis abiecti quo quomodo ſituentur ſtant & erecto quarto infeſti ſũt Q. Cur. li. iiii. quom bion quidam tranſfuga quanto maximo curſu ad regem peruenit nuncians muriceſ ferreoſ interram diffudiſſe darium qua militeſ emiſſurum eſſe credebat: notatumq; certo ſigno locum: ut fraus euitari a ſuis poſſet:




CALPRVM pręacutum ad feriendum ferrum: Liuius. belli. puli. vii. elephanti plures ab ipſis rectoribus q̃ ab hoſte interfecti fabrile ſcalprum cum maleo habebant id ubi ſeuire belluę ac ruere ĩ ſuos coeperãt magiſter inter aures poſitum ipſo in articulo quo iũgitur capiti ceruix quanto maximo poterat ictu adigebat ea celerrima uia mortis in tantę moliſ bellua inuenta erat: ſcalpellum a ſcalpro ĩminutum. Cicero. ii. de diuina. aut quoꝝ linguę ſic inherent: ut loqui non poſſent he ſcalpello reſectę liberarentur: Hieremię. xxxvi: cũq; legiſſẽt ludi pagellas treſ uel quattuor ſcidit illud ſcalpello

ſcribe & proiecit in ignem; ERVINA genus iaculi longi teſte fabio Placiade: Plautus ī bacchide. ſi tibi machera eſt foris: at mihi ueruina eſt intus: qua te & illoſ confodiam; OLLIFERVM genus teli hoc eſt totum ferreum; ſollo enim hoſce dicit id quod nos totum uocamus: Liuius belli Macedo. libro iiii. & cohortes a tergo ſtantes pauidi reſpiciebant ut emiſſis ſolliferis falariciſq; gladios ſtrinxerunt; VNDA q̄ea fundantur lapides ideſt mittātur: hoc telum habe na uolutatur in iactu glansq; librata quom ſederit uelut neruo miſſa excutitur: Liuius xxviii. fundis ut nunc plurimum ita tunc ſolo eo telo utebātur ne quiſq; alterius gentis unius tantū ea arte: quātum inter omnes alios baleares excellunt: apud quos ut inquit: flauius matres a teneris unguiculis ita natos erudiiſſe prodūt ut nullum cibi genus contingere ſinerent: niſi quem ex funda immiſſo lapide percuſſiſſent; Proinde ſunt qui balearium inſularum habitatores huius teli uſum primos inueniſſe aſſerant. Quāq̄ plinius vi. na. hiſt. hoc idē apud ſyrophenicas dicat īuentū. LANS uel glandis telū eſt ſiue maſſa plumbea inſtar glandium quę funda baliſtaue proicitur Claudianus li. vii. Hunc ſpicula cornu tendere nunc glandes balearī ſpargere funda Saluſtius in iugur. pars eminus glande aut lapidibus pugnare uirg. in vii. Pars maxima glādes liuentes ſpargit plūbi. Ouid. in xiiii. Meth. ut lata plumbea funda miſſa ſolet medio glans intabeſcere cęlo: ſimiliter Lucretius protulit. & Liuius xxvii. ab urb. con. nam quod apud uirg. in iiii. georgicorum inuenitur: glandis in dubium uenit utrum nominatiuus ſit an figurate gnītiuus nec de concuſſa tantum pluit illice glandis poteſt enim tātum glandis intelligi: ut hoc regni & tātum lucri. ELIDONIVM auctores uocant ipſi falcaſtrum altera pte tantum acie tenuiſſima ſed latiore ulne longitudine cauda bifurca ceu hirundinis: unde & nomē habet. uaginis nō conditur: ſed unco dependet a cingulo; ANICE ſecures productiores quibus acies ſubtilior quibusq; non modo dani ſed etiā alię gētes iam uti cęperunt: in uniuerſum autem quę pro re militari circa hęc conſyderāda ſunt ferramentorum genera ſi oleo reſtinguantur delicatior fit acies a qua duratur in fragilitatem hircorum ſanguinis tanta uis ē ut ferramentorum ſubtilitas non alio acrius induretur ferrum autē omne a rubigine tuetur oleum: ceruſa: aut liquida pix. ALX lunatum ferrum haſtę affixum militare quondam nunc agreſte telum

Valerius li.v.unũ quenq; ex his falce percuſſum In cędem ſuam compulit:Liuius viiii.ab ur.con. Iere. paſtorali habitu agreſtibus telis falcibus geſiſq; binis armati Martialiſ: Frauſ me certa ducis quondã curuauit in uſus Agricolę nũc ſũ militis ante fui: Fuit & quondam falx nedum terreſtris miltiæ:ſed nauticę inſtrumentũ: erant enim romanis inaudita magnitudine falces Quas cum artifi-oſo quodam impulſu rudentibus hoſtium iniecíſſent Nauigio remis in aduerſum acto & rudentes uelut cultri acie tonſorii ſcindebantur & antennę ſimul ac ſuperba ruebant armamenta erãtq; ſuis impedimento nauibus quibus fuerant prędidio adiumentoq;:a falce falcati etiam currus dicti; falcibus nanq; prędmuniebantur; atq; in hunc maxime modum falcibus armati prodibant in bella cuſpides circa temonem ab iugo decem cubita extentas uelut cornua habebant:quibus quicquid obuium daretur tranſſigerent: inextremis iugis binę circa eminebant falces:altera ęquata iugo; altera inferior in terram deuexa illa ut quicquid a latere obiiceretur abſcinderet: hęc ut prolapſos ſubeuntesq; contingeret:item in axibus rotarum utrinq; binę eodem modo figebantur falces ex omni parte acie ꝓminente ut in ſubiecta huiuſcemõi currus deſcriptione continet.







IS quadrigis ut ſemper duces hoſtium acies perturbaturos ſe credebant ĩ ſuas terrorem perſępe uerteruut: ut Antiocho maxime contigit: Nam eumenes ubi eas uidit haud ignarus pugnę: & q̃ anceps eſſet auxilii genus ſiquis pauorem magis iniiceret q̃ Iuxta adoriretur pugna: ſagittarios: funditoresq; & iaculatores equitum non conferętoſ: Sed q̃ maxime poſſ & diſperſos excurrere iubet. ex omnibuſ ſimul partibus tela ingerere: Hęc uelut procella partim clamoribus diſſonis: ita conſternauit equos ut repente uelut effrenati paſſim incerto curſu uagarent̃: Romani murices ferreoſ ĩterrã fũdebãt: Qua hoſtes emiſſuros q̃drigaſ arbitrabãt̃: ĩ quos cũ ĩcidiſſet paulopoſt ſaucii. pigri ĩutilesq; reddebãt̃. ST & alia mirifica bellici currus nõ falcati: forma. flabellis uẽtoq; ĩ hũc modũ adacti.




uces hostium acies perturbatas
rsepe uerterunt: ut Antiochus maxim
eas uidit haud ignarus pugnæ
quis pauorem magis iniicere
s: funditoresq; & iaculatores equo
& dispersos excutere inter
rere: Hęc uelut procella pau
uit equos ut repente uelut
garent: Romani muricis ferrei
os q̄drigas arbitrabāt: quas cū
urilesq; reddebāt. ST & alia mon
na. flabellis utroq; hūc modū





ALLOS & ſudes idem eſſe conſtat: auctore Seruio :quamq̃ bis idem dictum ſit a uirg. ii. geor. his uerbis :quadrifidasq; ſudes & acuto robore uallos :ualli nanq; foſſarum fuſtes ſunt ;quibus uallũ prẽmunitur: Nam munitio ipſa proprie uallum dicitur n:utraliter licet Maſ. genere Albius tibullus poſuerit :Non arces non uallus erat ſomnũq; petebat ;ualli etiam denominatio teſte uarrone inde ẽ q̃ ea uaricare nemo poſſet uel q̃ ſingula ibi extrema bacilla furcilatam habent figuram litterę. v. Terra autem illa que uallo facto propius ponitur ;Agger proprie dicitur: Abuſiue tamẽ ; & muros & munimenta oĩa et omnem e terra lignisq; coaceruationẽ ad ſubruẽdas urbes q̃ agãtur et ducãt ageren dicimus. huiuſ li. iii. bello macedoni Thaumatos eo tẽpe ſumma ui expugnabat Aggeribus uineisq; & iã aries muris admotus erat :idem ĩ eodem: omnes inde ſpes pugnantibus In ui & armis & operibus erant undiq; aggeres haud facili aditu ad moenia admouebantur idem in eodẽ ;li. vi. hęc maior difficultas macedonibus erat q̃ romani aggere & uineis & omnibus ſupra terram operibus aut in prẽliis eſſent ſubter macedones cuniculis oppugnabant ;idẽ in eodẽ ;ſed armati frequentes quidam ignes etiam quos aggeribus iniicerent ;ferebãt idem ĩ eodem li. vii. utrĩq; uineas & aggerẽ muro iniunxit: & cũ teſtudinibus arietes admouit.





RATHERACTA phenestra: uel porta ferrea crati persimilis quę anulis & clauis ferreis a funibus pendet: ut si hostes intrauerint demissa eadem extinguant ĩclusi: Liuius. xxvii. Hannybal quarta uigilia ferme ad urbem accessit primi agminis erant perfuge romanorum & arma Romana habebant: hi ubi ad portam est uẽtũ latine omnes loquentes excitant uigiles apeririq; portam iubent: Consulem adesse uigiles uelut ad uocem eorum excitari tumultuari trepidatione moliri: porta cratheracta clausa erat eam partim uectibus leuant: partim funibus subducunt in tantum altitudinis ut subire recti possent: uix dum satis patebat iter cum perfuge certatĩ ruũt per portam: & quom quingenti ferme intrassent, demisso fune quę suspensa erat cratheracta magno sonitu cecidit.














HALAE turres ſunt ligneę: quę apud ueteres propter ſpectatores e lignis errigebãtur q̃ ſi ex materie larigna fiant: atq; uerſiles tutiſſimę ſunt: flammã enim miſſilem & ictus qualitate materie ac uertigine ſua non admittunt. Turres aũt a tornis dictę: teſte uarrone: uelut alii q̃ terretes ſint: & recte: he enĩ tam & ſi quãdoq; quadrate ſint procul tamẽ uidentibus rotunde exiſtimãt̃ ideo quia oĩs cuiusq; anguli ſimulachrum per longũ aeris ſpacium euaneſcit atq; conſumitur & rotũdum uidetur: Rotundę itaq; aut poligonę ſũt faciendę quadratas enim machinę celerius diſſipant: in rotunditatibusq; ad centrum adigendo ledere non poſſunt.














168



















LVTEI crates e uimine ſunt :quę ſolebant opponi militibus opus facientibus ;& appellabantur militares ;nūc & tabulę quibus quid pręſepiť eodem nomine ſequuntur .hi e uimine ſunt :& cilicijs uel coriis crudis proteguntur Trinisq; rotulis conſiſtunt quarum una in medio duę in capitibus apponuntur ;ut inquacūq; uis parte admoueri more carpēti poſſint :hos pluteos obſidētes muris applicant eorum munitione protecti ſagittis ſiue fundis uel miſſilibus defenſi reſ omnes de pugnaculis ciuitatis exturbant .ut ſcalis aſcēdendi facilior detur occaſio;






ELONEM dicunt a longitudine :quotiens una trabs in terram prealtera defigitur :quom in ſummo uertice alia tranſuerſa trabs longior dimerſa medietate connectitur eo libramento :ut ſi unum caput dimerſerit :aliud errigatur : In uno ergo capite cratibus ſiue tabulatis contexitur machina inqua pauci collocantur armati :tunc per funes attracto depreſſoq; alio capite eleuati ĩponũtur ĩ murũ : ubi tuto ſtantes & hoſtibus nocere & proſpicere poſſint : & renuntiare quas res aduerſarii conentur efficere Telonis aũt forma hęc ẽ






AMBVCA dicitur ad ſimilitudinem cythare uel organi machina: qua urbs oppugnatur: nam quẽadmodum in cythara uel organo cordę ſunt: ita in trabe Quę iuxta trabem ponitur funes ſunt interdũq; qui de ſuperiori partę turriculę pontem laxant trocleis: ut deſcendant ad murum ſtatiq; de turri exeũt bellatores: & per eam tranſeuntes moenia urbis inuadunt.





similitudinem cythare uel organi
r: nam q̃ admodum in cythara uel
e Que iuxta trabem ponitur furcis
parte turricule pontem laxant rode
tiq̃ de turri exeũt bellatores & per
uadunt.


XOSTRA pons dicitur: qui de turri lignea in murum ꝛepente producitur factus e duabus trabibus: septusq; uimine: quem subito prolatũ Inter turrem: murũq; cõstituũt: et per eam egredientes machinam bellatores In ciuitatem transeũt: et muros occupant:

















VSCVLVS cuniculo fit ſimilis quo muruſ p̄foditur exquo et appellatur qĩ muruſculus: uel muſculi: ut inquit uegetiuſ renatus a maiꝰis belluis nomen Sibi uendicāt :Nam quēadmodū illi quū minores ſint :tamē balenīſ auxiliū admiculūq; iugiter exhibent :ita iſti quū ſint machinę breuiores uel deputatę turribus magnis aduentu illarum parant uiam: itineraq; p̄munIunt:Muſculus autē appellauit Antiquitas Machinas minores. qbus protecti bellatores ſudibus p̄munitaſ oppidorū foſſas demolirentur:Quibus turris ambulatoria ſine impedimento iungeretur ad murum.




CALA Licet a qbuſdã ſingulariter uſurpetur :et ſacris ĩ litteris In libro. Gen. uidit Iacob ſcalam :ſcriptũ ſit :ſcalę tamẽ ſecũdũ uarronẽ. Quĩtilianũ et focam dicũt proprie :aut latine magis :ſiue unę ſint ſiue plures :quia numeri tantum pluralis eſt nomen :ut litterae quom epiſtolam ſignificant: Saluſtius in iugurthino: deinde ubi unę atq; alterę ſcalę communitæ ſint qui ſuperſteterant :afflicti ſũt: non dixit una atq; altera :haŗ autem formam uariam licet :ac multiformem facile quiſq; intelliget. Siquę ſunt infra picturę lineamẽtis oculis ſubiecta proſpiciet.





dā ſingulariter uſurpet ur: et ſacrū; litter
b ſcalam: ſcriptū ſit: ſcalę tamē ſecūdū ur
n dicūt proprie: aut latine magis: ſine ua
meri tantum pluralis eſt nomen: ut liuia
ant: Saluſtius in iugurthino: deinde ubi
unitæ ſint qui ſuperſteterant: affligūt
haq; autem formam uariam licet: ac mul
lliget. Siquę ſunt infra pędum lineamen








177





































OMBARDA ut uulgo dicitur metalica machina eſt quę ignis incendio et ſulphureo puluere immo tartareo magis glādes ęneas flā measq; pilas et globoſa grauioraq; ſaxa cōuoluēs horiſono fragore ac tonitru lōge lateq; iactat: muros urbiū quatiēs et obſtātia quęq; demoliens: Archimedis ut putatur inuentum eo tempore quo Marcellus ſyracuſas obſidebat: ut ſuorum ciuium libertatem tueretur: Patrięq; excidium uel auerteret: uel differret: & quo noſtri temporis duces ac īperatores: ut liberos popoulos uel iugo: uel excidio prę-māt utuntur: hoc autem nomen bombarda apud idoneos latinę linguę ſcriptores nuſq; inuenio: quanq; huiuſmodi nominis impoſitio a ſonitu tracta mihi nequaq; uideatur abſurda. Quid enim aliud eſt bombarda q̄ bombus ſiue bombizatio quędam ardens ſed nolī eius dem dictionis originem aliquam ab aliis doctiſſimis Intractam ſcriptoribus pertinaci nimis ſēſu atq; iudicio aſſerere necui forte uidear argutior: id autem audacter dixerim: Baliſtę uel tormenti uel machinę appellatione contineri: baliſta enim a gręco uerbo deducit: quod latine dicit iacio: Quicquid igitur ſiue ſaxa iacit: ſiue ſagittas recte baliſta poteſt appellari: Nonius marcellus: baliſtę ſunt maiora ſaxa & grauiora quibus iaciunt: uictruuius li. x. Arch. Sed tamē nulla baliſta perficitur niſi ad prępoſitam magnitudinem ponderis ſaxa. quod id organum mittere debet: Oroſius li iii. hiſtoriarum: Regulus bellum carthaginēſe ſortitus iter cū exercitu faciens haud procul a flumine bragada caſtra conſtituit: ubi quum plurimos milites aquādi neceſſitate ad flumē deſcendentes ſerpens mire magnitudinis deuoraret. Regulus ad expugnādā beſtiam cum exercitu p fectus eſt ſed nihil in tergo eius proficiētibus iaculis atq; omni telorum ictu irrito: Quę per horrēdā ſquāmarum ętatē quaſi per obliquam ſcutorum teſtudinem labebantur: mirumq; īmodum ne corpus lederent ipſo corpore pellebantur: Quom inſuper magnam multitudinē morſu cōminui: impetu proteri: Alitu etiam peſtifero exanimari uideret: baliſtas deferri imperauit: per quas murale ſaxū ſpinę eius incuſſum: compagē totius corporis ſoluit Valerius maximus de eodem ſerpente li. i. quom telorum iactu perforari nequiret ad ultimum baliſtarum tormentis undiq; petitam ſilicum crebris & ponderoſis uerberibus procubuiſſe. Ouidius de triſtibus li. i. Nec leuius tabulę laterum feruntur ab undis: Quam graue baliſtę moenia pulſat onus: idem in ix. Meth. Nec leuius pulſata ſonat quam


ferreus olī Quū laceras aries baliſtaq; concutit arces. Seneca queſt. na. li. ii. Nam baliſtę quoq; & ſcorpiones tela cum ſono expellunt; ſicq; non īmitabile fulmen ut Maro inquit: humana rabies: quodā magno auctore teſte imitata eſt: q; autem ſagittas iaciat baliſta auctor eſt Amianus Marcellinus Rerum geſtarum xxiiii. aſſiſtit inquit artifex contemplabilis et ſubtiliter apponit in temones cauamine ſagittam ligneam ſpiculo maiore conglutinatam; & cum ad extremitatē neruorum Acumē uenerit ſūmum percita interno pulſu a baliſta ex oculis aduolat: interdū nimio ardore ſintillans; & euenit ſępius ut anteq̄ telum cernatur: dolor letale uulnus agnoſcat. Idem xxv. Tum aptate ligneis ſagittis baliſtę flexu ſtridore torquebantur creberrima ſpicula funditantes. hieronymus li. i. contra Iouinianum: Baliſta quanto plus retrahitur tanto fortius emittitur: Lucanus in ii. Tortaq; per tenebras ualidis baliſta lacertis Multifidas iaculata faces: hanc & greci R. in fine addentes baliſtrā dicūt: quam & ſirophenicas īueniſſe: vi na. hiſt. Plinius auctor eſt: Ancō autem Antiquiſſimus hiſtoriarū auctor ſcribit pulſum a Ioue ſaturnum fugiſſe in greciam ubi monſtruoſorum hominū exercitū congregauit: contra quem iupiter alpeſtrē partem occupās baliſtarum uſū docuit: Proinde victoria potitus fingitur a poetis iouem de cęlo pepuliſſe: & cretę regno priuaſſe.








ORMENTA instrumenta bellica ad dirruenda oppida euertendasq; urbes sic dicta q; tela torqueant: hoc est giro celeri saxa rotent iaciant: & mittant: Liuius xxiiii. ab urb.con. Aduersus hunc naualem aparatū Archimedes uarie magnitudinis tormenta ī muris disposuit in eas quę proculerant naues saxa ingenti pondere emittebant Iosophus bel.iudaici.li vi.habebant etiam balista ccc. & L.tormenta saxorum:quibus difficiliorem Aggerum extructionem Romanis efficiebāt: Cicero Antonianarum vii. Quid ille faceret inducias ante consules oculosq; legatorum:Tormentis mutinam uerberauit Virg.in xi.Continuo aduersis tyrenus & Acer Aconteus connixi incurrunt hastis:primiq; ruinam dant sonitu ingenti perfractaq; quadrupedantum Pectora pectoribus rūpūt: percussus aconteus: Fulminis ī morem;aut tormento ponderis acti precipitat longe & uitā dispergit in auras:Idem in.xii.Murali concita nunq; tormenta sic saxa fremunt: Nec fulmine tanti desultant crepitus: Seneca quest.na.li.ii.Nubium intra se compręssarum angustię medium spiritum emittunt: & hoc ipso inflāmant:Ac tormenti modo eiciunt: Tormenta etiam missilium instrumenta sunt a torquendo dicta:uir.ii.georgi. Ictireos taxi torquentur in arcus:Firmianus li. ii. contra gentes:urbe a gallis occupata obsessi in capitolio romani: cum ex mulierum capillis tormenta fecissent:ędem ueneri caluę cōsacrarunt:seneca de ira.li.i.Quotiens opus est concitatur remittiq; non aliter q; quę tormentis exprimuntur tela ī potestate mittentis sunt quantum torqueant.





ACHINA tormentum murale urbes labefaciens: & oppidum moenia: Tragicus ī thieſte: ad motis nihil eſt opus urbes externere machinis longe ſaxa rotātibus: Valerius max. libro quinto. Q. uero metellus celtibericum in hiſpania gerens bellum quum urbem centobricam obſideret: & iam admota machina partem muri quę ſola conuelli poterat diſiecturus uideretur: humanitatem propinquę uictorię prętulit. Nam quum rectogenis filios qui ad eum tranſierat: Centobricenſes machinę ictibus obieciſſent: ne pueri in conſpectu patris crudeli genere mortis conſumerentur: q̄q̄ ipſe rectogenes negabat eſſe impedimento: Quominus etiā per exitum ſanguinis ſui expugnationem perageret per obſidionem diſceſſit: quo quidem tā clęmenti facto: & ſi non unius ciuitatis moenia: omniū tamen celtiberarū urbiū animos coepit: effecitq; ut ad redigendas eas in deditionem populi ro. non multis ſibi obſidionibus opus eſſet: Senecaepi. li. xvii. Multi inueniuntur qui ignem inferant urbi: Qui inexpugnabilia ſęculis: & per aliquot ętates tuta proſternant: Qui equum arcibus aggerem attollant: & muros in miram multitudinem ad ductis arietibus Ac machinis quaſſēt: Idem. xiiii. Philoſophia circundanda eſt inexpugnabili muro quem fortuna multis machinis laceſſitum non tranſit. Plutarcus ī uita marcelli ut uero Machinas inſtruxit Archimedes uaria miſſiliū genera: & īmenſe magnitudinis ſaxa incredibili fargore: & celeritate iaculata aduerſū terreſtres emittebat copias: Ioſaphus li. iii. belli iudaici miſſaq; machinis ſaxa & murorum minas auferebant: & frangebant Angulos turrium. Virorum autē nulli tam fortiter conſtipati erant: ut non uſq; ad extremā aciem ſaxi magnitudine & uiolentia ſternerentur ſciet autē aliquis huius machine uis quantū ualet ex his quę illa nocte cōtigere in muro cuidam ex circunſtantibus ioſippo caput auulſum eſt eiusq; ad tertium ſtadium: ueluti funda excuſſa caluaria: Interdiu quoq; pregnātis foeminę icto utero ad dimidium ſtadium īfans abactus eſt: tanta tormento uis fuit: Ergo machinis terribilior erat impetus & miſſilium ſtrepitus: Idem in eodem li vi. Omnibusq; agminibus contra excurſus erant machine cōparate mirabiles precipue uero legioni decime: baliſte uero uehementiores & tormenta ſaxorum: quibus non ſolum irruentes ſed etiam ſuper murum ſtātes euertebantur: Nam & ſingula ſaxa talenti pondus ęquabant: &


ultra modū ſtadii torquebāt: ictus aūt nō ſolū primis quos offē diſ-
ſēt: ſed aliquādo poſterioribus quoq; itollerabilis erat. Iudęi primo
cauebāt a lapidibꝰ qꝫ erant candidi. nec tātū ſono & fremitu no ce
bāt: ſed claritudine proſpiciebātur: deniq; ſpeculatores ī turribus
preſidentes predicebāt quādo īpelleret machina ſaxūq; ferret. pa-
tria lingua clamantes: filius uenit: itaq; prędicebant in quosueni-
ret: atq; ita uitabant: & hinc eueniebat: ut illis declinātibus lapis ir-
ritus intercideret. Proinde contra Romani excogitabant attramē-
to decolorare lapides: tunc enim miſſi nō ſimiliter īcertos ictus ha-
bebant: multosq; ſimul unius impetu corrumpebant: Idem in eodē
Ad Antonianam uero ab ipſis ſociis cum multitudine zelotarum:
nō ſolum qꝫ de loco ſuperiore pugnabant: uerum etiam qꝫ machi-
nis uti didicerant: Paulatī enī uſus aluit peritiam: Ariſtoteles li.
vii. politi: preſertim hoc tempore in quo tormenta & machine ad
obſidiones urbium cum omni ſubtilitate ſunt adinuenta: Laertius
diogenes libro de uita philoſophorū: De metalicis inquit machinis
ſcripſit ſtrato philoſophus: Claudianus libro ii. Hęc ſi nota forent
frueremur ſimplice cultu: claſſica nō fremerēt: nō ſtridula fraxinus
iret: Nō uētus quateret puppes nō machina muros: Vtq; ī his belli-
cis īſtrumētis tua tibi ſigiſmūde pādulfe quādoq; memorē iuēta:
mmeorē & cęteris quibus illa uſui fore non ambigo: Ponitur ante
oculos machina prius inuiſa: a ſeculisq; inaudita quippe: quę ſecū-
do ſine ſubſellio aliarum pręter omniū morem dictu mirabile libra-
ta innixaq; ſolo ac grauitate poſt ſua pręſſa perſiſtit: Egregiū ſane
inuentum auctore te, preclarisq; ducibus prelentibns ac poſteris
quam maxime dignum.





INVENTVM est quoq; alterum Machinæ huiusce tuum sigis-
monde pandulfe: Qua pilæ æneæ tormentarii pulueris plenę cum
fungi aridi fomte urientis emittuntur.
















































INEA machina ex lignis leuioribus colligatur latitudine pedū octo: Altitudine ſeptem. longitudine uero. xvi. cuius tectum munitione duplici tabulatis cratibuſque contexitur: latera uero uimine ſepiuntur: unde nomen ortum putāt: ne ſaxorum telorumq; impetu penetrentur: Extrinſecus autem ne īmiſſo concremetur incendio: crudis: uel recētibus coriis: uel cētonibus operiť. Quo mq; plures facte fuerīt iunguntur in ordine: ac rotis ducunť: hiſ deniq; tuti obſidentes ad ſubruenda murorū penetrant fundamēta: Lucanus ī. iii Tunc adoperta leui procedit uinea terra: ſub cuius pluteis: & tecta fronde latentes: Moliri nunc ima parāt: & uertere ferro. Moenia nūc aries ſuſpenſa fortiter ictu: Incuſſus denſi compagem ſoluere muri: Tēptat & īpoſitis unum ſubducere ſaxis: Liuius ab urb. con. xxi. ad uerſus eum uineas agere cōſtituit per quas aries moenibus admoueri poſſ & idem in eodem itaq; acrius de integro ortum eſt bellum pluribusq; partibus uix accipientibus quibusdam opera locis uinee cepte agi: admoueriq; Aries. eſtudo eſt ſcut orū connexio īmodum teſtudinis: namq; in armorum generibus ſummunt milites ab animalibus nomina: ut aries: Teſtudo: hec ex materia & tabulatis etiam contexitur: que ne exuratur incēdio coriis uel ciliciis: uel cētonibus ueſtitur & ad ſimilitudinē uere teſtudinis uocabulū ſūpſit Nam ſicut illam ubi collecta in ſuum tegmen eſt: tutam ad oēs ictus uidemus eſſe: ubi uero caput nudat: & modo reducit modo pfert ictibus patere: Ita machinamenti hoc genere inclusi tuti ſunt interdum dum reducunt trabem: Interdumq; eſerunt ut fortius cedant: detecti perſepe ceduntur Teſtudo etiam qua acceſſus ad murum poteſt haberi: ſic erit facienda: Baſis compaginatur quadrilatera cui in quibus uerſantur ſupponuntur rotarum axes laminis ferreis concluſi: ita ut habeāt cardines: & foramina quo uectes traiecti uerſationes earum expediant: uti ante & poſt: ad dextrum leuumq; latus: Siue oblique ad angulos opus fuerit ad id uerſatis pgredi poſſit Poſſunt autem ſi opus fuerit hi maxime ex octo rotis eſſe: quibus agatur uerum ſecundum loci naturam opus erit tēperare, tegatur aūt teſtudo hec ex omni materia que maxime uim habere poſſit reſiſtendoq; robur: preter pinū uel alnum: uel aliud id genus. Hec enim fragilia ſunt: & ignem facile admittentia: ueluti ignis omnino non poſſit huic machine obeſſe: argilla inſuper cum capillo ſubacto: ad eam quam decet craſſitudinem inducatur circa


tabulata collocentur crates ex tenuibus uirgis creberrime texta: Maximeq; recentibus: percrudis coriisq; duplicibus consutis fultis alga: aut paleis in aceto maceratis circumcirca tegatur machina tota: ut a plagarum ictibus: & incendiorum impetu tuta sit.




ON mihi etiam uidetur alienum de testudine: quam hector byzantius fecit: quibus rationibus sit facta exponere: Frons eius erat quemadmodum anguli trigoniorum uti a muro tela cum in eos mittantur non planis frontibus excipiant plagas: ut hic.




ST aliud quoq; genus Artificio non minori; & terrificum quidē in hunc modum compaginatum.



RIES machinationis genus est; cuius forma hęc erat: ualidę enī. & nodosæ arboris caput ferro uestitur; eaq; suspensa multoq; manu ad murum impellitur. deinde retrorsum ducta: Maiori impetu destinatur; sicq; crebris ictibus concussum muri latus cedit: Victurinus. Archi: li. x. Ariet sic memoratur esse carthaginenses ad gadis pugnā- da castra posuere; Quorum autem castellum ante coepissent id demoliri sunt conati; posteaq; non habuerunt ad demolitionem ferramenta: sumpserunt tignum: id que manibus substinentes capiteq; eius summum murum continenter pulsantes summos lapidum ordines deiciebāt; & ita gradatim ex ordine totā cōmunionē dissipauerunt




OSTEA quidam faber tyrius nomine phefarſemenos hac ratione:& inuentione inductus malo ſtatuto ex eo alterum tranſuerſũ uti trutinam ſuſpendit:et in reducendo & implendo uenientibus plagis deiecit Gaditanorum murum.



ETRAS autem calce
ratis fecit:ſupraq; comp
tabulis texit .ut tutiores
dum murum eſſent collo
dnem arietariam appe
tis adid genus machin

faber tyrius nomine phetaſcentacostro
uctus malo ſtatuto ex eo alterum trá
tret in reducendo & implendo ueter
norum murum.


ETRAS autem calcedonius de materia primum baſim ſubiectis rotis fecit: ſupraq; compegit: & in his ſuſpendit arietem: coriisq; bubuliſ texit ut tutiores eſſent. Qui in ea machinatione ad pulſandum murum eſſent collocati: id autem quod corios habuerat teſtudinem arietariam appellare coepit: his tunc primiſ gradibus poſitis ad id genus machinationis.



ST arieſ quoꝙ belli iud.li. iii. Auctore ioſapho immenſa materia malo nauiſ aſſimilis cuiuſ ſummum graui ferro ſolidatum eſt in arietiſ effigiem fabricati unde etiam nomen accepit; dependet autem funibus mediuſ ex trabe alia uelut ex trutina palis utrinꝙ fultiſ bene fundatis; retrorſum aũt magna uirorum multitudine repulſus hiſdemꝙ ſimul rurſus impellentibus miſſus in fronte prominente ferro moenia percutit: Nec eſt ulla tam ualida turris: Aut murorum ambitus adeo latus. ut & ſi priores ictus fortiter ſubſtinuerit Aſſiduos uincat: Cęſar ſiue alius pro eo cõmentariorũ ſuoꝝ xiii litteras in ſiciliã nuntiosꝙ mittere; ut ſibi crates: materiesꝙ cõgeri poſſet ad arietes: cuius inopiam affricaeſſet: Amianus Marcellinus rerũ geſtarũ quarto: Ad arietem veniemus; eligitur abies: uel ornus excelſa. cuius ſummitas duro ferro concluditur: & prolixo arietis efficiens pronam illam ſpeciem: quę forma huic machinamento uocabulum indidit: & ſi ſuſpenſa utrinꝙ trãſuerſis aſſeribus & ferratis; quaſi ex lance uinculis trabis alterius continet; eaꝙ quantũ menſurę ratio patiẽ; altitudo retropellens rurſus ad robora queꝙ rumpenda protendit ictibus ualidiſſimis inſtar aſſurgentis uel cadentis Armati Qua crebritate ueluti reciproci fulminis impetu edificiis ſciſſis in ruinas concidunt: ſtructurę laxatę murorum Huiuſce autem arietarię trabis formam romę in. L. ſeptimii triumphali arcu Marmoreo lapide celatam inuenies: Alii quoꝙ arietẽ nõ muros demoliri: ſed ſaxa rotare perhibent: Claudianus; tũ tua muralibus machinis nominari: equo uero uehi gradiente: Qui & ipſe militare inſtrumentum eſt: Bellorophontem tradunt equorum frenos & ſtrata: equosꝙ inſternere: pelletronium pugnare: deniꝙ ex equo theſſalos: ad huiuſmodi autem crebros equorum: uel arietum impulſus Quominus murus percuſſione lederetur: Maiores nostri demittebant laqueum; & eo conſtricto circum agentes ſuſpenſo capite eius declinabant: ictus murũꝙ nec patiebantur infringi: ſimili modo ſaccos paleis aceto maceratis refertos Qua ſęper arietis impetum ferire uiderent: demitti iubebant ex muro: ut eo modo ſecũdi ictus errarent: aut exceptas plagis laxitas fruſtraret. ELEPOLIM muralẽ machinã ad expugnandaſ urbes dicimus Amianus.

Marcellinus rerũ geſtarũ xxiiii. pro his arietũ meditamẽtis iam crebritate deſpectis condit machina ſcriptoribus hiſtoricis nota: quã helepolim greci cognominamus; cuius opera diutina demetrius antigoni regis filius rhodo: aliisq; urbibus oppugnatis poliocretes eſt appellatus: Hedificatur autem hoc modo: Teſtudo compaginatur in magnis aſteribus roborata longioribus: ferreisq; clauis aptata & contegitur coriis bubulis uirgarũq; recenti textura: atq; limo aſperguntur eius ſuprema: ut flammeos detractet & miſſiles caſus: conſeruntur autem eius frontalibus triſulce cuſpidis preacute põderibus ferreis trabes: Qualia nobis oſtẽ dũt pictores fulmina: ut quicquid preterierit aculeis exertis abrumpat. hanc ita ualidam molem rotis & funibus regens numeroſus intrinſecus miles languidiori muroq; parti uiribus admouet concitis: & niſi deſuper prepugnantium ualuerint ures colliſis muris aditus patefacit ingentes: Ad hec repugnantium licet ures plurimum poſſint eorum non minus ualẽt ingenia quod rhodiẽſibus memorat uſui euenisſe: Diogenes enĩ fu erat rhodius: & ei de publico quot annis certa merces pro arte tribuebatur ad honorem: ea tempeſtate quidam preſtãti ingenio nomine Callias rhodiũ quum uenisſet exempla protulit muri: ſuper eo machinam in charcheſio uerſatili conſtituit: que helepolim ad moenia accedentẽ corripuit & trãſtulit intra murũ Hoc rhodii quũ uidiſſent admirati ademerunt diogeni quod fuerat quotannis ei cõſtitutum: eũq; honorem ad calliam tranſtulerunt: Interea rex demetrius contra rhodium bellũ comparãdo epimacũ atheniensẽ talium inſtrumentorũ ſũmũ Artificẽ ſecum adduxit: iſ autem cõparauit helepolim ſũptibus maximis induſtria laboreq; ſũmo: cuius altitudo fuerat pedum centumuigintiquinq; latitudo ſexaginta ciliciis & coriis ita confirmatam ut pati poſſet quoſlibet ictus a baliſta miſſos: Quum autem callias rogaretur a Rhodiis ut contra eam helepoliã Machinã parare & ut illam uti pollicitus erat tranſueheret intra murum negauit: poſſe: Non nulla enim ſunt que in exemplaribus paruis uidentur ueriſimilia quum autem creſcere coeperũt dilabuntur & quod pollicẽtur deſinũt ut etiã poſſumus hic aĩaduertere terrebratur Terebra foramen ſemidigitale uel digitale ſi eodẽ modo eademq; ratione uoluerimus palmare facere nõ habet explicationem eodem modo eademq; ratione rhodii decepti iniuriam cũ cõtumelia diogeni ita fecerũt. itaq; poſtq; uiderũt hoſtẽ ꝑtinaciter


infeſtum periculum ſeruitutis machinationem ad urbem capiendā comparatā uaſtitatē ciuitatis expectandā procubuerunt diogeni: Rogantes ut auxiliaretur patriæ primo quia laceſſitus iniuria negauit ſe facturum: poſteaq; ingenuę uirgines & ephoebi omnes cū ſacerdotibus uenerunt ad deprę candum: tunc eſt pollicitus uerū his legibus: ut ſi eam machinam coepiſſet: ſua eſſet: omnibus uno ore annuentibus ita uelle qua parte machina inceſſura erat: ea murum perculit & iuſſit omneſ publice et priuatim q; quiſq; habuiſſet aquę ſtercoriſ & luti per eam phenestram: per canaleſ pgrediētes effundere ante murum Quom ibi magna uiſ aque: luti ſtercoris nocte profuſa fuiſſet: Poſtridie helepolis accedenſ anteq; appinquaret ad murum in humido uoragine facta conſedit: nec progredi nec egredi poſtea potuit: Itaq; demetrius quom uidiſſet ſapientia dogenes ſe deceptum deluſum atq; fruſtratū eſſe: Cum claſſe ſua diſceſſit: tunc Rhodii diogeni ſolertia liberati bello publice gratias egerunt: honoribusq; omnibus & ornamentis exornauerunt: Diogenes autem helepolim reduxit in urbem et in publico collocauit & iſcripſit: diogenes e manubiis id populo dedit munus ita ī repugnatoriis rebus nō tantū machine ſed etiā conſilia maxime ſunt cōprobāda.






VNT præter hęc quę caſtris uſui eſſe perhibent alia inumerabilia & pene infinita inſtrumentorum & machinationũ genera ſtructuris & demolitionibus q̃ maxime neceſſaria: & ne ſingula enumerando ſim longior uniuerſa quę iquacũq; urbe opportuna eſſe creduntur duci præſto eſſe debet ut i quouis loco caſtrametabitur munitã omnium rerum ciuitatem poſſit effingere. E repugnatoriis autem non eſt litteris explicandum: non enim ad ſcripta noſtra hoſtes cõparant res oppugnatorias: ſed machinationes eorum ex tempore attrito pugnãdi uſu: & experientia rerum magiſtra: ac ſolerti conſiliorum celeritate ſine machinis ſæpius euertuntur.


AEC inſtrumentorum genera uarię etiam ſignorum ſpecies conſequuntur ſigna autẽ ſunt que comitantes milites recognoſcant in pręliis & ad quę a conflictu ſe ſæpe recipiunt uexillo e ſublimi Romanorũ more q̃ mars gaudet ſãguine cocco uelitãte: colores in his & figurę pro uoluntate ducũ caſu aliquo uel rerũ occurẽtiũ auſpicio fuere: A primordio nãq; orbis cõueniẽtes ſimul hoĩes ex ſylueſtri uita primũ carnibus humaĩs ueſcebantur: Bellabanturq; inuicem eo cui plus uirium inerat ſuperante cum iniuriis potentiorum imbecilles urgente neceſſitate edocti acie facta ſignũ animalis ſibi ex his quę poſtea cõſecrata fuerit præpoſuere aliquod poſtmodũ congregrati infirmiores aduerſus aliorũ iniurias ſe tuebantur: Quo factum eſt ut animali quod ſalutis cauſa fuerat honores tribuerentur: ſic ęgyptios ueteres: apud quos nulla militaris erat diſciplina: Quum a uicinis ſæpius bello uexarentur: excogitaſſe ferũt aliquod inſigne: quod milites ſequerent figuras igitur aĩaliũ qnę nũc colũt tabulis fictas duces eorũ i bello tuliſſe: eaq; ex re cogaito ſeruatoq; ſub quo quisq; militaret ordine uictoriã conſequuturos: cęſar i arato quoq; refert Aglaoſthẽ dicere Iouẽ quũ ex inſula naxo aduerſus Titanas pficiſceretur & ſacrificiũ faceret in littore: Aquilã ei i auſpiciũ aduolaſſe: quã uictor bono omne acceptã tutele ſubiugauerit: ſacra uero hiſtoria antea etiam conſediſſe illi aquilã i capite: atq; ei regnũ portẽ diſſe teſtatur Aquilã auctore diodoro: thebei etiã honorãt: tum quia regia uidet auis: tum Ioue digna: Alii inter quos eſt Ioſephus ob hanc cauſam apud romanos agminibus p̃eſſe aiunt: quod & uniuerſa auiũ regnũ habeat & ſit ualidiſſima itaq; illam & principatus inſigne putant: omẽq; uictorię quodcunq; bello petierint.



RACO etiam aliquando ſignum fuit; ex quo phitonem ſerpẽtem appollo ſagittis interemit; Apollinem enim quanq̃ diuinatorẽ & medicum maiores noſtri nellent ipſum tamen etiam ſolem dixerunt: & ipſum titanem; quaſi unum ex titanis qui contra Iouẽ bella geſſere phitium quoq; apollinem uocarı aiunt a phitone ĩmenſæ magnitudinis ſerpente; cuius non magis uenena q̃ magnitudo terrebat: hunc apollo ſagittarum ictibus ſternens; nominis quoq; ſpolia reportauit; ut phithius uocaretur; unde ab inſigne uictoriæ coronam lauream ut pyndarus atq; callimachus memorant apollo induit ac phithia ſacra celebranda conſtituit: Alii non a phitonis morte uerum ab hercule uel auentino eius ac rheę nato hoc inſigne coepiſſe ferunt: nam quum horrenda perſępe monſtra hercules ipe domuiſſet: & uictor ac ouans ſtratarum ſpoliis ferarũ clipeis affixis ſe ſe populis oſtentaret; inter cętera q̃ monſtra hydram ſuoꝝ capitũ excreſcentem cæde proſternẽs clariſſimis tropheis eius adieciſſet; Poſtea ſatus eo auentinus turni caſtra aduerſus æneam ſecutus ac pedes ipſe aciem agens; centumq; tulit ſerpentibus hydram hęc de ſerpentis nece ab apolline interempti: de ſagittis phitiiq; cognomine; ac hercule cõmunis habet aſſertio: eſto alia atq; alia & naturalis qdẽ ratio; ut ſcribit antipater ſtoicus; & cornificius in ethymis; & plato & euſebius in temporibus haberi poſſit.




ORRO ſub Romulo pauper adhuc Romanus exercitus: hoſtis foeni manipulos illigabat: & hos pro ſignis gerebat: Quid in faſtis illa quidem foeno federat Reuerentia foeno: Quantam nunc aquilas cernis habere tuas Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos; unde maniplaris nomina miles habet.




E hinc quattuor principalia ſigna in caſtris haberi cœpere: lupi: Minotauri equi & apri: uerum duo tantum quorum apertam equidē rationem ĩuenerimus: Apri ſcilicet & minotauri Apri nāq; q confecto bello inter quos pax fieret: cæſa porca foedus ſolerent firmare: a quo qui reſiliret; non aliter ac porca lapidibus crudeliter obruta necaretur.



INOTAVRI natura duplici; ut qui usq; ad humeros taurus
Cetera homo sit: proinde q; non minus uaria & occulta esse debent:
consilia ducum; q̃ fuit domicilium quondam eius laborinthus



VPI autem effigiem inter signa militaria extitisse: proinde q; eiusmodi animalis lacte martii pueri nutriti sunt; uel q; in tutella martis id animal fuisset eiq; dedicatum manifestis creditur argumentis: Et enim lupus rapax animal uorax: & suapta natura ablata cõsumẽs maximeq; id tempus aptum rapiendo pecori: quod milites in diripiendis urbibus solent: obseruans quod est ante lucanum post nocturnum: Reddunt & aliam causam animalis huius ægyptii fabulosiorem tamen: Nam quum isis una cũ filio oro cũ tiphone eẽt bello dimicatura: ferunt Osiridem lupi forma ab iferis auxilio & uxori & filio uenisse: uictores itaq; tiphone interfecto honorem ei Animanti impendisse: cuius iteruẽtu subsidi q; uictoria parta eẽt Tradunt non nulli agtos ægyptiorum incursantes ethiopes a lupis facta acie: usq; ad ciuitatem elephantinam repulsos: Qua ex re sit & locus ille dictus lichopolis & eis belluis honos a posteris habitus.



E equorum quoq; ſigno nihil preclarum nihil exploratum ſatis habeo: niſi q; per eiuſce Animantis fortaſſe ſpeciem cum bellis iter-ſit: plurimumq; ualeat martis cõmoditatẽ deſſignare uoluerint: tum quia preſagit hoc animal pugnam & glorię: & uictorie cupidum ẽ: tum quia armatos uehit: tum quia ſit uelox: non nunq; ut martem decet: & impetu ac furore maximo plenum.

Eniqꝫ Aquila paucis annis ante marium ſola in acie portari cępta erat :reliqua quę & ſingulos ordines anteibant in caſtris relinquębantur abdicauitqꝫ ea in totum marius ſecundo conſulatu ſuo & romanis legionibus prope aquilam dicauit. RADIENDI deīde ſiſtēdiqꝫ ordīatio diſpoſitio:& totius exercitus moderatio ſignorꝫ cātibus gubernatur: quū ad bellū progreſſioni:& itē receptui cātet:cātu & excitāte & rurſus militū anīos ſedāte:hęc anīorꝫ excitatio ſedatioqꝫ aliquibus ex tubis ē.Philippus & maiores ſui quū tolli iuberent ſigna eas in uſu habuerint licet; nutauerunt tamen ꝙ ſonus impediretur tumultu & armorum ſonitu :quominus ad omnes pertingeret: Quumqꝫ caſtra ſibi mouenda forent cautum fuit :ut ꝓtica eſſet inſignum noctibus igne uel fumo ſignificationē dare ſoliti :Parthi cymbalis ſigna dabāt:ī pręliis: inter amazonas ſiſtro ad bellū foemīarꝫ uocabat ſiſtebatqꝫ exercitus: & .n. ſiſtrꝫ tubę genus quo iſis deſcribitur & ī ſacrificiis eius utebātur ægyptii a ſiſtendo ſiue abinuentrice:ſiue a patria mauis lingua denominationem aſſumens: Iuuenalis:iſis & irato feriat mea limina ſiſtro:Virg.Regina in mediis patrio uocat agmina ſiſtro:Lucanus in viii.Non in templa tuā romana recepimus iſim:Semideosqꝫ canes: & ſiſtra iubētia luctum: Itidem elegiarum ſcriptor propertius:Scilicet īceſti meretrix regina canopi Vna phillippeo ſāguine aduſta nota:Auſa ioui noſtro latrantē apponere anubim Et tiberim nili cogere ferre minas:Romanāqꝫ tubam crepitanti pellere ſiſtro: Ituus genus bucinę īcuruę:ſic dictę a ſonitu ut ille homeri uerſus docet ideſt inſonuit neruus:ennius ībello lituus ſonitus effundit acutos:Sed quoniā facta litui mētio eſt: ꝑtermittendum non eſt quod poſſet queri:Animaduertimus utrū a tuba lituus auguralis appelletur an tuba a lituo augurum lituus dicatur utrumꝫ enim pariter in forma & pariter in capite incuruum ſed ſi ut quidam putant tuba a ſonitu lituus appelletur ex illo homeri uerſu.G.neceſſe eſt:ut uirga auguralis a tubę ſimilitudine lituus uocetur utitur autem uoc.iſto uirg. pro tuba in vi.ubi ait:& lituo pugnas ī ſignis obibat .& haſta tāq̄ lituus nomen ſibi uendicet ꝙ litis ſit teſtis. LASSICA flexibiles ſecundum ſeruium tubę uel cornua ſunt reliquis minora conuocandi cauſa facta:& a calando:auctore petronio: ideſt uocando dicta. VBA ænea eſt:& hac thyrrhenos prius fuiſſe uſos tradūt & apudeos piſeum primū atqꝫ ab illis ꝓpterea thyrrhenā appellatā

Quom.n. circa maritimas oras tyrrheni prędones & pedestres dispersi:non facile adquamꝫ prędę occasionem uoce aut bucina conuocarentur; uento plerunꝫ prępediente tubam inuenere:ut puta quę bucina capatior est &. hinc postea bellicis certaminibus adhibita ad denuntiãda bella ut ubi exaudiri pręco per tumultum non poterat;sonitus tubę obstrepentis attingeret;inter tubam autem & bucinam ueteres decernebant :nam quanq̃ bucina tubę similis sit uerum longior:& ad bella solicitudinem denuntians :propertius : Bucina cogebat priscos ad bella quirites:& Maro:Qua bucina signum dira dedit:tuba autem bellum indicabat:ut idem Ennium puto sequutus: At tuba terribilem sonitum procul aere canoro Increpuit:sequitur clamor:cęlumꝫ remugit: At hic quidem clamor uarius est. Nam interdum tuba canitur;ut bella gerãtur:ĩterdum ad eos qui fugiunt insequendum non nunq̃ receptui:Nam receptus is dicitur quo se exercitus recipit:unde & signa receptui canere dicũt: Cymbalorum autem tinnitus:& tympanorũ pulsatio ex cretici iouis sacris:& eo matris eius misterio;quod Ouidius exposuit in fastis contineri creditum est :quum ait: Ardua iam dudum resonat tinnitibus ide:Tutus ut ĩfanti uagiat ore puer :Pars clypeis sudibus galeas pars tundit ianes:Hoc curetes habent: hoc corybantes opus Res latuit prisciꝫ manẽt imitamina facti: Aere deę comites raucaꝫ terga mouent: Cymbala pro galeis: pro scutis tympana pulsant: Tibia dat phrigios ut dedit ante modos: Tam etsi a poetis fictam eam opinionem Quidem respuant eamꝫ uelint ingeniose ĩterpetrari:Verum hęc quum apud uarios uaria sortiãtur officia in pfectorum consultationibus terra ac mari opportunis determinanda erunt: Quot uero in legione sint:uel esse debeãt quando :qualiter pro loco munus et officium suum exercere debeant prępecti subiectis deferrent;ut rerum significationibus datis pareant audientes.

Mplitudo nobiliſſima rei militaris romani ĩperii ſigiſmunde pandulfe non ſolum terreſtribus: uerũ etiam maritimis triũphis aucta eſt: Regni coronę imperio maris adiecto eiusq; gloriam maiores noſtri teſtati ſunt: uincentiũ merita ſingulari fauore proſequendo: Extat nãq; memoria circa parta de ancio ſpolia: Anno ur. cccc. xvi. quę C. Meuius q priſcos deuicerat latinos Anciatibus uictis in ſugeſtu fori capta hoſtium claſſe ſuffixit: ſi tamen illa claſſis: Nam ſex fuerant roſtratę naues: Appellanda: uerum hic numerus illis initiis ingentis glorię fuit meritum: ut tribunali foro prefixa roſtra: ceu populo corona impoſita uideretur: unde & pro roſtris locus nomen accepit: Quumq; poſt mirificis rerum geſtarum titulis iam clarum nomen urbis ee coepiſſet: & arma tũ extra italiã motanõ fuiſſẽt P. R. quãq; ad torquendum rhemos: nauticeq; artis omnis ignarus: nihil tamen intereſſe uirtutis oſtendit: equis ne an nauibus: terra: an mari dimicandum eſſet: Appioq; claudio conſule Anno urb. cond. cccc. ſeptuageſimooctauo primum carthaginenſibus bellum intulit: mirumq; dictu claſſe ab arbore exciſa ſexageſimo die nauigauit. Cõtra uero hyeronẽ ſyracuſanũ Ducentas uiginti naues effecit diebus quatragintaquinq; ut tradit. L. piſo. quibus fretum ingreſſus ẽ: Fabuloſis infame monſtris eſtuq; uiolentum: nec eſt exterritus: quĩ illam ipſam mentis ſue uiolentiã eſtus pro munere amplecteretur: ſtatimq; ac ſine mora hyeronem regem tanta celeritate uicit: ut ille ipſe ſepius uictum ſe: q̃ hoſtẽ uideret fateretur. GN. autem Duello &. GN. Cornelio aſina coss. Quum hannibal ſenior ſiue himilco poenorum dux oram italię maritimam inſtructa ſeptuaginta nauiũ claſſe uastaret: etiam mari aduerſus eum congredi auſus eſt: Cui ẽt ipſa uelocitas claſſis comparate uictorię auſpicium fuit: intra enĩ ſexageſimam diem: qua ceſa ſylua fuerat Centum ſexaginta: uel ut alii Centum triginta nauium claſſis in anchoris ſtetit: Quum enim uideret Duellus eos multum poſſe mari: claſſem magis ualidã q̃ decoram fabrefecit: & manus ferreas cum irriſione hoſtium primus inſtituit: Quibus interpugnandum hoſtium naues appẽhenderet Vt autem audiuit Duellus Cornelium aſinam cos. alterum ſexdecim cũ nauibus lypparam pugnaſſe: tanq; ab hoſtium duce ad pacis colloquium euocatum punicaq; fraude: ac aſtu captum: at q̃ in uinculis

necatum:cum triginta extemplo nauibus aduerſus eum profectus ẽ cõmiſſoq; nauali prelio ſucceſſit:Vna enim Et trigĩta naues punice captę: ſuppreſſę treſdecim triamilium hominum ceſa:ſeptem milia capta reſeruntur:ipſe deniq; hãn bal:ſue himilco:ut diximus:punice claſſis dux: Amiſſa naui:qua uehebatur:ſcafa ſubductus:carthaginem fugit:& a ſenatu uafer plurimum cum eſſet Quia apud eos dux re malegeſta puniretur.Queſiuit quid faciendum iuberent omnibus ut pugnarent referentibus:Feci inquit & uictus ſum:ſic poenam crucis effugit:GN.autem Duellus quem contrahendi nominis gratia bellum nominarunt: quum ſuperiores eius appellati eſſent ſempèr duelli Quia primum illud maritimum triumphum ex poenis ſolus inuexerat:non contentus unius diei triũpho per oẽm uitã:ubi a coena rediret crebra ſibi perlucere funalia precinere ſibi tibias:quaſi pretanta huius uictoria quottidie triumpharet iuſſit, quod quanq; ultra urbis morem priuataq; maiorum eſſet exempla: Romani tamẽ equo anĩo tulere:nulla enĩ uictoria illis gratior fuit unq; q; iuicti terra pariter & mari plurimũ poſſent:Et quia blandiſſima rerum omniũ eſt gloria:que nec leuibus ſtimulis inſita egregios uirorum animos agit & uerſat effectateq; iam glorię nomen nobiliſſimi ciues adepti magno ſtudio fabricandis nauibus incubuere.

Auibus autem fabricandis animum applicantibus:prima in deligenda materie conſyderatio eſt debibenda: Nos igitur in qua materie fuerit prudentiũ cõſenſus adhinc ſternendi tẽpus abſoluemus:Robori ſpiſſa firmitas eſt:tantaq; duricia;ut terebrari apte niſi madefactum non queat:& ne ſic quidem auelli clauus adactus:non nulli ex noſtris in robore conſenſerunt:in eodem ſenſu & galli cõueniunt:durat hoc defoſſũ & in aquis.Marina tamẽ aqua corrumpitur:Cædri oleo peruncta materies:nec tineam:nec cariem ſentit:Iunipero non abſimilis huic uirtus:Que in hiſpania uaſta eſt:& fabricis aptiſſima:non improbatur fagus in aqua nec alnus in paluſtribus ęterna enĩ eſt & oneris quãtum libet patiens: Larix propter pondus ab aqua non bene ſuſtinetur:propter alia ꝓpua eſt in humore:nec flãmam ex igne recipit;nec ab carie aut.

tinea propter ſuccum uehementi amaritate leditur: Verum in maritimis nauibus obnoxiam Taredini tradunt: & omnia prę terolea ſtrū & oleam: quędam enim in terra: & quędam in mari uitiis opportuna ſunt infeſtantibus tradunt abietem circa germinationes ea qua dicemus luna decorticatā non corrumpi aquis: Rurſus in ipſis arboribus hoc etiā ſatis notum eſſe debet Limites regionesq; cęli ſpectādas eſſe: Robuſtiores enim aquilonię partes; & in totum deteriores Ex humidis opacisq; ſpiſſiores: ex apricis ac diuturnę: Eſt & gentium in his quoq; differētia: Alpibus a pennino Laudatiſſimę abietes. In gallia in corſica: Bithinia: ponto: Macedonia deteriores: Parnaſicę peſſi nę: quoniam Ramoſę: contortę: putreſcētesq; facile Alexandri magni comites prodiderunt in tile rubri maris inſula arbores eſſe: ex quibus naues fierent: quaſi ducentis annis durantes inuentas: & ſi mergerentur in corruptas: Abies ſotiabilis glutino eadem nauium malis antennisq; propter lęuitatem prę fertur: tum q̄ omnium arborum altiſſima; & rectiſſima eſt: Huius inopia ī egypto ac ſyria reges cedris uſi ferunt ad claſſes; Seſoosis ęgypti rex nauē ex cedro fecit ducentorum octuaginta cubitorum longitudine: deauratam exterius: intus uero deargentatam: quam dono obtulit deo: qui maxime thebis colitur Celebratur quoq; ī egypto ac ſyria ſpina duntaxat nigra: Quoniam in corrupta etiam in aquis durat: ob id utiliſſima nauium coſtis e theda pix naualibus muniēdis utilis.

Aeſionis quoq; tempus ī perſeuerante materie q̄ maxime refert uulgo ſatis putant obſeruare: ne dedolanda ſternantur ante ędítos ſuos fructus; Robur uere cęſum terredinem sentit: Bruina neq; iaciatur: neq; pandatur: alias obnoxium erit: ut torqueat ſeſe: findatq; : quod in ſubere tempeſtiue quoq; cęſo euenit: ī infinitum refert; & lunaris ratio. ſyderumq; ſunt qui omnia quę cędūtur: carpuntur. tunduntur; Innocentius decreſcente luna q̄ creſcēte: ſunt qui & quinta & decima luna ad uigeſimam uſq; ſecundam arbores prę ſertim concidi debere exiſtiment: ut īmunis ſeruet a carie; & ęterna materies reddatur; idq; religionis argumento q̄ ęternitatem his tantum diebus placuit celebrari: ſunt qui non niſi

a uigesima ad trigesimam cędi uelint ligna enĩ quę luna uel adhuc
crescente deiecta sunt: quasi emolita per humoris cõceptionem Fa-
bricis quibusq; inepta esse dicunt: Proinde circuncisas quoq; ad
medullam aliqui non inutile relinquunt ut omnis humor stantibus
defluat: inter omnes uero architectos conuenit arbores utilissime
sterni ĩ coitu lunę: quem diem alii interlunium alii silentis lunę ap-
pellant: sic certe Tyberius cęsar quum cremato ponte naumachi-
ario larices ad restituendum cędi prędiuit: Cato hominum sũmus
in omni usu de materiis hoc addidit: Materiem omnem non effodies
luna decrescente: eximito post meridiẽ sine uẽto austro: Tunc erit
tempestiua: quum semen suum maturum erit: Caueto ne per Rorẽ
Doles: idq; mox nisi in trimestri: lunaq; dimidiata: nec tangas mate-
riẽ tum ne effodias: aut precidas ab terra diebus quattuor proximis
quibus luna plena fuerit: optime eximitur omnino Caueto nigram
integramq; materiem ne doles neue cędas: neue tangas nisi siccam
neue gelidam neue rorulẽtam Hęc catonis prędecepta & si ab his du-
cibus Quos pauloante diximus minus obseruata uideantur nimirũ
necessario uel tempestiuo cęsionis tempore conciderunt.

Lurimum deinde id etiam Refert Fertei ne an ærei: more ma-
iorũ quibus iũgenda materies in unum est claui esse debeãt
ac de acutis æneis ni falor cõiectura mea a ueritate haud qua-
q̃ aliena est. Est enim ære uis acrior: quam medici stiticam uocant:
unde squãma eius adiiciunt Remediis: quę cõtra pernicie putredi-
nis aduocãtur: Aura etiã quę ex ære procedit haurit: & exsiccat:
quod male influit: uis prędterea quędã Remediabilis & siccifica æri
inest quam dimittit in uulnere. Proinde auctore Aristotele uulnera
quę ærea cuspide fiũt: nocumẽti minus afferre q̃ ex ferro: faciliusq;
curari: Pari ergo ratione infixum ligno propriam seruat substantiã:
& lunari & aqueo repugnat humori: quum ferrum huic cędat: &
tempori euestigio rubigine exesum atq; consumptum.

Aue primus in greciam ex egypto danaus aduenit: Antea ratibus nauigabatur iuentis in mari Rubro inter insulas a Rege eritra: Tũc enim nondum ceruleas pinus contemperat undas: Effusũ uẽtis prębueratq; sinũ: Nec uagus ignotis Repetẽs compẽdia terris: Prefferat externa nauita marce Ratem: sint licet q missios & troianos priores Rates excogitasse in hellesponto putẽt cum transirent aduersus trhacas: Rates enim tigna uocant colligata quę per aquam aguntur: Quo uocabulo interdum etiam naues lõgas teste Varrone significari nõ dubium est. ONDICARIAS autem naues dicimus q ab antiquis plurių tabularum cõtextus codex appellabat: qq; q primus Romanis persuaserat nauem cõscẽdere: claudius codex is fuit aquo nomẽ deductum: sicq; cõsuetudo poena tenuit eo q in flumĩbus usui plurimum esset. CHEDIA genus etiam nauigii iconditum est trabibus tantũ itra se nexis factum unde & mala poemata schedia appellantur. RABICA nauis dicta: q sit trabibus cõfixa: Sumia nauigii genus: auctore cecilio. CLATA genus nauigii latum: magisq; altum: sic appellatum ea consuetudine qua sclocum per locum: & stlitem per litem dicebant: Musculus cutuum nauigii genus: ac breue: CAPHE: affricano teste: nauiculę sunt paruę: quę maiores naues cõsequunt: Cic. li. i. ad heren. Magnitudine tempestatis omnes perterriti nauĩ reliquerunt: in scapham conscenderunt CTVARIAE nauiculæ celeres: que Remis & uelis aguntur: sic dicte q cito agi possint:

ELOX nauigium breue a celeritudine dictum: & a Rhodiis iuẽtum: Liuius punici belli secundi li. i. Naues ducentasuigintiquinq; Remes: celoces uigiti deducit. IOPARO pyratarũ nauicula ex corio & uiminibus contexta: quasi minimus paro. M. Tul. nam cum quererẽt ex eo quo scelere impulsus mare haberet infestũ uno mioparone eodem inquit: quo tu orbem terre. ASELLVS nauigium campanum: Salustius: & forte in nauigando cohors una grãdi fasello uecta a ceteris deerrauit: mariq; placido duobus prędonũ mioparonibus circũuẽta. ERCIRVS nauis maxima ẽ: & asiana: & quã cyprii inuenisse feruntur. RIERES quas dromones greci dicunt: maiores naues sunt: & longe ysaie xxxiii. neq; trieris magna transgredietur eum: Daniel. xi. Et uenient super eum Trieres: Et Romani numeri uingintiquattuor uenient in trieribus de italia

ONGA naue iasonem primũ nauigasse: Philostephanus auctor

est:Eo namq; colchos petituro ab argo fabricata est:& argos ab eo auctore in sinu pegaseo denominata:unde Lucanus:Prima fretum scindens pegaseo littore pinus Terrenum ignotas hominem piecit in undas:sunt qui longa naue usum fuisse ferant primum sesostim egypti regem:teste Diodoro:Dictaq; ut diximus:& quidã scriptores asserunt ab argo eius architecto:qui etiam internauigãdũ eius resarciendę curam coeperat:ut alii ab eius uelocitate:quam antiqui Argon Appellabãt: ISTVS nauigii genus:a forma pistrium marinarum:quę longi corporis sunt sed angusti:a spina enĩ putrefacti piscis in littore adconstruendas longas naues per imitationem doctrina sumpta est:& eiuscemodi nauis fabrefacta a piscibus etiam sunt:qui sumptum uelint:quo ordine in pugnam acies deducendę sint:ab eisdẽ quoq; quo pacto homines:equiq; ferro muniantur:teganturq; squãmis eorum inspectis: IBVRNAE quę & nostratę a liburnia parte dalmacię dicte:Augusto enim dimicãte cum liburnorum auxiliis succubuisset:Antonius tanti discrimĩe certaminis ac periculo q̃ liburnorum naues ceteris aptiores essent: earum similitudo & nomen a Romanis ducibus usurpate sunt:Horatius ĩ ippodo ibis:liburnis ĩter alta naui Amice propugnacula

EGIA nauis uelox:q̃ uehementi motu suo legat:& colligat aquas:ante se dicta. ORBITA nauigii genus tardũ & grande sic dictum q̃ malo in eius summo pro signo corbes solerent suspendi: nihilq; differt ab honeraria naui omnium tardissima:oneriq; deuehẽdo q̃ aptissima:& ab hyppotirio inuenta: RIA fabio placiade fulgentio teste nauicula admodum parua & piscatoꝝ usui q̃ apta

IMBA & scalmus phoenicum inuenta piscatorię etiã naues:Ciii.officiorum tum canius quęso inquit quid est o pithi tantũ ne hic piscium tantum ne cimbarum:inuitat canius postera die familiares suos uenit ipse matute scalmum nullũ uidet. INTRES siue monoxillos hoc est pau'o latiores scafulas nauiculas fluuiales cauatas ex arbore dicimus:Liuius secundi punici bel.li.i.ita ingens coacta uis nauium est lintruum que temere ad uenalem usum pyratarum nonaq; alias primum galli incohantes cauabant ex singulis arboribus Virgi.geor.cauat arbore lintres in his germanię prędones cauatis singulis arboribus nauigant:trigintaq; homines ferunt:nec id quidem incredibile:cum & grandiores mu'to nostris eorum sunt arbores:& apud indos arundines tãtę proceritatis sunt:ut singula


eorum internodia alueo nauigabili trinos interdum homines dene-
hant:quina cubita longitndine excedentes: EMBVS nauiculę
genus breuis & uelociſſimę quã cirenenſes feruntur ĩueniſſe:Virg.
i.geor. q̃ qui aduerſo uix flumine lembum.Liuius Bel. Macedo.li.
iiii.neue ipſe nauem ullam prẹter duos lembos:qui non plus q̃ ſex-
decim remis agerentur haberet: VCENTAVRVS nauigii ge-
nus ad magnos uiros deuehendos ac potẽtes fabricatum a magni-
tudine enim boũ qui i italia erãt conſuetudinẽ factũ fuiſſe:in li-
bris de re ruſtica.inquit Varro:ut prẹpoſita hac uoce bu magnũ
quippiam ſemper nuntiaretur:inde dici bulimia ideſt magnã pha-
mam: & bupedas:grandes puèros.Et uuam bumaniam: & alia his
ſimilia ad magnitudinis rationẽ pertinẽtia:quod & nunc obſernãt
foeminę in tranſpadana regione:quę ad ſignificãdum ingens & ad
miratione dignum aliquid prolatione eius uocis utuntur.Bucẽtau-
rus ergo quia principes & magni uiri ea uehi ſolent:quaſi magna
centaurus:priſcę illius uocis ſignificatione appellata eſt: EN-
TAVRVS nanq; nauis ſiue ſignum erat quod naui imponebatur:
expreſſum autem hoc eſt a Virgilio elegantiſſime illo uerſu:centauro
inuehitur magna: Qui humiliorem illam uocem in ſublimi opere aſ-
pernatus digniore uerbo ac carminis maieſtati conuenientiore uti
prudentius uoluit:Qui enim bucẽtorium & nõ bucentuar ũ a bucis
centum dici putant:oporteret corruptis detractisq; pauculum lit-
teris propter longum famulatum:Qui ad ſeruitia prẹſtanda potẽ-
tioribus ſemper neceſſarius eſt:uana & ĩepta nominis interpetra-
tione faluntur. RIREMIS nauis:quẹtris remorum ordines ha-
bet:Horatius ĩ epi.nauſeat ut locuplex quẽ ducit prima triremis:
has primum inſtituiſſe legimus argonautas q; etiam armatis aptę &
congruę probẽtur eſſe cõmerciis:ut qui peregrinas optabamus aſ-
picere:nũc mittamus aliis prouĩtiis terrorẽ pariter & decorẽ:Qua-
driremes quoq; abordine remorum dictę qui numerus magnificẽtia
utẽtium perſæpe auctus inuenitur:Quinqueremẽ inſtituiſſe fertur
neſicon Salaminus ſexordinum: zenazetas Syracuſanus ab ea ad
decemremem neſigotõ: Alexãder porro maguus ad duodecim ordi-
nes.Ptholomeus ſother ad xv.ad xvi.Perſeus:&.P.ęmilius demetri-
us antigoni ad triginta:Ptholomeus philadelphus ad quadraginta:
Ptholomeus philopater qui triphon cognomĩatus eſt ad.L.Hęra-
raclius nauibus caſtellatis affrica ueniẽs uſus perhibetur:prẹcipue

admirationis quoq; nauis quę ex ęgypto caii principis iussu obeliscum in uaticano circo statutum: quattuorq; truncos lapidis eiusdē ad substinendum eum adduxit: Qua naue nihil admirabilius uisum in mari certum est: triginta enim & centum modii lētis pro saburna ei fuere longitudo spacium obtinuit ex parte hostiensis portus latere leuo Ibi nauq; demersa est: Claudio principe cum tribus po. Ro. molibus turrium altitudine in ea exedificatis obiter puteolano puluere aduectis arboribus eius crassitudo quattuor hominum ulnas complectentium implebat: C. etiam Cęsar gallica expeditione legatis suis aliam formam prębuit & ad celeritatem onerandi subductiorē pauloq; humiliorem q̄ alio mari consueuerit: ideo q̄ propter crebras ęsturum cōmutationes minus magnos ibi fluctus fieri cognouerat ad onera multitudinemq; iumentoꝝ transuehendam: Gallorum insuper naues ad hunc modum factę Armateq; erant: Carinę planę quo facilius uada ad decessum excipere possent prorę atq; puppes erectę ad magnitudinem fluctuū tempestatumq;: Naues & ipsę totę ex robore ad omnem uim & contumeliam perferendā Anchorę cathenis ferreis reiunctę pelles pro uelis: Quibus & uim tēpestatum substinerent facilius & in uadi consisterent rutius: & ab ęstu relictę nil cautes & saxa timerēt. cōtra hasliburnicę pręstāt celeritate & pulsu remorum non tamen propter firmitudinem rostro nocere possunt neq; propter altitudinem telum ad eas adigi facile potest: Naues iunctę ac quinq; remes: demptis interioribus remis ut latus lateri applicetur cum quibus exteriore ordine remorū uelut naues aguntur Turres contabulate machinamentaq; alia quatiendis muris portantur classem in hunc modum efficiunt bellicam.

ST enim classis nauium multitudo qua tiphis princeps depugnauit: sint licet qui phoenices solers hominum genus & ad belli pa cisq; munia eximium maria nauibus adire classe confligere cõmentos putent: syderum obseruationem in nauigando phoenices iidem inuenere uẽtorum ratione Eolus helenis filius Remum cope latitudinem eius: Plateus uela: Icarus malum & Antennam: Dedalus Rostra: Piseus tyrrheni Anchoram: Eupalamius eandem bidentem: Anacharses asseres ferreo unco prefixos Quos arpagones uocant: Pericles athenienſis adminicula gubernandi a tergo que huc atq; illuc cursum nauigii torqueant atq; horũ si Anneo senecte credimus Exemplum a piscibus tractum est: qui cauda reguntur: & leui eorũ in utrunq; latus momento uelocitatem suam flectunt: si Plinio ab auibus miluoq; precipue qui hanc gurbernandi artem docuisse ac ostendisse uidetur caude flexibus in celo monstrãte natura. Quod opusesset in profundo.

Voniam milites militumq; prefectos etiam adiuturam cõstat noticiam nõ solum maris ac terre sed fluminũ quoq; que ignaros turbatura essent: quum absq; eorum cognitione ac peritia haud commode sit nauibus motus & cursus in mari: nunc pigeat licet scribere quippe ubi alibi plura alibi pauciora inueniam uariis ac diuersis nominibus ab excellentissimis rerum naturalium utriusq; lingue scriptoribus explicata: seorsum tamen prout facultas dabit in tanta doctorum hominum uarietate ac dissonantia ipsorum numerum nominaq; & loca naturas & effectus prosequar atq; complectar: Quidam igitur sapientum putantes uentum esse aerem motũ & fluentem Ventus enim fit Auctore lucretio ubi est agitãdo aer percitus unum & eundem aiunt uentum esse omnes uentos: nec differre propter loca undecũq; extiterit: simili modo semper fluens & quoniam ex omnibus quidem duo uelut a cardinibus perflant: septentrio uidelicet & auster: sunt qui duos tantum ventos annuãt aliũ quidem borealem: alium australem: ceteros autem horum esse excessus sed zephirum quidem borealem: Eurum uel australem: Eundem numerum Oribasius orientem propter & occidentem esse asserit: Quattuor alii uẽtos obseruauere per totidẽ mũdi partes. Nã Eurũ

siue apeliotem oriens boream septem stellarum regio:occidens zephirum:austrū medius dies mittit: nec homerus plures q̄ quattuor nominat:sed qui accuratius perquisiuerunt eos octo esse tradiderunt: Maxime quidem andronicus cirrestes:qui etiam extra collocauit athenis turrim e marmore octogonam et in singulis octogoni lateribus sigulorum uentorum imagines exculptas contra suos cuiusq; flatus designauit:supraq; eam turrim metam marmoream fecit & insuper tritonem aereum collocauit:dextra manu uirgam porrigentem:& ita est machinatus uti uento circumageretur: & semp contra flatum consisteret;supraq; imaginem flantis uenti indicem uirgam teneret:itaq; sunt collocati intra Solanum & austrum:ab oriente hyberno Eurus quē nostri uocauere uulturnū:& Liuius hoc illum nomine appellat in illa pugna Ro.parum prospera inqua hānibal & contra so'em orientem exercitū nostrū & contra uentū cōstituit:quū uenti adiutorio ac fulgoris perstrigentis oculos hostiū uicit; Varro quoq; hoc nomē usurpat inter austrū:& fauoniū:quem zephirus dicunt ab occidente hyberno: Affricus inter fauonium & septentriones Caurus;quem plures chorum uocant inter septentriones & solanū Aquilo uidetur hoc modo expressum uti capiat numerus et nomina et partes:unde flatus certi uentorum spirent:Oīa hęc ante oculos locare potest turris descriptio substituta cum tritone bucina perflante:Dicēte nasone;Poītoq; tricuspide telo:Mulcet aquas rector pelagi supraq; profundum:Extantem atq; humeros innato murice tectum; Ceruleum tritona uocat conchaq; sonanti Inspirare iubet fluctusq; et flumina signo Iā reuocare dato cauabucina summitur illi:Tortilis in latum que turbine crescit ab imo:bucina quę medio concepit aera ponto:littora uoce replet subutroq; iacentia phoebo.



ANC uero deſcriptionem tanꝫ ueram ceteris ꝙ pręcelentem Mediterranei maris nauitę omnes obſeruant: Genuenſes potiſſimū totidē adiicientes interponentes ꝙ: Applicantur prędictis octo primoribus: Alii quidem Secundum Ariſtotelem: & quattuor quidem etiam ſecundum Varronem: Duodecim ꝙ fiunt: Quattuor enī cęli partes ineternas diuidunt & ſingulis uentis binos ſuperaddunt: Ariſtoteles hac arte: & Varro uiri diligentes & omnium qui fuerīt ſcripſerint ꝙ in tru ctiſſimi illos ordināt: nec ſine cauſa nō enī eodē ſemper loco ſol oritur: aut occidit: ſed alius eſt ortus occaſus ꝙ equinoctialis his autem equinoctium eſt: alius ſolſticialis. Alius hybernalis ſic: Siue ſecūdū ꝙ duodecī aer diſcrimina ſuſcipit: ſiue iuxta duodecim in noſtra plaga habitationis note puncta unde originem trahunt: ſiue iuxta duodecim zodiaci ſigna totidem efficit uentos: Quos ſignorum etiam triplicatas concitat: Nam orientales ignea; Meridionales terrea: occidentales aerea: Aquea uero ſeptētrionales principales igitur uenti hi ſunt: & hoc diſtincti ordine; ut oſtendit utraq; ſubiecta perigraphię deſcriptio.



VNT etiam tranquillo approbante plura nomina flatusq; uẽtorum e locis quibuſdam aut ex conuallibus: aut fluminibus; aut montiũ procellis: aut aliquo ſinu tracta ex aliqua cã quę ad faciẽdum uocabulum acciderat: & quę non tranſmittuntur: ſed in proximum feruntur: Itaq; Virg. cleopatram e nauali prelio ęgyptum fugientem uento lapige ferri ait ex lapigie ſinu ideſt ex ipſo gargano veniente: equum quoq; apulum eodem quo uentum uocabulo lapigis appellauit: hunc caurum eſſe manifeſtum eſt: nam ex occiduo uenit: & Virg. eius ſic meminit: ſimili modo calabriam Iapix uexat; & apuliã infeſtat athabulus: Athenis chiron: Pamphiliam chagreis Galliam cirtius Q̃: in libro originũ Cato cetium nominat: cui hedificia quaſſanti tum incole gratias agunt: tanq; ſalubritate cęli ſui debeant ei: Diuus etiam Auguſtus templum illi quum ĩ gallia moraretur & uouit & fecit: Infinitum eſt ſi ſingulos uentorum flatus eorũq; nomina perſequi uelim: quum nulla propemodum regio ſit; que non peculiarem habeat aliquem flatum ex ſe naſcentem & circa ſe cadentem: Quumq; preterea ante Lucani flatus plures ſint nullusq; eorum ſit pertinax ſed cadat fortiore iã ſole nec feratur ultra certum tractum terrarumq; aſpectum: nec ſi uere experit eſtatẽ ultra perduret: Duo ſunt tamen extra hos ubiq; ſp̃us magisq̃ uenti aura: & altanus aura in terra: altanus in mari: ſed ut ad id de quo agitur proprius reuertar ſole uigeſimamquintam partem obtinente aquarii; uer aperit mare nauigantibus: cuius in principio fauonii genitales mũdi ſp̃us a foueẽdo dicti: hybernũ molliũt cælũ: Fauoniũ aũt qdã ad viii. Klãs Marcias celidonium uocãt ab hyrũdis uiſu: Non nulli uero orchiam uno & ſeptuageſimo die poſt Bruinam ab aduentu auium flante per dies octo: Fauonio contrarius eſt. Quem subsolanum dicunt Eſt autem exortus uirgiliarum in totidem partibus tauri sex diebus ante idus maias: quod tẽpus auſtrinũ ẽ: huic uento septentrione contrario ardentiſſimum æſtatis tp̃e exoritur canicule ſydus ſole primã partẽ leonis ingrediẽte: Qui dies xv. Klãs auguſtas eſt: cuius ortum diebus. viii. ferme aquilones antecedunt: poſt biduum autem hiſdem aquilonibus conſtantius perflant dies triginta: Quas etheſias uocant: Molireq; eos creditur ſolis uapor geminatus ardore ſyderis: Poſt eos ruſus auſtri crebri uſq; ad ſydus arcturi: quod ante equinoctium autũni undecim diebus exoritur: nec ſine ferme procelloſa grãdine mergit Cũ hoc chorus incipit; chorus

autũnat: huic contrarius uulturnus poſt id equinoctiũ diebus fere quattuor & quadraginta uirgiliarum occaſus hyemem inchoat: quod incidit tertio idus nouembris hoc eſt aquilonis hybernis multumq; eſtiuo illi diſſimilis: cuius ex aduerſo eſt affricus: ante bruinã autem diebus ſeptem; totidem poſtea ſternitur mare halcyonũ feturę: cuius dies nouere q maria nauigant: eas aues uidere rariſſimũ eſt: nec niſi uirgiliarũ occaſu foetificãt bruma: qui dies halcyonides uocantur: Placido mari per eos & nauigabili maxime ſiculo ut reliquis partibus eſt: quidem mitius pelagus ſiculum utrũq; tunc tractabile faciunt ſeptem diebus ante brumã nidos: & totidem ſequẽtibus pariunt: & his quidem diebus maris natura benigna: nautis tutiſſima nauigatio eſt: Reliquum uero tempus hyemat & quanq; pyratę primum mortis periculo & ĩ mortẽ ruere & hyberna expiri maria coepit: nunc itidem auari quidã & audaces faciant; hi tamẽ naturales pſtatuta tẽpora uẽtorum curſus porro naturales effectus uentorum hi ſunt: omnes enim uicibus ſuis ſpirant maiori ex parte ut contrarius in deſinenti incipiat ſurgatq; ex oppoſito cum proxime cadẽti: Ouidius uix nunc obſiſtitur illis: Quum ſua quiſq; regat diuerſo flamina tractu; Quin laniẽt mundũ tanta ẽ diſcordia fratrum: Eurus ad auroram nabatheaq; regna receſſit: Perſidaq; & radiis iuga ſubdita matutinis: Veſpere & occiduo quę littora ſole tepeſcunt: Proxima ſunt zephiro ſcythiam ſeptemq; triones: Horrifer inuaſit boreas contraria tellus. Nubibus aſſiduis pluuioq; madeſcit ab auſtro: Vel ſi breuius complecti maius in unam tẽpeſtatem quod fieri nullo modo poteſt congregẽtur una Eurusq; notusq; ruunt creberq; procellis Affricus: & qui locum in illa rixa non habuit aquilo: Ab ortu flantes calidiores diuturnioresq; ac tutiores ſunt ab occaſu flantibus: Ouidius in faſtis. Luce ſecutura tutos pete nauita portus: uẽtus ab occaſu grandine mixtus erit: Vulturnus ſi a ſerena cęli parte flare cęperit non durat in noctem; Quiſquis erit uentus ſi feruidus ſentietur pluribus diebus permanebit ſol; Auget flatus oriens: & cõprimit occidens: Medio autem diei ac noctis plerumq; ſopiuntur quia nimio frigore aut ęſtu ſoluuntur; ex imbribus boreas ſeu aquilo inter ſeptentriones reliquos compeſcit nubesq; abigit atq; diſcipat: Ouidius de eo: Apta mihi uis eſt quia triſtia nubila pello: Et freta concutio nodoſaq; robora uerto: Induroq; niues; & terras grandine pulſo; idem ego quum fratres cęlo ſum

nactus aperto: Nam mihi campus is est tanto molimine luctor ut medius nostris concursibus intonet æther: Exiliantq; cauis elisi nubibus ignem: Idem ego quũ subii cõuexa foramina terræ: supositq; ferox imis mea terga cauernis; Solicito manes totisq; tremoribus orbem: Austro maiores fluctus edunt q̃ aquilone: Quoniam hic sũmo maris: ille inferius eximo spirat: interdiu aquilo uehementior; noctu auster; qui a græco notus dicitur; quia nebulosus: atq; humectus Idem poeta. Madidis notus euolat alis: Terribilem picea tectus caligine uultum. Barba grauis nymbis canis fluit unda capillis: Fronte sedent nebulæ; rorant pennæq; sinusq;: Fiunt etiam subiti quidam flatus qui uarii multiformesq; sunt; uagi quippe atq; ruentes torrentum more tonitrua & fulgura edunt; quæ uocant hi quidem Vulcanum ridere: hi autem uestam; hi uero horum comminationem unde Pampinius fulguraq; attritis quotiens micuere procellis: sed fulgura & coruscationes prius cerni: q̃ tonitrua audiri; Quod coruscare prius cælum creditur & mox tonare siue quũ simul fiant: ut alii perhibent tunc ignes illi sui pernicitate dicto citius nostræ se uisioni ingerunt; Sonus non aliter ac icto & uerberato aere ad aures uenit: seriorecq; sensu concipitur: Herodotus existimat fulgurationem esse uelut apud nos incipientium ignium conatus & primam flammam & certam modo itereuntem modo insurgentem: hoc ãtiqui fulgetra dicebant tonitrua nos pluraliter dicimus: Antiqui autem tonitruũ aut tonum: Hoc a cecina facundo uiro dictũ inuenio: si habuisset ineloquentia nomen; & nisi illũ Ciceronis uerba pressissent: & num illo uerbo utebantur antiqui correpto: Quo nos producta una syllaba utimur: Dicimus enim ut splendere sic fulgere: at qui illis adsignificandã hãc subitam enubibus eruptionẽ lucis mos erat uti media syllaba correpta ut diceretur fulgere; Flamma uero illa: quam nubium afflictus excussit; si robustiore fuerit icẽdio impetu deuehitur ĩ terras; & fulminis habet nomẽ atq; formidinem ubicũq; aũt ceciderit sulphuris odorem emittit; ut inquit Virg. & late circum loca sulphure fumant; & Lucanus æthereoq; nocens fumauit sulphure ferrum: Quod si arctius rotatus effregerit impetus; ille sine igne hoc est sine fulmine et aliquo promontorio repercussus est: Aut locorũ coeuntium in canalem deuexum tenuumq; collectus sæpius in se uolutat; aquasq; quõ uoluit uerticem facit; qui tiphon uocatur idest uibratus Rapida enim uertigine contorquetur humus arida; et ab

infimo errigitur ad ſummum nec attenuas modo uerum ipſa nauigia contorta frangit tenui remedio aceti in aduenientem effuſi illiſo enĩ ipſo repercuſſus arrepta ſecum in cęlum refert ſorbetq; in excelſum: contra hunc inter ſalutaria quoq; coralli materiam eſſe dicunt Nam metrodorus gorgyam nominat idem q; reſiſtat Tiphonibus & fulmĩbus Quum autem circũactus & eundem ambiens locum repentinis flabris proſilit;& uniuerſa perturbat:atq; peruoluit;turbo dicitur: Lucretius:Verſabũdus enim turbo deſcendit & illam:Deuertit pariter lento cum corpore nubem:Quam ſimul ac grauidam detrudit ad æquora ponti: Ille in aquam ſubito totum ſe immittit & omne excitat ingenti ſonitu mare feruere cogens:Hic idem pugnatior ſi ẽ ac diutius uolutatus inflammatur efficit:quem pręſtera greci uocãt Qui & igneus turbo eſt: Anafiſemata greci uocant eos ſpiritus:q de fundo;uel hyatibus terrę exploſi; ad ſuperna meare ſolent: At proceloſus flatus cathegis dicitur;quem pręfactum poſſumus dicere;quod de ſuperiore cęli parte ſubmiſſus inferiora repentinis impulſibus quatiat;uocatur: & colũna cõſpiſatus humor rigensq; ipse ſe ſubſtinet ab eodem: & in longam ueluti fiſtulam nubes aquam trahit;nec minus ngula quę illi obiiciuntur;unde Lucretius:Nã fit ut interdum tantum demiſſa colũna in mare de cęlo deſcendat: quam freta circum: Feruescũt grauiter ſpirantibus lactica flabris: Et quęcũq; ineo quum sĩt deprẹhensa tumultu: Nauigia in summũ ueniunt uexata periclũ: Et hęc fere omnia pericula uenti Erupti de nubibus prodeunt Quibus Armamenta rapiũtur:& totę naues plerũq; in sublime tolluntur Et quanq̃ nihil moleſtius in mari uentis; turbinibusue: ac procellis huiusmodi sit;nec maiore hominum ĩgenio ulla sui parte nauigãtium adiuta q̃ remis uelisq;: Tamẽ hęc omĩa pariter eodem impellẽtia unus & paruulus admodum pisciculus aſſuetus petris Echinus appellatus ĩ ſe tenet solus elementorum atq; hominum uim retondens;nullo quidem actu ;nullo conamine:ſed natura ipſa: & ruant uenti;licet ſeuiant procellę: imperat tamen furori;tantasq; uires cõpeſcit;ut cogat ſtare nauigia: Quorum non uincula: non Anchore pondere irreuocabili iactę ĩfrenat impetus ac domat;nullo ſuo labore: non recurendo: aut alio modo q̃ carinis adhęrendo & utroq; ſe ſe latere colligẽte retinendo:Quod & ſi ſcriptis illuſtribus inſitum inuenio;tamen incredibilium uideri poſſet;ſi de occeano indico fortaſſis aut Scythico ſolum ſcriptũ

esset: & nō potius in nostro mari monstrum hoc romanis imperatoribus accidisset hoc enim inherente plenam uentis stetisse nauem portantem nuntios peliandro ut castrarentur nobiles pueri: hic tenuisse fertur Actiaco mari Prętoriam nauim Antonii properantis circuire: & exhortari suos: donec transiret in aliam Ideoq; cęsariana classis impetu maiore protinus uenit tenuit & Caii prīcipis abstura Antium renauigantes: sed & non longa fuit illius morę admiratio Animaduersa enim euestigio more causa q; tota classe prodeūte quiquetemis una ac sola non proficeret: immo uelut in anchoris staret neq; prorsus loco moueret e naui protinus exilientibus Qui id quererent circa nauim inuenere adherentem gubernaculo ostenderūtq; Caio indignanti mirantiq; hoc fuisse quod quadringentoq; remigū obsequium nauigio adhęrens contra se tenuisset in nauigiū receptū piscículum qui tunc posteaq̄ uidere eum limaci magnæ similem esse dixere indici maris conchę simili potentia labiis suis nauium dorsa fixerunt: Quarum quietus ac tenuis leuisq; tactus plus dicitur retinere q̄ exagitata possint elemēta complere: stat enim pigra ratis tumētibus alata uelis & cursū non habet cui uentus arridet: sine Anchoris figitur: sine rudentibus alligatur: & tā parua animalia plus resistunt q̄ tot auxilia prosperitatis īpellant: ita quū subiecta unda pręcipitet cursum supra maris tergum nauigium cogitur stare infixum miroq; modo natantia inconcusse tenentur: dum unda innumeris motibus rapiatur: sed ut dicamus aliam piscis naturam: forte nautę prædictarum nauium tactu torpedinis segnissime torpuerunt aqua tantum infigentium dextrę pergrauantur ut per hastam qua fuerit uulnerata ita manum percucientis inficiat: ut uiuę substantię pars sine sensu aliquo immobilis obstupescat: Tradunt alii quod incredibile uideri potest: tardius ire nauigia testudinis pedē dextrum uehentia: ferunt & alterum monstri genus haud minus incredibile esse circa idem mare īdicum Auem scilicet inaudita magitudine qnampiam nostri rocum uocant cuius pennę lōgitudine sūt passuū decem: neq; tantę magitudini uires deesse: Elephantum enī exuriens quum cęperit & aliq̄diu per aerem uolitādo tulerit: in terram iacit: Quo casu peremptum Depascitur nec elephantum solum sed tota insuper rostro pręhensa nauigia secum tollit in nubila: & pendentes per inane miseros nauigantes uolatu ipso terribili delet: ac morte consūmit.

Xacta uentorum ratione transire conuenit ad alia tempestatū pronostica & quoniam classem ipsam concuti proteriq; uentorum pręliis & nautarum imperitia sępenumero compertū est: in pręsentiarum opportuna tum belli tum nauigationis tempora describentes futuri motus uentorum: & imbrium tempestatumq; prędagia diligentissime perquisita trademus: Et primū a sole & luna cęterisq; syderibus: Hinc enim ut poeta inquit doctissimus: tempestates dubio prędiscere cęlo possumus. Et quando infidum remis impellere marmor Cōueniat: Quando armatas deducere classes Aut tempestiuam syluis euertere pinum: solitaq; quem iouis oculum appellauit antiquitas purus oriens & non feruens serenū diem nuntiat: idem quum ante eius exortum nubes pubescunt uentum q; si nigræ rubentibus interuenerint pluuias: si ante exortū nubes quoq; conglobabuntur: hyemē asperam denuntiabunt: si ab ortu repellētur & ad occasum abibūt serenitatem: si ante ortum radii se ostēdēt aquam & uētum prænūtiāt: si nubes solem circūduxerīt quā to minus luminis relīquūt tāto turbidior tempestas erit: sin exortu spargētur partim ad austrum partim ad aquilonem pura quāq; circa eum serenitas sit: pluuiam tamē uētosq; significabūt: cum oriēte radii non illustres immineb unt: quāuis circūdati nube nō sint pluuiam portendunt: si oriens cingetur orbe totusq; defluxerit ęqualiter serenitatem dabit si uero partim se aperit: ex qua parte is se aperit: expectetur uentus: si uero duplex orbis fuerit: atrox tempestas inuadet: Porro si circa occidentē rubescent nubes: serenitatem futuri diei spondent: si ceruleū uultum induent: pluuiam denuntiant: si igneum euros itidem: si maculę rutilo interuenerint: uenti nym biq; non deerunt: Item si circa eundem occidentem candidus circulus erit noctis leuem tempestatem: si nebula uehementiorem: si aūt circulus fuerit ex qua regione is erruperit uentū magnum: soli pxima sunt & lunæ prędagia: nam si splendens exorta puro nitore effulserit: serenitatem si rubicūda uentos: si nigra: pluuias: portendere creditur: si ante quartam non aparuerit fauonio flante: toto hyemale erit mense: si sextadecima uehementius flammea apparuerit asperas tēpestates prędagiet: si in ortu quarto quē ęgyptus & multi

maxime obſeruant; quod is certiſſimus auctor futuri temporis eſt Pura nec obtuſis per cęlũ cornibus ibit: Totus & ille dies & qui na ſcentur ab illo Exactum ad mẽſem pluuia uentisq; carebũt Votaq; ſeruati ſoluent in littore nautę: ut Maro inquit: ſi plenilunio per dimidium pura erit: dies ſerenos ſignificabit: ſi Rutila: uentos: nigreſcens imbres ſi caligo nubis orbem incluſerit: uentos qua ſe ruperit: ſi gemini orbes cinxerint: maiorem tempeſtatem & magis: ſi tres erunt nigri aut ĩterrupti aut diſtracti: ſi plena circa ſe habebit orbem ex qua parte is maxime ſplendebit: ex ea uentum oſtender: interlunii autem tempus diram nauigantibus peſtem non ſolum ratione: ſed uſu & experientia rerum magiſtra comprobat: Tertio loco ſtellarum obſeruationem eſſe opportet: He quum diſcurrere ĩterdum uidentur: uenti protinus ſequũtur: Quũ ſereno cęlo fulgent pluuiæ erunt atrociſſimę: quum repente ſyderum ſplendor hebetatur neq; nubilo: neq; caligine graues denuntiantur tempeſtates ſi uolitare plures ſtellę uidebuntur: Quo feruntur albeſcentes uentos ex his ptibus nuntiant: ſi in pluribus partibus fiet: ĩcõſtãtes uẽtos effũdẽt: sic reliquorum quoq; ſyderum propria eſt quibusq; uis: & ad suam cuiq; naturam fertilis: nec meantium modo: diſcurrentiũq;: sed multorum etiam adherentium cęlo quotiẽs errãtium acceſſu ĩpulsa: aut coniecta radiorum extimulata sũt: qualiter in suculis sentimus accidere Quas gręci ob id pluuio nomine appellant: E solis lunæq; ac syderum obseruatiõe diximus: Nũc de his quę ex paſſioĩbus elemẽtorum fiũt: aut ex ipsis originem ſummẽtibus proſequamur ĩ his enim nõ dubia futuri motus pręſagia ſũt quum ĩ ipſis initia iã cernãtur: a quibus cauſarum prĩcipia ſummũt: Nubes cum ĩ mõtium Cacuminibus conſident hyemabit: ſi cacumina pura fient diſſerenabit: Tonitrua ex his ut matutina uentum ſignificant: ſic imbrem meridiana: nebulę e montibus deſcendentes: aut cęlo cadentes: uel in uallibus ſedentes ſerenitatem promittunt: RCVS quum ſunt duplices Pluuiam denuntiant ſimplex uero arcus nõ eaſdem unde cũq; apparuerit minas affert: a meridie enim ortus magnam uim aquarum uehet: quę uĩci non poterunt uehemẽtiſſimo ſole tantum eſt illis uirium: ſi circa occaſum refulſerit tonabit & leuiter impluet: ſi ab ortu circaue ſurrexerit ſerena promittet: Quum æſtate uehementius tonuerit q̃ fulſerit uentos ex ea parte denuntiant; e contra ſi minus tonuerit imbrem; Quum ex omnibus quattuor cęli partibus

fulgurauerit uentum & imbrem ex his regionibus demonſtrabit: cum ab aquilõe tantum in poſterum diem aquam cum a ſeptentrione tantum eum uentum quum ab auſtro:choro:uel fauonio nocte ſerena fulgurauerit:uentũ imbremq; ex his regionibus fore indicãt: his terreni etiam ignes proximi ſignificant:Palidi nanq; murmurãtesq; tempeſtatum nuntii ſentiuntur & pluuiæ in lucernis fungi ſi flexuoſe uolitet flamma uentum quoq; deſſignant:uel quum cinis ĩ foco concreſcit: & quum carbo uehementer perlucet: Eſt ſua etiam aquarũ ſignificatio. Maris nanq; ipſius tranquillus ſonitus ſpumę ue diſperſæ:aut aquę bullantes plurium dierum hyemem portẽdũt: atq; etiam uentos pręmonſtrat ſępe futuros:inflatum mare quum ſubito poſitumq; tumeſcit ſaxaq; caua ſalis niueo ſpumata liquore: Triſtificas certãt neptuno reddere uoces: Ante denſus ſtridor cum celſo e uertice montis: Ortus adaugeſcit ſcopulorum ſępe receſſus

X Aĩalibus porro terreſtribus & marinis belluis diuerſisq; uolucribus reliqua plurima ſuperſunt pronoſtica tempeſtatumq; pręſagia quę apud tranquillũ Varronẽ:Nigidiũ:Aratũ lucanũ & uatẽ omnium clariſſimum maronem ĩ georg.qui ſcire uolet abſoluta diligenter inueniet.


Ddamus autem & remedia periculo affectis Mare motum olei aſperſione ſedatur:& obid nantes ore ſpargere: quoniã mitiget naturam eius aſperam tranquillumq; reddat:ſi longa ſit nauigatio abſinthium potum nauſeas arcet:Quia uero nauigantes dulcis aquę defectu ſępe laborant:Hęc quoq; ſubſidia demõſtrabimus: Expaſſa circa nauem uellera madeſcunt:Accepto maris halitu:quibus dulcis humor exprimitur: Item remiſſę reticulis concauæ cera pilę:uel uaſa inania obturata:dulcem intra ſe colligũt humorem:Aqua quoq; marina Argilla collata dulceſſit.

Bſolutis rebus nauigationi neceſſariis:Ex reliquo anteq̃ curſus in hoſtes dirrigantur:in portu exerceri conuenit nauali pręlio dimicaturos:& in trãquillo mari aſſueſcere:flectere gubernacula:Remos trahere:ferreas manus & uncos aſſeres:Bipennes:

falcesq; prẽacutas prẽpare: Diſpoſitosq; per tabulata milites pẽdẽte gradu: & labenti ueſtigio ſtare ut quod in ſimulata pugna didicerint in uero certamine haudquaq̃ perhorreſcãt: ipſius etiã certaminis ratio eſt: eminus conſtitutos appetere ſagittis: accedere auſos priusq̃ faciãt cogere pati: & cum ipſis nauigiis mergere: Deſiliendo item in naues gladiis interficere: Aut concurrentibus nauibus cum nauigiis capere: pugnatorum etiam numerus ſingulis nauibus imponendus pro copia nauiũ & militum exiſtimatione augeri & minui poteſt: Quum autem ignota regio plerumq; petenda ſit: non tamen in incertum uagari oportet: ſed locorum portuumq; opportunitatem exquirere: ut latentibus ſcopulis inuia q̃ẽq; ac ſicca uitent.

Vod ſi hoſtes claſſem tẽptẽt opponere ĩuenta calliditate gręcorum Nauium hoſtilium compendioſa expugnatio eſt ignẽ grecum appellant confectionem quandam bulitionemq; ſaligini carbonis: ſalis ardentis: aque uitis: ſulphuris: picis: thurisq; cũ mollis ethiopum lane fillo & cãfora: Que dictu mirabile ſola ardet in aqua materiem omnem adurẽtem: Callimacus architectus ab helepoli fugiẽs id Romanis docuit primum: & eo ſane imperatores multi poſtea in hoſtes uſi ſunt: Tempore enim Leonis imperatoris quum oriẽtales populi contra ciuitatẽ conſtantinopolim nauigaſſẽt in Dromonibus mileoctingẽtis imperator igniferis nauibus cõtra eos directis hoc ignis genere omẽs abſumpſit: Idẽ paulo poſt. cccc. hoſtium naues: itemq; .cccL. eodem igne cõfecit: ſunt qui alio igne & quidem miſſili huicq; q̃ſimili: ſed uehementius urẽte utãtur: his additis liquẽti uernice: ac libratio oleo petrolio: terebentina: Aceto q̃acri cõfectis: compreſſis: ad ſolemq; deſſicatis ac poſtea ſtuppa inuolutis cũ acutis ferreis eminẽtibus glomeris ĩſtar funiculo cõtexti quę omĩa deniq; ſit uno foramĩe prętermiſſo coloſonia & ſulphure ĩ hũc ĩfra modum oblita: Eiuſmodi etiã ignem: ſed thedis ĩherẽtem hoſtium claſſibus obiiciũt: Alii Lucanus. q̃ pelago diuerſa lues: nã pĩguibus ignis Affixus thedis: & tecto ſulphure uiuax: Spargitur: ac faciles prębẽt alimẽta carinę: Nũc pice: nũc liquida rapuere ĩcẽdia cera: Nec flãmas ſuperãt unde ſparſisq; per ęquor Iã ratibus fragmẽta ferus ſibi uẽdicat ignis: Idem de eodẽ alibi: per Cælarẽ:

piceo iubet unguine tinctas lampadas immitti iũctis in bella carinis Nec piger ignis erat per ſtupea uincula: perq; Manantes cæra tabulas & tẽpe eodem Tranſtraq; nautarum ſummi arſere cheruci: iam prope ſemiuſtę merguntur In æquore claſſes: Iamq; hoſtes & tela natãt: nec pupibus ignis ĩcubuit ſolis ſed quę uicina fuere: Tecta mari longis rapuere uaporibus ignem: uerũ ne ignis abeſſe poſſit lapide pirite excutiatur: Qui calibe aut aliquo lapide ictus ſintillam edet: quę excepta ſulphure: aut foliis: aut liteo pauliſper ambuſto: ſulphurea materia illico reddit flammam: ſunt aliis gentibus ſua circa hęc inuenta: Nam aliquando fiũt etiam igniaria ex ĩoro lauro: hędera: quę exploratorum uſus in caſtris paſtorumq; reperit: Et quoniam ad excutiendum ignem nõ ſemper lapidis ſilicis occaſio eſt: Territur ergo lignum ligno: ignemq; concipit: Attritu excipiente Materia arridi fomitis fungi ſed nihil hędera pręſtãtius quę territur lauro laurũq; terit ignem ſintillis excutiendo: ignem In annum quoq; aſſeruare ferula prometheus reperit. De hac proinde Martialis: inuiſæ nimium pueriſ grateq; magiſtris: clara prometheo munere ligna ſumus.




Robatur ſummopere in aquis & illud hannibalis inuentum:
Nam quum pruſias terreſtri bello ab Eumene victus prelium
i mare trāſtuliſſet: hānibal nouo cōmēto auctor victorie fuit:
Quippe omne ſerpētum genus in fictiles lagenas conici iuſſit me-
dioq; prelio in naues hoſtium mitti ad primum ponticis ridiculum
uiſum eſt fictilibus dimicare qui ferro nequeāt: Verum ubi ſerpē-
tibus cepere naues oppleri ancipiti periculo circūuenti hoſti victo-
riam ceſſerunt: Saponem alii nigrum oleo uel amurca permixtū fi-
ctilibus ſimili modo deiiciunt: queq; aduerſe partis tabulata lubrica
fiant; quiq; pugnāt nullo pacto poſſūt luctando conſiſtere: ſiquis
autem & illud experiri uelit hēmus in exemplis lectos agilitate iu-
uenes enatantes ſub aquis quū proximi hoſtium nauibus heſiſſent
carinas terebra perforaſſe:


Nnectendum & illud arbitror ut ſi aduerſo flumine ab ho-
ſte precludamur quemadmodū libero tranſitu poſſimus uti:
& id ex geſtis docebimus priorum exempla tradentes: Alexan-
dro indiam uaſtante quum porus ei occurriſſet: caſtra inter utrāq;
ripam idaſpis flumīs diſpoſita ſunt: latus hic erat ſtadiis quattuor
altus uadis nunq; repertis: Alexander attalum quendam ſibi ſimilli-
mum caſtra ſeruare iuſſit: regiis ueſtibus indutum: ipſe cum parte
equitatus aliquantum progreſſus: dum denſa caligo diem ſubtex-
iſſet; in ulteriorem rippam tranſuectus: ancipiti prelio diu faticatus
eſt; donec pedibus elephātorum ſecuribus ſucciſis agmina perturba-
ta ſunt: Cæſar haud diſſimili ratione uſus eſt: Nam quum flumine
ab hoſte impediretur e regione illis caſtra ponentibus nactus unam
expontibus quos illi reſciderāt: ſyluestri loco ſubſtitit Poſtero die
omnes copias longo agmine premittens: ipſe cum duabus legioni-
bus parum per moram trahens ponteq; refecto legiones traduxit loco
idoneo caſtris delecto. Reliquas copias reuocauit: Labienus unus ex
ducibus eius noctu opportunitatem queſiuit: is quum hoſtes aduer-
ſo flumine ſequane conſediſſēt tranſitum prohibentes: nactus ali-
quantas naues ſingulas gubernantibus Lyntres etiam conquiſiuit:


quas magno ſonitu remorum in eandem partẽ miſit hoſtes ſuſpicati romanos tribus locis tranſire ipſi quoq; ĩ tres partes ſuas copias diuiſerunt .Labienus ad naues contendens tres legioneſ traduxit acie inſtructa;quum copiarum hoſtilium partem diſcipaſſet Reliquę fugam arripuere:fit pons aliquando ubi hoſtis non urget pluribus nauibus tabulato cõſtratis:plurimi interdum equi flumini opponuntur aquarum impetum excepturi .quo cętera turba molli uado & tuto:ac ſtabili greſſu traiiciatur ;ut per cæſarem in rubiconis noſtri tranſitu fieri contigit:Geminę non nunq̃ equitum acies delectis prægrandibus equis ordine & in tercapedine quadam ſua ſeuinctę & currenti aquà obiiciuntur .ac inter utranq; impediti expeditiq; milites tranſeunt ſuperiorum namq; beneficio currentis ĩpetus aquę ;uisq; perfringitur ;ĩferior ſiqui forte deciderunt :Mox raptat ;& tranſuehit .idem cæſar quum liger ſibi traiiciendus eſſet; Vado per equites inuento ut brachia tãtum & humeri ad ſuſtinẽda arma liberi ab aqua eſſe poſſent Equitatu ſic diſpoſito qui fluminis uim perfringeret ĩcolumẽ exercitum duxit Cælius auctor eſt magonem cum equitatu & hiſpanis peditibus flumen extemplo tranſnataſſe ipſum hannibalem per ſuperiora padi uada exercitum traduxiſſe:Elephantis in ordinem ad ſuſtinendum impetum fluminis oppoſitis .quod pitiamnis eius uix fecerunt; Quod ſi altior unda utrũq; militẽ reſpuat foſſis plurimis ac diuerticulis minuenda ẽ :ſicut cæſar in tranſitu ſicoris :ne quid repetitis audeat undis .ſpargitur in ſulcos;& ſiſſo gurgite riuus:Dat poenas maioris aquę ut Lucanus inqnit :Cyrus potentiſſimus perſarũ rex Babilona oppugnaturus gangem fluuium adeo grandem ut ubi minus occupet :latitudinem octom .pas .pateat ;ubi modicum ſiue plurimum ſtadiorum .c.altitudine uero ea ut nuſq̃ minus xx.pas. reperiatur;ſic leui licet cã permeabilem fecit; Nam quum unum ex regiis equis candore :atq; formą precipuum a uerticibus undarũ circumagi atq; abſummi cum equite una cerneret; aiunt ira percitum iuraſſe ſe adeo illum extenuaturum; ut mulierum greſſibus uadoſum redderet ;nec dictis defuit ;nam totis in hoc expoſitis copiis tam diu operi huic incubuit; & aſſedit Donec centum octuaginta cuniculis diuiſum alueum in cccIx. riuulos diſpergeret; & ſiccum in diuerſum fluentibus aquis relinqueret; Simili ſane opere perdotis foſſoribus etiam eufratem inter cęteros fluuios memoratu plurimo; tum ueterum litteris;tum

ſundatioĩbus ſuis celeberrimum: & longe ualidiſſimum Babilonem quondam caldeę caput petentem mediamq; permeantem deriuauit ac ſic meabilibus uadis ſiccum partibus aluei patentibus iter fecit: coepitq; urbem: quam uel ab humano opere extrui: uel humana uirtute deſtrui poſſe pene apud mortales incredibile erat: Sapor perſarum rex ſuo in his ingenio uſus eſt Nam quum Nicomcediã quę niſi bis dicta eſſet obſideret; & flumine prępeditus: & pluria mollimina ponens eã obtinere non poſſet: tandem impetum Migdonii fluminis per mediam ciuitatem properantis a longe retinuit: utrasq; ripas eius faciẽs excelſiores: ut aquã ĩſe collecta cõcreſceret: Quũq; coepiſſent ripę ſublimes impleri ſubitò auferentes quas fecerant chrateractas: dimiſerũt impetum flumĩnis contra murum: qui uehementis aquę pondus non ferens cecidit: Aliamq; muri partem qua fluuius egrediebatur cum ingenti ruina deponens: eadem aque moles perrumpit: ſunt qui raptim cæſa materia rates fabricent: in quibus equi uiriq; & alia onera traiiciantur: ut Cęſar: & Xerxes Auctore Luca. Maxime uſi ſunt: ergo inquit: Vbi nulla uado tenuit ſua pondera moles. Tunc placuit cęſis innectere uincula ſyluis: Roboraq; immenſis late rigare catenis. Tales phama canit tumidũ ſuper equore Xerxẽ: Conſtruxiſſe uias multis cũ pontibus auſus: Europã aſię ſeſtonq; admouit ab ido inceſſitq; fretũ rapidi ſuper equora ponti: Non Eurũ zephirũq; timens cũ uella ratesq; In mediũ differet athon: ſic ora profundi Arctantur caſu nemorũ tunc aggere multo: Surgit opus longeq; tremunt ſuper equora turres.





VNT qui pontem disiunctum iumẽtis uehibilẽ commissuris suis & funibus anulisq; ferreis consutilem duplicatis tabulis quibusq; ac uacuis: & contra aquę ingressum coniunctis glutino in hanc formam construant:














Pud alios inuentum hoc etiam extat ut monoxillos ex ſingulis trabibus excauatos pro genere ligni et ſubtilitate leuiſſima carpentis ſecum ferat exercitus: tabulatis pariter et clauis ferreis preparatis: ut ſublata omni mora quum opus ſit: hoc ponte conſtructo aduerſus hoſtes ſuperuenientes incurſus et inſidias facere poſſint.






VNT qui naues magnas in tris partes trium cimbarum ĩstar di-
ſiunctas coniunctasq; :Deinde ac tela lini cera oblita:tectas in hunc
modum ſine remis flumina traiiciant: Maioriq; celeritate uecti;q̃ ſi
duodecim remorum ob̃ſequio agerentur.






Auiculas alii ſaligno uimine texunt ;bouiſq; corio tegunt:ut cę-
ſar in tranſitu ſicoris Lucanus utq; habuit ripas ſicoris camposq;
reliquit;Primum cana ſalix madefacto uimine paruam: Texitur in
pupim cæſoq; induta iuuenco: uectoris patiens:Tumidum ſuper-
emicat Amnem ;ſic uenetus ſtagnante pado:fuſcq; Brytannus Na-
uigat occeano ſiccum tenet omnia nilus:Conſeritur bibula mem-
phitis cymba papyro:his ratibus traiecta manus.




ADA etiam plerisq; casus attulit: ut henrico imperatori;qui fluminibus glaciali rigore constrictis terram lucianorum ingressus; eos nimia cede prostrauit: & terrā eorum depopulatus est;uerum in casu simili pleriq; etiam decepti sunt;ut perseus philippi filius cō. gestis in unum copiis prędarum sępe solicitatis: Tunc enim forte danubius Qui & hister crassa glacie superstratus;pedestrem trāsitū facile patiebatur;cū toto & maximo simul agmine inextimabilis hominum;& equorum multitudo ad trāsitum conflueret;Mole ponderis & gradientium concussione concrepans glacialis crusta dissiluit: Vniuersumq; agmen quod diu sustinuerat mediis gurgitibus uicta tandem & comminuta destituit: atq; eadem fragmentis prępedientibus superducta submersit: Notanda in his parui Animalis solertia est: obseruatum quippe uulpem locis rigentibus solerti auditu autem ad glaciem opponere;& coniectura crassitudinem gelu perpēdere;Quare non nisi ad eius accessum reditumq; Amnes frigore cōcretos lacusq; pleriq; transeunt;subera quidam q̄ lata pectori subnectunt;Quidam dolia inania; inde leuitate uehiculi fisi in flumen descēdūt;Faciliusq; placideq; deducti tuto aduersā pertingūt ripā





ISpani uero aſchitę :Arabes:Bubulis utribus contabulatas cra-
tes super imponunt ;uectitatiq; hoc ratis genere prętereuntes infe-
ſtant ſagittis uenenatis ſine ulla mole inutres ueſtimentis coniectis
ipſi cęteris ſuperpoſitis incubantes flumen tranſnatauere.





Arabes: Bubulis utribus contabulatas
itatiq; hoc ratis genere pretentatis ne
ne ulla mole imutres nostimentis cubantes flumen transeant.



Ec aliter si floro credimus fid uciam oppidanis resistendi nuntius quispiam fecit docens aduentare lucullum: Qui horribile dictu per medias hostium naues utre suspensus: et pedibus iter: ac gubernans uideutibus procul: q̃ marina pixctrix euaserat. Cęsar quoque ut in cęteris ĩ hoc simili modo multoꝝ opinionem superauit: utrem enim ex corio consutili folis instar inflatum traiiciendis amnibus habuit: eoq; usus fertur cruribus insidẽtis uelut gubernaculis dimissis cursũ dirigentis: Quod siquis hoc fictum aut commentitiũ de cęsare forte dictum putet: Suetonius tranqllus opulẽtissimus auctor ac testis est. Si flumina inquit morarentur nando traiiciens uel ĩnixus ĩflatis utribus: ut plępe nuntios de se pręueniret: Atq; hic nos quoq; asserendi melius quod dicitur: quodq; ipsi uidimus gratia minuemus laborem legentibus: oculis subiiciendo picturam







Illud quoq; nec erit inutile nec prẹsenti materiẹ incongruum: ut aliquor; qui in re militari claruerunt; copie: uel numero: uel auxiliorq; multitudine comparentur: Et si a sacris quẹ mentiriet nesciũt ac nequeunt litteris initium auspicari uoluerimus: ubi singulos dies regum omnium illum regem et principem deum et dominum exercituum belligerare Sẹpe numero immo si dicere fas est: et ab religione nostra non abhorret et furere aliquando et desseuire legimus. inueniemus hebreẹ gentis numerositatẽ in tãtũ excreuisse: ut ĩ exitu eiusdẽ populi ex egypto: Sexcenta milia hominum fuisse referantur bellicẹ iuuenutis ut omittamus gentem idumeorq; ad populum israel minĩe pertinentẽ: Sub iosue numerum fuisse armatorq; Sexceutatriamilia et mile septingentos proditum est: In expeditione autem asiana sub Moyse numerus filorq; israel per domos cognationũ suarq; et turmas diuisi exercitus Sexcentatriamilia quingenti quinquaginta. ĩuẽtus est autem omĩs numerus israel Mile milia et centum milia uitorq; educentium gladium: de iuda autem cccLxx. milia bellatorq;. nam leui et beniamin non numeraueri eo q; inuitus exequerẽtur regis impiũ. Habuit etiam Asia in exercitu suo portantium scuta et hastas de iuda ccc. milia: Hos autem contra egressus est zara ethiops in exercitu suo. decies cẽtena milia et currus trecentos secum afferens. deinq; sub iudicibus sub regibus; tot milia uariis bellis diuerso cẹlo; diuersis distracta temporibus inueniuntur ut pene non tot natura in lucem edidisset; quot bello ipsi confeciſſe & dicearchi omnium de interitu hominum circunscripto numero extinxisse uideantur: Prẹter hanc hebreorum infinitam pene multitudinem: Fuere sesostri ẹgyptiorum regi pedestres copiẹ milia hominum sexcenta: equitum milia quattuor & uiginti: currus bello apti octomilia & uiginti cũ classe haud parua: nec est quod quisq; gentis huius miretur exercitus: quũ olim numero hominum omnis fere orbis gentes ẹgyptus superarit; oppida enim insignia ciuitatesq; priscis temporibus ultra decẽ & octomila fuisse in ẹgypto libri sacri continent: Ptholomei lagii tempore Amplius triamilia uniuersi autem populi numerum fuisse antiqtus septiesdecies centenamilia diodorus testis est: in gange insula est magnẹ amplitudinis gentem continẽs unam nomine modrogalingam circa quam siti sunt nonnulli cum oppido eiusdem nominis magnifico Modros: Quorũ rex peditum quinquagintamilia equitũ .iiii.m. Elephantos quadringentos in armis habet: ualidior deinde

gens Andare plurimis uicis triginta oppidis quę muris turribusq; muniuntur:Regi prębet peditum centummilia; equitum duomilia elephantos mile: Omnium in india prope non modo in hoc tractu potentiam claritatemq; antecedunt;Tarsi ampliſſima urbe ditiſſimaq; Balibotra:unde quidam ipſam gentem balibotros uocant:ĩmo uero tractum uniuerſum a gange hanc farſiam gentem ualidiſſimã adeo fuiſſe percelebre eſt :ut gentis eius rex ſexcentamilia peditum equitum xxxm. Elephantorum viiii.omnibus diebus ad ſtipendiũ habuiſſe memoret: incredibilia ſimiliter tradunt Alexandri magni comites in eo tractu Indię quẽ hi ſubegerant ſcripſerunt; vm.oppidorum indiamq; tertiam partem terrarum omnium multitudineq; populorum innumerã:Quantus autem Gotticus in romano: fuerit exercitus:Claudio Quĩtillo auguſto renitente: eorumq; impetum retundente teſtis eſt eorum turba qui perierunt:quũ tot capti reges tot diuerſarũ gẽtiũ nobiles foemine ĩpletę barbaris ſeruis ſenibusq; cultoribus Romanę prouĩcię ut nulla fuerit regio que gotticũ ſervũ triũphali quodã ſeruitio non haberet:Huiuseriã rei teſtis & index eſt claudii ipſius Quĩtilli epiſtola ad Iuniũ Broccũ yliricũ tuentẽ in hunc modũ conſcripta:deleuimus.cccxxmilia gottorũ duo milia nauium merſimus tecta ſunt flumina ſcutis:ſpatis:& lanceis:omina littora opperiuntur:Campi oſſibus latent tecti nullum iter purum eſt: Ingens carthago deſerta:tãtũ mulierũ coepimus; ut binas & ternas mulieres victor ſibi miles poſſit adiungere:Quid Cyrus nonne ut Xenophontis tradit hiſtoria;exercitum omnẽ Babilonię coegit;inquo equitum milia centum & uiginti ferũtur cõueniſſe duomilia falcati currus peditum uero milia ſexcenta:Ninus expeditionem in Bactrianos moturus ex ſingulis gentibus electo ingenti exercitu aduerſus eos profectus eſt:Traditq; etheſias ſcriptor in exercitu eius ad ſepties decies centena milia peditum fuiſſe equitum milia ducenta:Currus uero falcatos paulominus decem milibus & ſexcentis Bactrianorum rege zaorte comparato hominũ cccem. ualido exercitu nino in finibus occurrente ſemiramis nini huius aſyriorum regis uxor glorię cupiditate flagrans:ut Diodorus non cõtẽnẽdus auctor tradit;cum terdecies centenis milibus peditum: Quingentiſmilibus equitum:centummilibus curruum ĩ Indiã traiecit:Indoq; illius regionis nobili flumine duarum milium navium ponte conſtructo qui militum numerus incredibilis nunc ſit

forſam audientibus: ſed haud quāq̄ impoſſibile uidetur: Aſię magnitudinem multitudinemq̄ in ea nationum animo aduertenti: Nā ſi quis darii aduerſus ſcithas expeditionem ſi quis item Xerxis ī grę ciam tranſitū: ſi que in europa pauloante res geſtas cōſideret mi nime dictis noſtris abrogauit fidem Nam ex unica ſicilię ciuitatum ſyracuſis dionyſius pręter naues magnas partim triremes: partim quīqueremes ad quadringentas exercitum peditum centum uigīti equitum duodecim milium confecit: Traditur Amazonū reginam nomine mirinam exercitum xxxM. peditum: Duumq̄ miliū equitū confeciſſe: Xerxes quom & mari & terra bellū uniuerſę inferre uel let europæ cum tantis copiis accinctus peruenit in gręciam: Quan tas nec antea nec poſtea quiſpiam alter habuiſſe memoratur: Nam ut claſſem eius pręter eam de qua nobis paulopoſt diſerendum eſt Terreſtrem eius exercitum: ſi probo emilio credimus ducentorū mi lium peditum: Equitum Quadrīgentorum fuiſſe conſtat: ſi Iuſtino & oroſio ſeptingentorum milium & perſarum quidem auxliorq̄ uero cccM. ſi herodoto pedeſtrem eius exercitum centum ſeptuagīta mi riadum: Equitum octo: eorum uero qui camellos & currus ducerent duarum: ad hęc ſeptenmilia ſexcentos & decē ſine impedimentis ſeruorum piſtorumq̄ turba: & aliorum Quorum aſſertio tanta eſt: ut haud ſanementis cuipiam iure uideri debeat: Arctoxerxes autem egit in pręlium: ut etheſias tradit ccccM. hominum: Dion & Xeno phon eos q dimicarūt lōge plures fuiſſe teſtes ſunt: quanq̄ neq̄ il lud neq̄ hoc cuipiam ſupra fidem uideri debet: Quom rex adeo ma gnus eſſet: diuina narrante hiſtoria: ut ab india uſq̄ ethiopiam. c. xxvii. prouinciarum ducibus ac principibus qui ſuę obedirent iuſſioni pręeſſet: ſcribensq̄ ſalutem diceret: Anthophrodates ab Arthoxerxe in cappadociam miſſus aduerſus dathamem habebat barbarorum equitum xxM. peditum centummilia: eiuſdēq̄ generis triamilia funditorū pręterea cappadocū octo: Armœnorū decem: Paflagonum. v. Phrygum. x. Lydorum. v. Aſpendiorū: & Piſidaq̄ circiter triamilia: Cilicum duo: leuis Armaturę maximū numerum Philippus alexandri pater delectu militū in ſubſidiū regię diſpo ſitionis ex tota gręcia habito. cc. milia peditū: equitū quindecīmilia confecit. in Aſiā expeditionē miſſurus abſq̄ exercitu Macedonico & infinita gentiū Barbarię copiarū numerū Alexandri qui mini mū aſſerunt: trecentamilia peditū: ac equitū quinq̄ fuiſſe tradunt:

Qui uero plurimū peditū xlviii milia equitū quattuor & quinq; ex
titisse scribūt: Dario cāpis alpestris contra alexādrū prima cōgres-
sione in acie persarū sexcenta milia fuere militū: quę non minus
arte alexandri: q̄ uirtute macedonū superata: Terga uerterunt: in
secunda uero congressione cū. cccM. peditū &. cM. equitū processit ī
acie: Tertia uero congressione bellū reparatū: & cū. cccc M. peditū:
&. cM. equitū obuiā rediit alexandro: siquis Denuo darii aduersus
scithas expeditionem mente reuoluerit: cum octingentis eū militum
milibus fuisse confirmet Necesse est Hannibali copię quantę fu-
erunt: Pyrrheneos montes transgresso in italiam traiicienti: haud
quaq; inter Auctores conuenit: illis tamen qui exercitū eius in cētū
milibus peditum: equitum uero uigintimilibus fuisse astruunt: As-
sentiendum magis putem quom postea q̄ Rhodanum transgressus
est in xxxvi M. hominum: ingentiq; equorum: elephantorum: & ali-
orum iumentorum numero exercitus eius imminutus est: Gallorū
copię quom eos prę multitudine abūdante nō caperet: Terrę quas
tenuerant. cccM. hominum ad nouas sedes occupādas miserunt:
Horumq; cum portio altera in pannonia consedisset urbem ioniam
captam incendit: Altera ast romanorum: qui in ea re plurimū ualu-
erunt he fuerunt ab initio copię: Anno enim urb. con. ccclxxxviii.
quom gallorum inundatio ad quartum ab urbe lapidē consedisset
sotiis romanorum Latinis: qui a romanis subiugati erant milites p̄-
stare uolentibus delectu habito ex romanis tantum tyronibus decē
legiones confectę sunt: Anno uero. cccclxx. quom iam clarū no-
men urbis esset: Quia arma tum extra Italiam mota non fuerant: ut
cognoscerentur quę copię romanorum essent: census est habitus:
inuentaq; sunt tunc ciuium capita. cc. xcvii M. & cccxxxiiii. quanq̄
a condita urbe nulla bella cessassent: Anno quoq; Dxvii. cum ci-
salpię gallię: uel etiam ex ulteriore gallia ingens numerus aduentare
nuntiaretur: Promoti consules ad p̄sidiū imperii contraxere uires
Quo facto in utriusq; consulis exercitu: octingenta milia Armato-
rum fuisse referuntur: sicut fabius historicus: qui bello interfuit:
scripsit: ex quibus: Romanorum fuerunt peditum. cccxlviii M. cc.
equitum xxvii. milia. vi. c cętera multitudo sociorum fuit Nuntiato
gallico etiam tumultu. L. æmilio paulo. C. Atttilio regulo coss. solam
italiam etiam sine transpadanis: & externis auxiliis Armauisse eqtū
xxx. milia: peditum septingenta: in natura. histo. Plinius testis est:

Hac incredibilis apparatus magnitudine: licet gallorum potentiam existimare: Romani pauloante hannybalis tempora futuri belli p̄uidentes magnitudinē: censu in italia tum ciuium tum sotiorum qui bello apti essent habito diodoro teste: decies centena ferme milia hominum descripsere Quantę autem Romanorum copię fuerūt quādo maiores adeo numero & genere uariāt auctores: ut uix quicq̄ satis certum affirmari queat: septem & octuagintamilia Armatorū e ducentos fuisse in castris romanis: quom pugnatum ad cannas est Quidam Auctores sunt in hoc haud quaq̄ disconuenit: Maiores conatu atq; impetu rem tum actā q̄ prioribus annis: Quia sp̄e posse uinci hostem Dictator prębuerat Numerum uero omnium qui tum peditum equitumq; in hannibalis acie ad cannas steterunt xlM. peditum: decemmilia equitum fuisse ferunt Quę autem postea Romanorum copię philippicis in campis ultimo cęsaris & pompei conflictu fuerint inter eos quos legisse memini me: qui hunc numerum dicant: Rēq; hanc elegantissima grauitate perstringāt: Plutarchus & Anneus florus longe uariant Maximeq; dissentiunt Qui cum illo itaq; in sententiam eunt duo & uigitimilia militum cum cęsare: cum Pōpeio nō multo plures q̄ bistotidē fuisse asserūt Qui uero cū hoc trecenta & eo Amplius milia bellatorum hinc inde: pręter auxilia regum: unde immensum quiddā lector possit mente concipere affuisse memorant: si enim hoc auctores belli duces inspicias totus senatus ī partibus: si exercitus hinc xi. legiones: inde duo de uigīti Hos omnis & Robur italici sanguinis: si auxilia sotiorum hinc gallici germaniciq; delectus inde deiotarus Ariobarzanes: Tarcondimocus: Corinthus omnis thracię: Capadocię: Cilicię: Macedoniæ: Grecię: ętolięq; totiusq; robur orientis deniq; coiere nec unq̄ tam uarię cultu gentes: tam dissona uulgi ora: tot immēse comites missura ruinę: ut Lucanus inquit: utq; idem florus nec ullo unq̄ loco tantum uirium po. Ro. tantumq; dignitatis fortuna uidit: post hos quattuor: & quadraginta legiones sub uno augusti cæsaris imperio numeratę sunt: Quas ad imperii columen tutamenq; per diuersas orbis partes summa cum dignitate distribuit Duo demum quę non paruam legentibus ingerent admirationē De Romanis libet attingere siquidē Auno vi. Claudii Tiberii principis descriptione Romæ facta inuenta esse ciuium Romanorum sexagies nouies centena quadraginta quattuor milia: Cuius rei quia fidem excedit; Testis

clariſſimus adeſt euſebius cęſarienſis in libro de temporibus: Quō Iam ante ſub auguſto Anno eius quarto & quinquageſimo inuenta eſſent Nonagiestercenta & ſeptuagintamilia horum uiribus ac conſiliorū grauitate Romanorum uirtus inuicta per totum olī terrarum orbē habita eſt: eo uero in bello quod cum Romanis geſſere Iudei ſexcentamilia iudeorum interfecta: Cornelius & ſuetonius referunt. Egyſippus illorum tēporū uicinus li. v. deciescentena milia ab obſidionis illius principio ad finē uſqꝫ interēpta Et in captiuitatē ducta nonagintaſeptēmilia dicit. Cęterū Ioſephus iudeus: Qui ei tunc bello pręfuit ſcribit: undeciescentenamilia gladio & fame periiſſe: Reliquias uero iudeorū diuerſis actas conditionibus toto orbe diſperſas: Quarum numerus ad xx. milia hominum fuiſſe narratur: Et hęc de terreſtris militię copiis in preſentia dicta iam ſint: M. autem æmilio ſeruio fuluio nobiliore: coſſ. iam clarum Romę nomen quom eſſe uideretur: Q. etiam luctatio catulo prefecto primo bello punico Trecentarum nauium claſſem Romanorum aduerſus Affros: Affrorumqꝫ aduerſus Romanos apud hegates inſulas inter Siciliam & affricam himilcone duce ſexcentarum fuiſſe cōſtat Græcorum uero regis aduerſus troianos claſſem mile quadringentarum nauium: & eo adhuc amplius cum multis & nobilibus earum prefectis: Illiados li. ii. homero teſte. fuiſſe comperio Xerxem perſarum deinde regem non horum modo ſed aliorum omniū numeꝫ hac in re diſputent: licet auctores facile ſuperaſſe haud quaq̄ obſcurum eſt: Nauium enim eius claſſem perſicam: herodotus auctor eſt: trium milium fuiſſe: in hisqꝫ hominum quattuor & uiginti miriades: hoc eſt ducenta quadraginta hominum milia huic claſſi: eodē etiā Auctore additę ſūt: Ex thracia naues cxx. Hominū xxiiii milia continentes: æmilius probus longarum nauium mile & ducētarum: quas onerariarum duomilia ſequebantur: Oroſius Roſtratarummile ducentarum: onerariarum autē triummilium: Iuſtinus: Poſtremo nauium tantū apud eum aſtruit: nā decies centena milia numerus eſt: ut non ab re aliud dici queat etiam de pedeſtri q̄ quod his uerbis Sathyricus inquit: creditur olī uelificatus Athos: & qui: quid gręcia mendax audet in hiſtoria conſtratum claſſibus iſdem ſuppoſitūqꝫ rotis ſolidū mare credimus altos defeciſſe Amnes epotaqꝫ flumina medo Prandente & madidis cantataq; ſoſtratatus alis. Darius autem cum ex europa in aſiā rediiſſet: hortātibus

micis ut greciam redigeret in suam potestatem: classem Quingentarum nauium comparauit eiq; darim prefecit: Et arthapernē Hisq; ducenta peditum: decem milia equitum dedit: alexander uero clxxxxii. nauium classe quam triummilium alii fuisse perhibent asiam petiit: Cesar octingentarum Brytanniam: Heraclianus affricę comes: Quosq; priores preter xerxem clarissimos ī ea re uel equauit: uel excessit: Nam nauium triummilium septingentarum habuisse fertur: numerum qui apud paucos & nobilissimos ac potentissimos quidem uix est inuentus: cumq; is simul ac cum agmine militū ad urbem pergens: littore egressus est: Occursu comitis marini territus: & in fugam uersus Arrepta naui solus carthaginem rediit: atq; ibi continuo militari manu interfectus est: sic itaq; ingens tunc numerus timori iā esse coepit: unde & scipio carthagine uicta quū res aphrice disponeret Prohibuit ne plusq; decē naues earū que belli usibus forent pacto traditas haberent Reliquas omnis generis que rhemis agerentur: Quingentas numero fuisse quidam scribunt in aliquantū maris spacium prouectas: in conspectu carthaginis iussit incendi: Tāq; lugubre earū fuisse incendiū: q̄ si carthago ipsa conflagrare uideretur Q. T. flāminius quoq; quom aduersus philippum regē macedonū pugnasset: his ei conditionibus pacē dedit: ut Quinquaginta solum relictis nauibus: Reliquas romanis traderet: Q. denicq; Fabius labeo cum a rege Anthioco quē bello supauerat: ex foedere dimidiam partem nauium Accepturus dimidiā relicturus esset: medias omnes secuit: ut quod tutius erat: tota eum classe priuaret.

Eferenda sunt etiā tam terra q̄ mari ex uirtute pręclara militum gesta: non enim hactenus fortuna duces extollēdo prosecuta est: ut otio & ignauia soluti rebelles hostium animos domuerunt: Quos non minor plerumq; immanitas & pertinacia oppositit: uictoresq; fecit: in acie enim quom dux hostium ex media Barbarię trux ferus īmanis: & horrendus contra Romanos: Qui estis uos aliquando inclamasset: Responsum est inuicem Romani gentium domini: & ille ita fiet: inquit: si nos uiceritis: Acceptoq; belli omine: Martius crassus Barbaros adortus graui tandem conflictu: eorum res sublimes: pugnando deposuit: nec minimū una

terroris barbaris incussit: Chonidius centurio satis Barbare efficacis tamen apud pares homines stoliditatis; Qui foculum gerens super cassidem & suscitatā motu corporis flammam hostes cedendo uelut ardenti capite fundebat: Pyrrhus quom Romanos acie uicisset; & eorū omniū uulnera ī pectore cōspexisset; omniū ī manibus ēses; & relictas in uultibus minas & in ipsa morte ira; ut ita dixerim uiuentes tulisse manus ad cælū dicitur; hac uoce: O; quā facile erat; orbis imperium occupare Aut mihi Romanis militibus; aut me rege Romanis; Qua propter; quom in templo Tarentini iouis Titulum affixissiset; hec scripsit; Qui antehac inuicti fuere pater optime olympi; Hosego in pugna uici; uictusq; sum abeisdem; & quom a sotiis & amicis increpitaretur; cur se uictū diceret; quom uicisset; Respondisse fertur; Ego si iterum simili modo uicero solus & sine milite; Epirrum reuertar Mirum & illud contra hānybalem in cannensi pugna e Romanis namq; miles ita saucius; ut manibus non ualeret Quom ei Numida quidam humida detrahere spolia uellet Ceruicem hostis ulnis depræhendit; tenuitq; tam diu; donec nares atq; Aures morsu detrūcaret; claris memorię monumentis celebrat Eleazar; nam quom supeminentem cęteris elephantum lorica uestitum regia aduerteret Arbitratus inea bestia regem esse; cursu concito in mediam legionem se proripit; & abiecto clypeo; utraq; manu hostes cędens; eam subintrauit; subiectoq; gladio interemit; a bestiaq; cadente opprimitur hac ruina inclusus magisq; oppressus suo est sepultus triumpho: Tanto uirtutis spectaculo defixi hostes inermem occupatum incusare non ausi; post casū ruentis bestię sic trepidauere ut impares se unius uirtuti arbitrarēt; deniq; rex Antiochus Lysie filius cū cxx. milibus hominū Armatorū & .xxxii. elephantis; unius territus fortitudine pacem poposcit; Itaq; eleazar heredem uirtutis suę pacem reliquit; ęternumq; nomen adeptus est: Hannybal quom Romanorum captiuos dimicare ītrase; coegisset: Vnumq; qui forte superfuerat obiecisset elephanto illud dimitti pactus si interemisset solus Romanus acri ingenio elephantum cōgressus magnum poenorum dolorē cōfecit; Hannibalq; quom phamam eius dimicationis contemptum Allaturam intelligeret equites misit Qui abeuntem trucidarent; Et quanq; exploratum & perspectum habeam; teste Liuio; milites omnium qui asiā colunt gentium Gallos phama belli prestare; cognouerimq; Auctore crispo

Paruis copiis bella gesta cum opulentis regibus ac hęc sępe fortunę uiolentiam toleraſſe facundia Gręcos gloria belli gallos ante romanos fuiſſe:Plures tamen prope de gallis:ut diximus etiam apud nos triumphi q̃ de toto orbe terrarũ habiti sunt;Nec legionibus legiones eorum solũ experti; sed uiri unius cum uiro fortitudinem atq; preſtantiã Nã M.Manlius unus agmine ſcandentes in capitoliũ gallos deiecit ãnorũ xvi.uolũtariũ ſe militẽ obtulit xxxvii.Militaribus donis a ſuis ducibus ornatus;xxiiii.cicatrices habuit.M. Autẽ ualerius.T.q; Manlius Quantum gallicã rabiẽ uinceret Romana uirtus documenta ſunt:Ille enĩ ducem Gallorũ uaſta & ardua procentate inaniter & arroganter telũ manu reciprocantẽ;perq; contẽptũ & ſuperbiam conſpicientem omnia Ac prouocantem cõgredi ſiquis pugnare ſecum ex omni Romano exercitu auderet; ſigulari eũ certamine congreſſus occidit:Hic uero ſimili modo quom gallũ quendam nudũ pręter ſcutum & gladios duos torque atq; Armillis decoratum:Qui et uiribus & magnitudine & adoleſcentia ſimulq; uirtute ceteris antiſtabat; cũ uoce maxima conclamaret:ſiq; ſecũ depugnare uellet ut prodiret:Quom q; nemo Auderet propter magnitudinem & immanitatem hominis facieq; tum irridere coepiſſet:& huilco linguam ore in Romanos exerere.T.Mannilius:ſummo genere natus Tantum flagitium ciuitati ſuę Accidere:ut e tanto exercitu nemo prodiret: indignabundus in medium proceſſit neq; paſſus eſt uirtutis Romanę per gallum gloriam ad ſuos tranſferri eaq; trãſgreſſione: utroq; exercitu inſpectaute: Mãnilius Animo magis q̃ arte confiſus Aſperum & immite certamen tam diu cum gallo ſubiit:q̃ diu gallum euertit:caput decidit;torquem detraxit Huius poſtea filius bello aduerſus latinos hoſtem a quo ſimiliter prouocatus fuerat Occidit.Q. etiã coccii militis Romani:Qui ob inſignem bellicæ uirtutis gloriam:Achillis cognomentum ſibi aſciuit; nec ſubricenda duplex Animi corporisq; preſtantia;Nam quom apud celtiberos gentem pugnaciſſimam a duobus ad dimicandum prouocaretur:Alterum & equitem quidem pugnę Accĩctũ excurſantem luſtrantemq; omnia:ac inſolentiſſime procaciſſimeq; futuri victoris inſtar irritantem adortus occidit; Armaq; detraxit: Alterum generis claritate & fortitudine omnibus celtiberis facile precellentem cedere ſibi non ſolum compulit; ſed enſẽ illi ſuum & induuias; ſpectantibus utrĩq; legionibus tradere in cæſaris etiam

congressibus insignis uirtus emicuit uolcaii Tullii:Qui cum tribus cohortibus legionem Pompeianam pertulit reppulitq; Vna quoq; cęsaris cohors castello prępositа:Quattuor pompeii legiones q̃ diu substinuisset:Tantus fuit in eam sagittarũ imber;ut sine uulnere defensorum nullus euaderet:quin & centuriones qnattuor oculis capti essent:ut quom sero diurni laboris ac periculi summam imperatoris nõ tã Auribus q̃ oculis subiicere ac represẽtare decreuisset.c. ac xxx.sagittarum milia intra uallum inuenta numerarent:Fuerũt & in legione Ciceronis q legatus quoq; cęsaris erat:duo cẽturiones qui ppetuas inter se controuersias habebant uter utri pręferetur: Horum alter pulfius:Varrenus alter dicebatur; Accidit ut castra oppugnarentur Tum uero pulfius Quid dubitas inquito uarrene:Hęc dies de nostris controuersiis iudicabit:Hęc dicens procedit extra muũitiones ubi hostes cõfertissimi erãt:subsequitur uarrenus Mediocri spacio relicto.Pulfius pillo hostem exanimans impeditur ab omnibus transfixus:Scutum & baltheum gladium educere nõ potuit:succurrit inimicus ille uarrenus protegitq; ab hostibus in quem quom se hostes conuertissent:ipse uno interfecto in locum iniquũ decidit.Cui circũuento succurrit pulfius:atq; ambo cõplurib⁹ interfectis incolumes se in castra recipiuut:Fuit eidem cęsari sceua miles fortissimus Qui pugna ad Dirachium commissa uulnera Accepit capite:humero:& foemore:excussoq; oculo traiectus & scuto c.xx.telorũ ictibus perforato hostes perĩde ac se dediturus esset accibat:subeuntibusq; duobus:alterius humerũ ense cecidit: Alterum ore percussũ uertit in fugam:de hoc quidẽ uaria est phama:Quidã tradũt cęsarẽ uiri;& de se:de & re.pu.ut Aiunt ita merita eximia uirtute permotum:Qua commissi castelli portę custodia prope sola seruata esset:Pecuniariis eum donis ingentibus & magnis honoribus cumulasse apud alios:sceua idem duce absente: cedentibusq; comitibus contra omnem pompeii exercitum stetit: & clypeo.c.xx telorum ictibus trãsfixo miris & ĩcredibilibus rebus gestis:& cõmissi loci custodiam relinquẽs suorũ receptus amplexibus relatus occubuit:Iacens quoq; uictoribus terribilis:ac stupendus:Qui tot eximias pugnas in gallia Brytanniaq; fecerat:contra hostes semper inuictus:& a suis tandem ciuibus interfectus est.L siccius dentatus tribunus plebis cẽties uities preliatus:octties expostulatione:utroq; exercitu inspectante uictor:Quadragiesquĩquies

aduerſas habuit cicatrices: intergo nullam notam; ſpoliis ex hoſte
tricies & quater ceptis: Quattuordecī ciuibus ex media ut aiūt mor
te; raptis atq; ſeruatis. Nouem quin etiam imperatores qui opera
eius uicerant profecutus haſtis puris; Faleris torquibuſ; ciuicis co-
ronis Aureis muralibus obſidionali una Armilis; atq; pharetris plu-
rimis donatus ī ſignis emicuit. M. ſergius poſt hūc duobuſ ſtipēdiis;
primo aduerſo corpore ter & uicies uulneratus; ſecūdo dexterā manū
pdidit: Quare poſtea ſibi manū ferreā fecit; & cū neutra pene manu
idonea ad preliandum ualeret una die Quater pugnauit & uicit ſi-
niſtra duobus equis eo inſidēte cōfoſſis eaq; religata preliatus: Cre-
monam obſidione exemit: Placentiamq; tutatus: duodena hoſtium
caſtra ingallia coepit: bis ab hannibale captus: bis a uinculorum
eius nexu profugit Cum xx. menſibus quibus captiuitatis ſortem
perferebat; nullo momēto ſine cōpedibus fuerit: & cathenis oībus
aſperrimis preliis Que tempeſtate illa Romani experti ſunt; inſi-
gnitus donis militaribus a Tranſimeno trebia: Ticinoq; Coronas
ciuicas retulit; Cannenſi quoq; prelio; de quo refugiſſe eximium o-
pus uirtutis fuit; ſolus Accepit coronam flamminio conſule; quom
eum hannibal circūiacentium locorum uaſtatione in bellum exci-
taſſet; Tantus utrinq; pugnandi ardor extitit; ut grauiſſimū Ter-
remotum: Qui tunc forte tam uehemens factus eſt; ut urbes dirru-
iſſet; Montes tranſtuliſſet; diſcidiſſet rupes; Flumina retrorſum e-
giſſet; Pugnantes omnino non ſenſerunt; Ariſtomenem Meſenū
.ccc. lacedemoniorum occidiſſe proditum eſt; Captum per cauer-
nas latrinarū euadiſſe; Anguſtias uulpium aditu ſecutum; Iterum
captum; ſopitis cuſtodibus ad ignem aduolutum loro cum corpore
excuſſiſſe; Tertio captum; lacedemonios pectus diſſecuiſſe; Hyrſu
tumq; cor ei repertum in Brytania dum commilitones ceſaris in pa-
luſtrem quendam locum & aquoſum incidiſſent; irruiſſentq; in eos
in numerum hoſtiū copie; ac prelium ſpectante ceſare fieret; Qui
dam miles eius noīe Scæuola; medios irrupit; plurima ſtrenuæ forti-
tudinis opera edens; ſolus enī immobili gradu perſiſtens; miſſa un-
diq; in eum telorum infinita multitudine; Quinq; militum unius di-
ei pugnæ ſuffectura; teda manu ſua hoſtibus adegit ſtrictoq; gla
dio fortiſſimos quosq; hoſtium cateruatim affluentiū incredibili
dimicatione propulſans. Tandem tragula & ſaxo ictus uerſis in fu-
gā hoſtibus cōmilitones reduxit incolumes: ipſe uero egre cūctos

euadens in limoſam ſe proripit paludem;quam nunc natando:nũc pedibus commeando: uix tandem duabus loricis onuſtus: Amiſſo traiecit ſcuto: Admirante deinde Cęſare & magno cum gaudio & clamore obuiam excipiente moeſtus ille Ante pedes cęſaris procidit;Amiſſiq; ueniam ſcuti obſecrans;Centurionatus honore donatus eſt.Cynegiri athenienſis militis gloria magnis ſcriptorum laudibus inclaruit:pręter enim ingentes pręliorum cędes quom fugiẽtes hoſtes ad naues egiſſet;honuſtam nauem dextra manu tenuit nec prius dimiſit q̃ manum amitteret;Tunc quoq; amputata dextra nauem cum ſiniſtra comprehendit quam & ipſam quom amiſiſſet ad poſtremum morſu nauem detinuit;tantamq; deniq; ĩ eo uirtutem fuiſſe;ut non tot cędibus fatigatus non ambabus manibus amiſſis uictus: Quin truncis etiam ad poſtremum & dentibus uelut Rabida quedam fera dimicauerit;Simili pertinacia ĩconſeptã dis hoſtibus Attilius uſus fertur;non maſſilienſium ut Lucanus inquit ſed cæſaris miles:quẽadmodum reliqui:& quidam non incelebres auctores tradunt: Nauali namq; apud maſſiliam certamine Quom hoſtilem in puppim dextram iniecciſſet;illa gladio amputata Maſſilienſium nauim nihilominus ingreſſus leua tam diu retinuit: quouſq; hoſtes atroci uultu obterrens: proſtratis omnibus nauim uictor occupauit;occupatamq; profundo immerſit;ęquauitq; Cyneęyri factum;Quod loquaciſſimæ gręcię laudibus incęlum uſq; ſublatum eſt.

Vnc ut auidis premiſſis;ad ſummamq; reę aſpirãtibus honos reddatur: Qui nobiliores duces quiq; inclyta ſuis facultatibus geſſerint ſubnectemus; Verum quoniam in huiuſmodi rerum ſumma ſpectari;diſcutiq; maxĩe ſolent rei militaris peritia;uirtus;ingenia mores;uires;Et fortuna potiſſimum;in his ſuperioris aetatis:exterarum;noſtrarumq; gentium duces;& reges aliquot prima fonte mutua inter ſe uidentur comparatione q̃ ſimiles extitiſſe;ſic enim maiorum ſententia freti;non ſumus neſcii ſolitũ Romulo theſeum comparari;Camillum bruto;brutoq; dionem: Nummę lycurgum;Marcello pellopidem: Fabio periclem.Q..item maximo Iaſonem ferreum ;& Themiſtoclem themiſtocli Ariſtidi Eumenẽ; ſertorio zimoniq; Lucullũ;Quanq̃ de hoc ipſo ita ſcriptũ

Inuenio: Bellicis in artibus ut eſchilus auctor eſt; quem huic comparabimus: Quem huic opponemus: Quis huius ſimilis. Quum Antiochum grauem philoſophum ſcripſiſſe conſtet: Lucullũ victoriã omnium quas unquam ſol uiderit; maximam ex hoſtibus retuliſſe; Exploratum eſt & photionem quinquies & quadragies imperatoriam iniiſſe dignitatem: Quom ne ſemel comitiis intereſſet; ſed ſemper Abſens: & crearetur: & Arceſſeretur: Ex hoc igitur quantus ille dux fuerit: facile conici poteſt in Alcibiade: cui flagrantiſſimum fuiſſe ingenium conſilii plurimum: eloquẽtia ſingularis: corporis ſpecies: prẽſtans prẽcipue potentię uirtutis nobilitas eximia: in re militari ſũmũ ĩperiũ & ſũma gloria Quicqd natura affingere poſſit: uidetur experta: conſtat enĩ inter omnes q̃ de eo memorię prodiderunt: nihil: eo duce: fuiſſe excellentius: quũ pleraq; hec oĩa Animi & corporis: & fortunę commoda: inter ſe ſe in eo duce prẽcelentia certare uideant. Traſibuli uirtus: ſi per ſe abſq; fortunę minime penſitanda eſt: Dubius ſum an eum omniũ primũ poſuerim: illud dubio procul neminem huic prẽferẽdũ cenſeo: Fide: conſtantia: magnitudine animi: in patriãq; amore: Nam quod multi uoluerunt: paucisq; conceſſis ab uno tyranno patriam liberare; Huic contigit: ut atriginta oppreſſam tyrãnis ſeruitute: in libertatem uindicaret: Iphicrates non tam cumulo & rerum geſtarum magnitudine q̃ diſciplinę militaris peritia nobilitatus eſt: & prẽcelentibus ducibus anumeratus: eiuſmodi enim dux fuit: ut non ſolum ętatis ſuę cum primis comparandus: ſed ne de maioribus quidẽ natu: quiſq̃ anteferendus impr. enĩ & dux ſępe delectus nuſq̃ culpa rem male geſſit: conſilio ſemper inuictus: quo tantum excelluit: ut multa in re militari noua quom inuenerit: inuenta plurima meliora reddiderit: Lyxander lacedemonius prælari magnam ducis; & imp. famam: prẽſentibus: & poſteris reliquit: uerum magis foelicitate: q̃ uirtute partam: Tymolion corinthius: ſine dubio magnus: omnium iudicio: hic hic habẽdus: Nãq; huic uni cõtigit: quod neſcio an ulli: ut & patriam a tyrãno oppreſſam liberaret: & ſiracuſis quibus auxilio erat miſſus: inde inueteratam ſeruitutẽ depelleret: totamq; ſiciliam multos annos uexatam bello a Barbarisq; oppreſſam ſuo aduentu in priſtinum reſtitueret: & quom eſſet: non ſimplici fortuna: cõflictatus id quod difficilius Putatur: multo ſapientius ſecundam q̃ aduerſam pertulit fortunam: Agelinus Rex: &

contemptor ſuperum megentius:ut pote:qui non ſolum hominum ſed deorum ſibi honores expoſceret:in hac quoq; clarorum ducum concertatione:quodam magno Auctore numerandum ſe ſe offert: neciniuria id quidem:Nam ſi naſoni accedimus Clarus erat: ſumptisq; ferox Megentius Armis: Et uel equo nullus:uel pede maior erat:Legimus & Cyrrum grecorum maximis Laudibus celebratum q̄ in expeditionem profectus egiptum in ſua deditione redigerit & omnesq; a ſyrię finibus:ad mare usq; rubrum pertinent gentes: nationesq; ſubegerit: Epaminunde quoq; res ſtrenue geſtę a plurimis omnium anteponuntur uirtutibus Thebas enim ante hunc ducē natum .& poſt eiuſdem interitum:perpetuo alieno paruiſſe imperio conſtat:e cōtra eos:q̄ diu ille prefuerit rei.pu.caput fuiſſe totius grecię:nemo inficias ibit .Exquo ſane ītelligi poteſt hunc unū ducem pluris q̄ nobiliſſimam ciuitatem ſuam fuiſſe maxime quom eius mortem tanta prēter ſeruitutem: thebanorū iactura & perdicio ſubſecuta ſit:ut non amiſiſſe ducem ſuum & columem :ſed ipi cum eo ſimul tunc funditus periiſſe uiderentur:Et quanq̄ homerico preconio exploratum & notum ſit etiam illud achillis & hectoris mutuum uitæ:ac ſaguinis certamen:quod monomachiam appellāt & eā uirtutē: quę ſupra nos eſt:heroicam atq; diuinam preceteris hectorem habuiſſe:neq; proinde uideri mortalis hominis filium eē ſed dei non inepte tamen:quom non homerica:ſed paterna illa cō mendatio fuerit debet achilles hectorem qui uicerit:& uirium:& Animi rerumq; geſtarum prædonio ac dignitate minor haberi:quā & ipſam in aurea capra ita ſcriptam offendes:ſi cor:ſi uires ſi bella requiris achillis: ut paucis expediam:hectore maior erat:Videbis etiam Darethis phrygii:maioris troiani ſcriptoris atteſtatione fortitudinis: & uirtutis achillem fuiſſe .q̄ hectorem:Achillem prętereа iouis nepotem:& thetidis filium uult homerus:Cęteriq; ſine controuerſia poetę:qui homines morum:& uirtutum prędellentia: non ſolum deorum progeniem uolunt:ſed etiam deos fieri:Quod ſi eodē prędone & ſenſu:& decoris feſtiuitate in cęlum tollat:Neſtor Attridas apud ſuos phama claros: & notos furore:Aiaces & dolis & aſtu ulixem reddat:Milciadem Marathone:Themiſtoclem Termophilę predicent:Homerusq; idem: & Maro:ne dum Barbaris: ſed latinis:& graisducibus prędiciendo regem illum:quo iuſtior alter:nec pietate fuit: nec bello maior:& Armis Quicquid deniq;

aliarum gentium preclarę laudis usq̃ extat in unum si conferatur
profecto citra Romanos rerum dominos gentemq; togatã subsistet:
Quo circa sunt;qui suo quodam iure Brẽnum animi magnitudine
& rerum gestarum gloria extollendum putẽt:q; Gallis seruibus
in Militiam sumptis:Romam mundi dominam Armis inuaserit;in
Romanos tanq̃ imbelles impetus fecerit;eosq; sic strauerit;ut non
facile quispiam similem ruinam Romanę militię recensseret;etiam
si roma insuper incensa non foret:uerum ut uicerunt;sic uicti sũt:
ut ad internitionẽ Dollobella duce deleti;ut nullus ex ea gente su-
perfuerit;qui icensã a se Romam gloriaretur; Neq; uero hanniba-
lis res gestę obscurę neq; posteriores erunt; Annis enĩ.v & xx.mi-
nor natus impr.factus proximo triennio:ille uiris;Armisq; nobilẽ
& exercituum seminariũ Bellatricem subegit;Hispaniam.sagun-
tum potẽtissimam urbem Romanis amicissimam;ac foederatã ut ex-
pugnauit;ac obsidione deleuit; Tres exercitus maximos compa-
uit;Altero in hispania cum asdrubale fratre relicto;Altero in affri-
cam misso.Tertiũ ĩ italiã secũ duxit.Cũ hoc exercitu pyrrheneos
saltus transgressus uelut fulmen;quęq; obstantia proterẽs aduẽ-
dam italiã deuastandãq; festinat;nec nisi ferro & sãguine iter sibi
prestruens ad alpes posteaq̃ uenit quę italiam a gallia seiungunt:
& quas nemo unq̃;prẽter herculem graiũ ante eum transierat alpi-
nis gallorum quominus transiret;quanq̃ resistentibus ac tandem
duro marte depulsis;igne ac ferro diruptis rupibus;iuga illa as-
pera inuicta;& in accessa;ac frigore intractabilia ita munit;ut e-
lephanti possent ire onerati;quę antea unus homo inermis uix po-
tuisset irrepere;Quę res ei;& uirtutis admirationem;& immortali-
tatis fidem non paruam contulit;indeexercitũ traducens ĩ italiã p-
uenit; Conflixit apud ticinum cum.P.cornelio Scipione cos.eũq;
saucium repulit a filio pubescente seruatum;scipionis huius colle-
gam tyberium longum.secundum Probum;siue magis secundum
Liuiũ;Sempronium apud trebiam cum ingenti Romanorum cla-
de profligauit;Quom hęc apud placentiam ęquo licet Marte pu-
gnatum;pariq; clade dissessum Maior tamen Romanis;q̃ pro nu-
mero iactura fuit;ut inquit Liuius Quia equestris ordinis aliquot
& tribuni militares & prefecti;non nulli ea dimicatione cõciderũt:
His tot prosperis;ac Lętis successibus elatus hannibal sui fiducię
plenus ad spẽ propositi Armauit Animũ inde plygures apẽninũ

transiens : petit hetruriam : Quo itinere adeo graui oculorum morbo affectus est. ut in posterum Dexteri oculi beneficio nunq̃ bene eque usus est:Hac tamen mala:q̃ detinebatur ualitudine:lectica deuectus est.C Flamminium cos,ardentioris spiritus uirum: q̃ res ipsa postularet:apud transimenum cum exercitu insidiis circũuentum occidit: Neq; multo post.C Centenium prętorem cum delecta manu saltus occupantem:Fuerunt autem hoc in loco:qui in acie ceciderũt Romanorum xv.Milia.T.Liuiui sententia;de multis electa: Aliorum namq; aliter apud quosdam enim uiginti miliũ numerum inuenio:Hostium nõ nisi Milequigentis in prelio cęsis: & hec alia:Romanx R.P.pestis:Motis hinc castris;in apuliam apud cannas quom peruenisset: obuiamq; ei duo Consules.S.Claudius Terentius uarro;Et Paulus emilius sese obtulissent:Varronẽ committendi prelii Temerarium Auctorem: primum turpis fuga corripuit:nec fugiẽtes hunc Amplius q̃ quinquagĩta equites prosequuti sunt:Consulum alter prudens;forti ac honesta morte procubuit:Cum hocq; Questores duo tribuni militum: Vnde xx. Consulares prętores atq; edilicii:Aliquot senatores insuper Lxxx. desiderati sunt:Reliquorum numerus cęsorũ ambigue Traditus uidetur Quod constat;xl.Milia peditum:equitũ duomilia septingenti fuerũt.sunt qui hoslegionarios tantum pedites:atq; equites aliorum ciuium ac sotiorum partem quippe numerũ esse asserant: Quom inde post aliquot dies capuam:q̃ cannas sibi fuisse percelebre est:Reuerteretur.Q.Fab.Max. dictator Romanus in agro ei Falerno se obiecit: Hic locorum angustiis clausus noctu:sine aliquo detrimento exercitus se expediuit:Fabio callidissimo imp. dedit uerba:namq; obducta nocte sarmenta in cornibus iumentoꝝ deligata incendit;eiusq; generis multitudinem magnam discipatã immisit:Quo repentino obiectu uiso:tantum terrorem iniecit exercitui Romanorum:ut egredi extra uallum sit ausus nemo:Post hęc non multo.M.minutium Ruffum magistrum equitum pari ac dictatorem imperio dolo productum:in prelium fugauit:Tyberium Sẽpronium Graccum iterum cos.in lucanis absens in insidias subdu-ctum sublstulit.M Claudium Marcellum Quinquies consulẽ apud uenusiam pari modo interfecit:Cumq; sero tandem ut capuam ipa Romana pressam obsidione liberaret:Et ad tertium lapidem.Aeneẽq; fluuiũ. Castrametatus Portas urbis Accessisset:intra cuius

muros ſolus hoſtiũ emiſit haſtam indignantes: qui ſuperant: Tã-
tum ille licere romani cõs. obuiã egreſſi: & inaciem utrinq; deduc-
tis copiis: parati ad prelium cum eſſent: Illico grando cæli fragore
demiſſa: & ex ſumma capitolii rupe maximo turbine uentoq; in ad-
uerſa hoſtium ora prohibuit: q; poſteaq; bis tentatum Accidiſſet:
Miraculo concuſſus hãnibal dixiſſe traditur: Romam Capiendi:
tunc ſibi animum deeſſe: tunc fortunam: cum q; diu antea In italia
fuerit: nemo ei in acie reſtitiſſet: Nemo aduerſus eum poſt Cannẽ
ſem pugnam in campo caſtra poſuiſſet: His itaq; aduſtitatem ita-
liæ geſtis: Scipio ille Affricanus ſuperior: dum clades patriæ cladi-
bus in Affrica uindicaret: hinc reuocare potuit; & Accerrimũ hoſ-
tem: eum inq; a: quo pater apud Ticinum fugatus fuerat ad bellum
Arceſcere: uincereq; : Quo in bello: Vt ualentior poſtea congre-
deret: Collatis iam ſignis de legibus pacis colloquiũ fecit conditi-
ones: Quumhaud quaq; conuenirent. Tube cecinere: Fit pugna: &
quidem nouiſſima in qua: nec melius inſtrui Aciem. nec Acrius po
tuiſſe pugnari Vt de victore victus ſit: Et de victo itidem: Victor
ipſe confeſſus eſt. Vterq; ingens rerũ taliũ eſtimator: Ceſſitq; tãdẽ
hannibal adeo conſternatus: ut nunq; poſtea reſurgeret: ſcipioniq;
premiũ victorie affrica fuerit: Horũ autẽ duorũ: qui nõ ſue modo
etatis: Liuio teſte maximi duces: ſed omnis ante ſe memorie omniũ
gentium cuilibet regum imperatorumue pares uelut florus inquit:
q omniũ antea: & poſtea ducũ clariſſimi fuere: Vter utro ſit pri-
or habendus impa. Preter ſcipionis cedes. qui magnampartẽ ſce-
leris humani extinxit: atq; perdidit: ut de ſe ipſo apud Enniũ ſuũ:
his uerbis loquitur Si fas cedẽdo celeſtia ſcandere cuiq; eſt Mi ſoli
celi maxima porta patet Hoc unum dictum ſatis erit: Quo iutelli-
gi poſſit: quantus ille impa. fuerit: ſi uerum eſt enim quod nemo
dubitat: ut Po. Ro preceteris uirtute bellica preſidentiam ſibi uĩ-
dicet: Hannibalemq; conſtet potuiſſe eum ſuperare: Conſequens
uidetur ſcipionem tanto non ſolum hunc: uerum ceteros impera-
tores anteiſſe: Quanto po. Ro. Poenusq; hannibal rerum geſtarũ
gloria antecellunt: quod nec tantus quidem hoſtis hannibal ipſe
diſſimulat: Apud epheſum enĩ quo Ambo conuenerant: Alterq;
victus confugeret alter ad antiochum legatus: & Romanus orator
acceſſerat: Quõ hannibal digniorem deambulando locum primus
arripuiſſet: idq; affricanus tã equo tuliſſet Anĩo: ut facile nulla cũ

contentione ea fuerit Ambulatio:Habito poſtmodũ de ducũ præ-
rãtia ĩter eos ſermone:ĩterrogatiq; Scipiõi Quis ſibi ducũ Maximus
uideretur:eorum omnium qui pręceſſiſſent:quiq; ad id uſq; tempo-
ris ſnbſtites fuiſſent:Tũ pęnus philippi filiũ:Macedonũq; regẽ
Alexandrũ profecto primũ: Quem item ſecũdũ ſciſcitanti Epyr
rotarũ regem Pyrrhũ ſubieciſſe:tam illius:q̃ huius dicti rationem
afferendo: Exquirenti porro quem Tertio pręticeret: dubio procul
ſe ipſum inquit:obortoq; riſu: Affricanum tũ adieciſſe q̃ maxim
te faceres:quo ue loco te dignum diceres hannibal:ſi uti ego ſupe-
rior euaſiſſes:Tum ille non ſolum ętatis huius:ſed omnium ſupe-
riorum temporum gentium:ac nationum imperatoribus antefe-
rendum iudicarem: Quo quidem dicto:non obſcurum eſt ſane per
hannibalem innui Scipionem uelut in extimabilem:Cęteriſq; du-
cibus & imperatoribus longe diſimilem anteponendum Seuerus
autem ſeptimus dux: & impa. inclitus:ſimili modo:quum de primo
principum loco ſermo eſſet: Auguſtum ueſpaſianum. T. Traianum
piũ, M. magni pręceteris fecit:Reliquos foemineos: uel uenenatos
nominans Maxime in hiſtoriis hannibalem: Marium Camillum: &
Q. Martium Coriolanum dilexit; ſummaq; laude:ac loco: dignos
cenſuit: interrogatus porro:Quid de utroq; affricano ſentiret:Re-
ſpondiſſe fertur: foelices illos fuiſſe: Magisq̃ fortes:idq; probare;
domeſticam uitã:& iuuentutẽ:quę ĩ utroq; minus ſpecioſa domi
fuiſſet:Non minus etiã laudis & glorie Scipioni naſice:in ocio:&
toga: q̃ in negocio:& Armis utriq; ſcipioni Maiores noſtros tribu-
iſſe percelebre eſt. Ferunt & antigonũ interrogatum. Quis ducũ ſi-
bi optimus uideretur:Repondiſſe Pyrrhum ſi ſeneſceret omniũ ſuę
ętatis ducum ſibi optimum uideri:ſed quanq̃ hic ętatis ſuę duci-
bus duntaxat: eum præferat:ſatis tamen conſtans: Auctore iuſti-
no inter omnes Auctores phama eſt:Nullum nec eius:nec ſuperi-
oris ętatis regẽ cõparandum Pyrrho fuiſſe:Raroq; non inter reges
tantum uerum etiam inter illuſtres uiros aut uitę ſanctioris aut iu-
ſtitię probatioris uiſum: ſcientiam certe rei Mil. in illo tãtam fu-
iſſe ut cũ Lyſimacho Demetrio: Antigono:Tantis regibus Bella
geſſerit & inuictus ſemper fuerit illyriorum quoq; ſiculorum:Ro-
manorum Carthaginenſium bellis nunq̃ inferior: Plerũq; etiam
uictor extiterit; Qui patriam certe ſuam Anguſtam:ignobilemq;
rerum geſtarũ phama; & claritate nominis ſui: toto orbe illuſtrẽ

reddiderit:Bellacissimũ enim regum omnium usq; adeo fuisse cõ-
stat: ut quom ceteri mortales pro gloria proq; imperio. pro salute;
proq; iniuriis pugnare soleant:hic p uoluptate pugnaret:neq; hec
illi maior ex iperio:q̃ ex bello uoluptas erat Adde:q̃ militaribus ar
tibus instructissimus ductandi exercitũ:Ordinandi acies: eligendi
locum castris idoneum:Conciliandi hominum Animos:Rei pace
Belloq; efficacissime:Cæterum ad bellandum:Quærendasq; uictori-
as:q̃ uictoriarum premia seruanda uirq̃ longe melior:Qui uero hãc
ipsam palmam Alexandro Macedonum regi tribuunt: non insci te
id quidem facere uidentur:nec minimis rationibus initi.Hic enim
Rex & impator parua manu: ultraq̃ credibile cuipiam uideatur:
peragrauit orbem: innumeras gentes fudit:atq; subegit:Vigesi-
mum namq; etatis Annum agens macedonum rex declaratus:& ad
bella promptus: ubi Macedoniam:Greciã:& Illirie partem ordi-
ne composuisset: Vltra helespontum in Asiam transgressus:in cã-
pis adrestis: Primo darium persarũ regem maximum expugnat:
Mox phrigia:& Paphlagonia in dictionem redactis:per Angustã
rupium:Dubiosq; aditus Ciliciamq; intrat;que eximprouiso exter-
rita: uictori paruit:darius interea Quingentorum milium Armatoq;
instaurato exercitu:uel ut alii perhibent.cccM. peditum &.c.M
equitum in acie procedens:inter arctas Cilicie rupiũ fauces;com-
misso certamiue:uictus ac fugatus: Terga celeri studio uertit:pe-
ditum LxxxM.equitũ decemilibus cesis:xlM.Captis direptis ca-
stris cum regia matre: uxore:ac tota familia:Sobole etiam uictor
insignis.Hinc ad pfectionem damaschi puectus.ex proximis natio-
nibus legati uenere se suasq; urbes dedentes Siria phœnices.&
Sydon cum maritimis insulis uictori obtemperarunt:Tyrum fe
rociter expugnatã; & uirtus:& fortuna obtinendam dedit: Aliquã
diu obsessa tenedos regi paruit.c.lx. nauium classe deuicta gaza:
decemmilibus hostium cesis:expugnata est:uictricibus Armis ces-
sit: egyptus:& Syrenę:Ceruicem flexere: Ad Iouis hamonis tem-
plum: quem sibi patrem fixerat gentium domitor per Arrida: &
solis adusta uertit iter: Vnde remeans:diuina stirpe se natum uo
luit: Credi haud quaq̃ mortali patre contentus:Reuersus urbem
condidit Quam ex suo nomine Alexãdriam appellat:Hinc aduer-
sus darium. Qui ad arbelam: ignobilem uicum sed persica strage
nobilitatum : ingenti Armorum copia uenerat de integro Arma

Cõuertit:et paribus:utriuſq; ptis:& copiis: & fortuna hinc quoq;
uictor orientis: ſibi limẽ aperuit:ita ut proxime gentes perſides:
& Babylonii paterentur:imperia per difficiles aditus:ethereaq; iu-
ga:ad ſeptentrionem conuerſus:Partos:hircanosq; fregit:Caucaſũ
Montem ad mortis extrema cum ſuis labore deductus.Mareq; ca-
ſpium Cũcta ſternendo ſubegit: Ad flumen Thanaim:& ſcythas
circũtulit ſigna:Et in finibus Aſię partem tenuit:Europe ad ida-
ſpem amnem.Porum indoꝝ maximum regem: quia Armis contra-
dicere auſus terribili prelio uicit: Et quia uictum ſe tam iniquo a-
nimo tulit:ut cibum uulnerumq; remedia reſpueret.Mori uolens
Magnitudine animi delectatus:Alexander in amicis habuit & ho-
noribus Auctum Regnare compulit:Multa preterea cũ aliquot re-
gibus:& exteris gentibus per Indorum longiſſimos tractus pre-
lia geſta ſũt:Tantis illuſtrata uictoriis ſiue grecorũ aſſertiõe con-
tra Romanũ nomen parthorũ glorie fauẽtiũ:ſiue leuiſſimorũ quo
rũdam gallorum.Quos non ueri ſtudium:non fides uerum:non de-
niq; Alexandri amor ullus:ſed Romanorum inuidia:atq; odium ſẽ-
per impulit:inuulgatum ſit eum totũ terrarum orbem peragraſſe
illiusq; ad dominum fuiſſe:quæ opinio quia quorũdam mentes ir-
repſit:minuẽda oĩo eſt.eoq; maxime.quia rerũ geſtarum ſcriptores
aliqui.& quidem non incelebres uident in hanc ſententiam trahi:
Primum itaq; ĩter ceteros Annei ſenece. de Alexandro illud At-
tingam Alterius rei ſuæ.& loci huius.& dicti memoria licet polle
ret.Eximia reor obliti Agebat inquit in foelicẽ furor aliena uaſtãdi
& ad ignota mittebat An tu putas Sanum qui a grecie primum
cladibus:in qua eruditus eſt incipit. Qui quod cui optimum eſt
eripit.Lacedemona ſeruire iubet.Athenas tacere non contentus
tot ciuitatũ ſtrage Quas aut uicerat philippus.aut ĩteremerat.A-
lias alio loco proiicit: & toto orbe Arma circumfert: nec ſubſiſtit
uſq; laſſa crudelitas immaniũ ferarum modo:Quæ plusq; exigit fa-
mes mordent:iam in unum regnum multa regna coniecit:iam gre-
ci perſeq; eundem timent:Iam etiam a Dario libere nationes iugũ
Accipiunt:Hinc tamen ultra Occeanum ſolemq; indignatur:Ab
herculis liberiq; ueſtigiis uictoriã flectere:ipſi nature uim parat:
nõ ire ille uult ſed nõ poteſt ſtare:non aliter q; in preceps deiecta
pondera:Quibus eundi eſt finis Iacuiſſe:Quod a tanto uiro tãq;
preclaro dictum miror.Nec minus & illud iuſtini uniuerſũ terraꝝ

orbem: Vtrũ ſit mirabilius: quia uicerit: An Aggredi auſus fuerit incertum eſt. Nota enim hęc ſint licet tamen illud tam ciuitati: dei nec minus incognitum eſſe debet. Quantalibet autem fide rerum uel iſte uel Trogus inquit ſcripſerint: Addo his ego & quem diximus ſenecam: Quędam tamen illos fuiſſe mentitos fideliores litterę oſtendunt: Quom non Romam quę florere iam cęperat Aut italiæ oram ullam ſed nec germaniã: nec Brytãniam: nec hiſpaniã: Galliam: uel affricam: per ſe ſe: aut legatos unq̃ adierit ne dum uicerit: Quid ergo orientem adiit: orientemq; uicit: Vnam Alexandri Epyrenſis regis & huius Auunculi ſententia ex omnibus uinci facillimam mundi partem: Quod ſępe alibi idem Auctor ait: & ut. Q. Curtii hunc eundem regem ſtilo nobilitantis uerbis utar: Ab hele ſponto uſq; ad occeanum omnes gentes uictoria emenſus utq; in queſtionibus naturalibus inquit Seneca imperium ex angulo thraciæ uſq; ad orientis terminos protulit: Quanq̃ quod conſtat ante alias carthagini infenſus ſubacta aſia in affricam migraturum minaretur: Et forte cogitaret inde ad gades herculeas: & hiſpaniã trajecturũ: Ac porro inde per Gallias ſecus alpes & italiam in epyrrũ: atq; macedoniã reuerſurum Sicq; nundum alterã ſortem adortus exceſſit e uita: nec aliter ut ille inquit q̃ Babilone ſua parthoq; uerendus: Nã ſibi libertas unq̃ ſi redderet: orbem ludibrio ſeruatus erat: non utile mũdo: Editus exemplum eſt. Et q̃ diu fuit de hoc ipo quem modo diximus alexãdro & philippo patre Ac macedonum Rege inter doctiſſimos de utriuſq; preſtãtia diſceptatio non leuis Et quanq̃ magno ſe iudice quiſq; ex ſtrenue ante actis tueri poſſit: Philippum tamen uirtute uiribus Animi Magnificentia: Fide Rerum moderatione: Rebus geſtis: & gloria ſupatum a filio: Facilitate uero humanitate: Conſiliorum prudentia: Frugalitate: ſolertia: Verborum deniq; ac orationiscultor: Alexandro ſuperiorem fuiſſe non dubium eſt: Et licet Regum clariſſimus Teſte iuſtino ſit: Alexander clariorem tamen inquit Liuius eum facit q̃ unus fuit q̃ adoleſcens: q̃ incremento rerum: nondum alteram fortunam exptus deceſſit: Philippum autẽ Alexandri patrem Theophraſtus tradit non ſolum genere & Dignitate Regia: ſed etiam & fortuna: & moribus maiorem cęteris regibus moderatioremq; extitiſſe: Sunt q̃ hoc decus ĩperii. Gn. Pompeio Magno ob res ab eo pręceteris magnificẽtiſſie geſtas deferẽdũ putent: Maximũ enĩ & ſplẽdidiſſimũ

fuit: Quod Romanorum nemini antea contigit; ꝙ Tertium etertia uniuersi orbis ꝑte triũphũ duxit. Nam licet tresex hac una ꝑte triumpharint: ipse tamen primum ex affrica secundum: ex Europa Tertium hunc ultimum ex asia ducens triumphum quodam quasi modo uisus est ex uniuerso Ambitu orbis triũphasse: Ex quo autẽ genere gentium seorsum triumpharit ex his quę subiiciemus licet agnoscere: Erant quippe regionum illarũ nomina huiusmodi: pontus; Armenia; Cappadocia; Paphlagonia; Media colchis: Hyberia Insula; Albania. Syria: Mesopotania: Prętera hi qui Circa pheniciam: & Palestinam incolunt: Iudei; Arabes; In orientis etiam partibus Ac cilicibus: & Isauris Pyratis latronibusq; superatis: sui nominis inter Ciliciam & Isauriam condidit urbem; inter hæc Tropheis etiam suis quæ statuebat; in pyrrheneo Annotantur Octingentaseptuaginta vii. Oppida; ab alpibus ad Hispaniæ ulterioris finem in deditionem a se redacta: Ciuitates ferme nonĩgẽtę: Pyratice naues viii.c. Captiui post principes Pyratarum in triumpho ducti; Tigranes Armenus Tigranisq; filius cum uxore filiaq; ipsius regis: Rex iudeorũ Aristobolus; Mitridatis soror cũ liberis quinq; fusis fugatis; Occisis; in deditionem acceptis; Hominum centies uicies semel lxxxM. Nec huic quidem. Gn. Põpeio ad hæc tanta tamq; pręclara facinora uirtus aut Ratio suadebat; sed insanus Amor magnitudinis falsæ Quod si modo ut in hispaniã; modo in truce lepidi motus: & Alpina Bella; modo ĩ sertoriana Arma; modo ad colligendos pyratas: Maria ac tot uaria Pacãda proficisceret: Causæ per eum prætexebãtur ad continendã potentiam: Quid illum ergo in Affricam Quid in septentrionem: Quid in mitridatem; & omnes asiæ angulos traxit: Nisi ĩfinita Cupido crescẽdi: Quũ sibi uni parũ magnus uideretur: Quid Cęsarem in sua facta pariter; ac publica ĩmisit; nisi gloria & eius Ambitio: Et nullus supra ceteros eminendi modus; quom unũ ante se Cęsarem ferre non posset: Cuius e contrario si quispiã similimõ uelit percensere res fortissime gestas: obquas Deus est a ueteribus appellatus Immensum & infinitum quippiam aggrediatur necesse est: Huic enim primũ cũ bellũ helueciis fuit; Gallorum omnium fortissimis: Quibus tantus ne dum pugnãdi Ardor sed Rabies erat ut patria profecti xvi. eorum urbibus: uicisq; cccc. ab se concremantis: ne qd his Desiderii foretex spe reuertẽdi ulterius ꝑ Romanos

Terras:obſtinati magis in omnem fortunam migrarent: Quemad
modum antea Cymbri & Theotones:Quibus non audacia nō for-
titudīe ulla ex ꝑte īferiores erāt. Horū plane multitudo numerusq;
ceterarū gentium: Quę auxlio illis exierant:in tabulis æneis: Quę
in caſtris inuentæ ſunt dictu mirabile:lrīs græcis in ſcriptus erat:
Fuerant autem omnis generis hominū capita ccc.lxviiiM.ex qbus
nonaginta & centum bellaciſſimorum erant: Quos omnis quum a-
pud Rhodanum fluuium obuiā cęſar habuiſſet:Magno difficiliq;
bello bis uicit: victosq; ad deditionem coegit:Germanos etiam cū
eorum Animos ſortilegarum uaticinia mulierun non cōmittere prę-
lium ante ſinerent:q̄ noua luna fulgeret: Congredi ſatius eſſe du-
xit trepidātibus:q̄ idoneum illiſ tempus expectantibus. Facto itaq;
in eorum munitiones & tumulos impetu non ante ſtimulare & in-
ceſſere deſtitit q̄ ira deducti pugnā capeſcerēt: His in fugā uerſis
Quorum fertur numerus cccc.lx.milia fuiſſe:Cęſar ſtadiis cccc.ad
uſq; Rhenum perſequens cadaueribus ſpoliisq; referſit:Cęſorum
numerum lxxxM.fuiſſe perhibent:Inde confluentis rheni bis diſ-
iunctiſſimas ripas ponte coniunxit:Et primus Romanorum Armis
germaniam inuasit: Verum Barbari ſyluas petere properarunt ac
paludes non auſi certare quod pro uictoria fuit: Hinc Arioniſtum
germanorum inſolentiſſimum ducem uno prælio uicit ac expulit
idem cōtra ferrociſſimos & Bellaciſſimos neruios & Atrebates:qui
denſiſſimas īcolunt ſyluas duxit exercitum ubi igitur in profun-
diſſimo nemore filios ac ſuppelectilem q̄procul ab hoſte collo-
caſſent: Cum lx.milibus Armatorum contra cæſarem repentinos
fecerunt impetus: eumq; caſtra locanten:prelioq; abſtinentem of-
fenderunt:Et uerſo in fugam equitatu vii.& duodecimā legionem
circūueniētes:uniuerſos trucidabāt centuriones:Quod niſi Cęſar
correpto ſcuto & his qui coram ſe pręliabantur detentis inter
Barbaros irruiſſet:Ac ſubinde quodam ex tumulo decima legio
per hoſtiles irrumpens acies piclitanti ſuccurriſſet:neminem eua-
ſurum incolumē liquet:At uirtute Cæſaris& Audacia ſupra uires
ut dici ſolet decertantes:Haud tamen neruios dare terga coegerūt:
Verum fortiter oppugnantes obtruncarunt: Ex lx.enim milibus:
Quingentos euaſiſſe traditur:Hinc deditiones urbium ad extre-
mos uſq; Occeani Terminos cōſecutę:Adriaci eodē īpetu fortunæ
profligati ad quattuor milia cęſa:L.Milia uenundata cum uenetis

Qui ad occeanum terram incolebant nauale prælium & memorabi-
le fuit: & hi quoq; uicti & Armis superati equitanorum qui ad de
fensionem Cum finitimis coniurarant: fuit & Bellum ei cum belgis
una cum germanorũ Auxiliis: Horum copię ad cc .lxxii. M. lectis-
sima numeratę sunt. Quibus repente e syluis erumpentibus milites
Cęsaris eos excipientes: summa quidem arte obstando ad interem-
ptionem deleuere: quousq; ad sua remeare compulissent: domuit
præter hos omnẽ galliam: quę inter alpes flumẽ Rhodanum: Rhe-
numq; & occeanum est: & circuitu patet ad bis tricies centenamilia
passuum in ea siquidem nec totum belligerans decenniũ octingẽta
uiribus coepit oppida: Trecentos subiugauit populos: Aduersus
trecentas partim instructas miriades: Centum quidem ferro cęsis:
totidem uitæ reseruatas habuit captiuas: corpore Armis: spirituq;:
Terribilem nomine etiam quasi ad terrorem composito uercingẽ-
toricem aluernũ galliarum regẽ fortuna multis sepe magnis preliis
atq; conatibus retentata: Post aliquot certamina horrida hinc inde
uario discrimine gesta: in allexia oppido uallo xi. milibus passuum
circũducto concluſit: Donec cc. xlviii. milium Armatorum exercitu
congesto auxilio regis ferme tota gallia surrexerat: & hi quoq; cæsi
fusi: fugati: Qui potuere ad sua remearunt Rex ipse nouissime in
deditionem redactus: Maximũ & Ampliſſimum uictorię decus de-
posito omni fastu supplex: cum in castra ante cęsaris genua Paleris
abiectis & Armis: Habe inquit fortem uirum uir fortissime uicisti:
inde quasi hic terrarũ orbis non sufficeret Alterum cogitaui: & in
Brytanniam transuectus: Cui ne nomen quidem Romanorũ antea
cognitum erat: & de qua non parua etiam inter scriptores & hy-
storicos contentio est. cum eam non re sed uerbo solum ac nomine
fictam nusq; extare contendant subiugare adortus est: Huiusq; faci-
noris audacia: magnam illi gloriam peperit Primus namq; occiduũ
classe ingressus occeanum perq; athlanticum pelagus ad belligeran-
dum trãsportans exercitũ Annauigare coepit: Mira Celeritate trã-
suectus: Armaq; & obsides Accepit: a trepidis & ulterius isset: Ni
improbã classem naufragio castigasset Occeanus Reuersus igitur
in galliam classe maiore: Auctisq; ad modũ copiis in eundem rur-
sus occeanum: eosdẽ brytannos sequutus ẽ Qui tandem expugnã-
ticũ regibus uictoris iugo ceruicem flexere contentus his non enĩ
prouĩcię sed nomini studebatur cũ maiore q̃ prius pręda reuectus

est .Triumphauit quater ut testes fere omnes Auctores sunt;Vt certiores quinquies:Primus triumphus fuit de gallia: atq; hac ipsa Brytannia:isq; omnium clarissimus:secundus de egypto: Tertius de Farnace & ponto:Quartus de iuba & affrica: Quintus de hispania:Ego uero Adderem sextum de massilia nisi quia forsitam iste triumphus subgillico continetur:Nam de massilia illū triūphasse haud quaq; est dubium cuipiam:qui Accerrimam illam Ciceronis de Cęsare loquentis querimoniam in libris officiorum legerit;Vexatis inquit ac perditis exteris nationibus ad exemplum Amissi imperii portari in triumpho massiliam uidemus & ex ea urbe triūphari:sine qua nunq; nostri ĩperatores ex transalpinis bellis triūpharunt prælia deniq; plura gessit q̃ recensere quispiam possit; Huius nunq; ductu ut ab illustribus quibusdam traditum est auctoribus: Vndecies centies triginta & duomilia:uel ut ab aliis undeciescentena nonagintamilia hostium cęsa sunt:signis collatis bis & quinquagies:uel ut alii quinquagies tantum dimicauit.M.Marcellum solus transgressus:qui nouies & tricies: uel ut alii atq; alii quadragies nouies:pari pene modo fuerat preliatus:Quid cętera eius gesta prosequar his tot bellis exactis:tot laboribus exanclatis Quos ne dum pati: sed scribere sed legere sed audire difficile est: Victor cęsar:Romam rediit urbemq; uacuam ingressus dictatorem se fecit:Negatamq; pecuniam exærario publico fractis foribus ĩ uasit: Postea pompeium insequutus infinitas eius copias campis farsalicis fugauit: Inde uicto & fugato in ægyptum pompeio cum Alexandrinis Terraq; mariq; ingens Bellorū ei negocium fuit demū Absūpto fluctibus rege uictor Cęs Cleopatrā gentis reginā relinquens per Syriam profectus:restituto in regno minoris Armenię Deiotaro: Pharnacem Bello uictū ponti regno priuat:inde tenuit Affricā:Et post aliquot clarissima bella unice gesta:Tres duces pris Scipionem:Iubam regem:& Iabienum Prostrauit;Cato utice sis ultro repetitum gladio pectus traiecit;Victor ad italiam cæsar redit:Mox ad hispanias conuersus:Apud mundā Ancipiti euētu CN. & sextum magni filios expugnat xxxM.Pompeianorū cęsis: obtruncato Gneo;Quantum autem his bellis Romani Sanguinis fuderit nolunt Annotari;ad summū ueste põtifex creatus:relatusq; est in numerum deorum;non modo prĩcipum Auctoritate sed opinione etiam populari; Nam ludis quos ibi augustus Cęsar heres

eius instituit:Crinita stella:septem continuis diebus circa undecimam horam lucis efulsit; persuasumq; credule plebi; Cæsaris esse Animã i celum transmissi:huius stellæ & uirgilius poeta Meminit in bucolico carmine;Et simulachrum ipsum Cæsaris in iudicio est;cuius in uertice stella ẽ;Post hęc numidici lapidis colũna in eodem loco posita.xx. pedum altitudine parenti patriæ in scriptione addita;adquam sacrificare & uouere;& iurare per Cæsarẽ diutius obseruatum est;sed clari sint licet illi quos ãte diximus: Clarus scipio: cuius consilio; atq; uirtute:Hannibal in affricam decedere coactus est;Ornetur & alter Scipio affricanus;qui duas potẽtissimas urbes imperio Romano infestissimas Carthaginem:Numantiãq; deleuit;Habeatur uir egregius.L.paulus ille;cuius Currum rex potentissimus quondam & nobilissimus perses honestauit: sit eterna gloria Marius.Qui bis italiam obsidione; & metu seruitutis liberauit;Miris tollatur in celum laudibus;qui cum uel dictatoribus uel cõss.Macedonum Rege Alexãdro in italiã traiecturo erat dimicandum.M.dico ualerium coruum;Caium Martium Rutilium Caiũ Sulpiciũ T.Mãliũ torquatũ .Q.P.Philonem.L. papyrium cursorem.Q .Fabium Max.duos decios.L. Voluminiũ.M. Coruum longa belli experientia.Philoppemenem celebret: Anteponatur omnibus pompeius:cuius res gestę; atq; uirtutes hisdem quibus solis regionibus cursu;ac terminis continẽt.Iulliustamen Caes.in rebus bellicis nec illis;ne his profecto;nec ulli hominũ secundus fuisse memorabitur;ita nanq; de eo per Eutropium scriptũ est;Vir quo nemo unq̃ bellis magis emicuit;de huius etiam bellica uirtute atq; prestantia; & si Abunde sit dictum;non est tamen omittendum Aliud Ciceronis testimonium; Qyod uulgatissimum; omĩbusq; notissimũ sit;tamẽ & clarissimũ est;simulq; uerissimum; Soleo sepe iquit ante oculos ponere;idq; libẽter Crebris usurpare sermonibus omnes nostrorum imperatorum;Omnes exterrarũ gentium; potentissimorumq; populorum; omnes regum clarissimorum res gestas. nec contentionũ magnitudine;nec numero prẽliorum; nec uarietate regionum; nec celeritate conficiendi. nec dissimilitudine bellorum posse conferri;nec uero disiunctissimas terras citius passibus cuiusq̃ iam potuisse peragrari;q̃ tuis;nõ dicam cursibus sed uictoriis illustratę sunt;neq; enim ut alibi idem Cicero inquit; si tuę res gestæ cęterorum laudibus obscuritatẽ Attulerint;idcirco

CN. Pompei memoriã Amiſsimus: Quantum nomen ipſius fuerit Quantæ opes: quanta in omni genere Bellorum gloria: quanti honores po. Romani: Quãti ſenatus: Quanti tui: Quis ignorat: Tãto ille ſuperiores uicerat gloria: Quanto tu omibus prętitiſti: itaq; CN. Pompei bella: uictorias triumphos: Conſulatus: Admirantes numerabimus tuos enumerare non poſſumus: Et quoniam in quo maxime conſtet hæc ducum pręcelentia immenſę queſtionis eſſe ſolet: Plutarcus tertiuseodem clariſſimus teſtis Accedat: ſummoꝝ inquit uirorum & clariſſimorum Ducum neminem huic Bellatori Imperatori pręponendum cenſeas: Nam ſiquis Fabios: ſcipiones Metellos: & ætatis ſuæ: & paulo ſuperiores duces. Syllam: Mariũ: Vtrũq; Lucullum. & ipſum deniq; Pompeium: Cuius oĩmoda in re militari uirtus Et gloria ad cælum uſq; pfloruit compãdos duxerit: eos profecto: Cęſaris geſta ſupant: Quod ſi pter hos alios quoq; quoſdam intueri libet: Tarquinum ſuperbum: Regulum: Fabriciũ Curium: atq; Camillum: Oratio Flacco quarto etiam grauiſſimo teſte Micat inter omnes Iulliũ Sydus uelut inter ignes luna minores: Ouidius quoq; ad hæc; nec ſpernendus nec ſubticendus auctor in faſtis: Magne tuum nomẽ Rerum eſt menſura tuarum: Sed qui te uicit nomine maior erit: Deniq; ſolini ultimi teſtis uerbo fretus ut omnes huius impe. laudes complectar: quantum inter milites Sicinus: Aut ſergius: Tantum inter duces: immo ut uerius dicam inter homines omneſ Cęſar dictator enituit: Catonum deinde: Si nobis inter maximos duces ſermo habendus: impauidus profecto & inter hos duos Cęſarem & pompeium ĩceſſens erit: Vticenſis ille ciuili ſe bello inſerens: huic enim obuium non alium quãpiam aſſignauerim: Altius certe nemo progredi potuit: q̃ qui ſimul in illa rei pu. trepidatione cõtra utrinq; ſe ſubſtulerit: Et aliis Cæſarianas opes: aliis pompeianas ſibi uouentibus utroſq; contempſerit: puocaueritq;: Ac oſtenderit eſſe aliquas rei pu. partes eleganter & compoſite: Etiam Criſpuſ Saluſtius cõmemorat illam rem pu. non habuiſſe quẽpiam uirtute magnum: ſed memoria ſua ingenti uirtute: Et diuerſis moribus fuiſſe duos Magnos & pclaros uiros M. Catonem. C. Cæſarem: Alterum ſeuerum clæmentem: Alterũ cõſtantem: illum hunc facilem: illum nihil largientem: hunc affluentem copiiſ omĩbuſ: in huiuſ ẽt laudibuſ poſuit: quod ſibi magnũ imperium: Exercitum bellum nouũ exoptabat: ubi uirtus eniteſcere

posset:ita fidebat in uotis uirorum uirtute magnorum: ut exercitaret in bellum miseras gentes:& flagello agitaret Bellona sanguineo:ut esset ubi uirtus eorum enitescereț:in alterius autem cõmendatione: si Animo complecti uolueris eius imaginem: Animaduertes Attridem: Priamũq;:& Seuũ Ambobus Achillem:utrũq; enim improbans hanc ueram de utroq; tulit sententiam Ait enim si se pompeius uicerit: Exulaturum:si Cesar:Moriturum: quod cum uictore Cæsare mature paret: Admirari libet illius ultimũ uulnus ac nobile letũ:Per quod ut Seneca ĩqt: libertas Amisit Animam: utq; omnem deniq; uiri & ducis huius dignitatem in unum cõgerĩ Pariter & gloriam Alterius Romanę scriptoris hystorię sententiã fretus: Si ueris magna paratur phama bonis:Et si successu nuda remoto:inspicitur uirtus quicquid laudamus in ullo Maiorum fortuna fuit. Quis marte secundo Quis meruit tantum populorum sãguine nomen. Hunc ego per Syrtes:Iybesq; extrema triumphum Ducere maluerim:q̃ ter capitolia Curru scandere Pompei q̃ frangere colla iugurtę:ecce parens uerus patrię. Dignissimus aris Roma tuis:per quem nunq̃ iurare pudebit:& quẽ si steteris unq̃ cer uice soluta: Nunc olim factura Deum: Alterius & Primi Catonis illius portii: Domi:Foris:& militię:laudum plena sunt omnia:egregium enim & summum pręter sapientię nomen: in qua nulli mortalium cessisse creditum est: Magna hic:& ingenti litterarũ illius temporis peritia Ac eloquentię claritate fuit: nondum enim latinę linguę splendor ad summum & ultimum dignitatis suæ culmen ascenderat: Quod sub Cicerone factum esse uult Seneca:censura & Triumpho similimodo cęteris nec inferior pręceptis omnium rerũ expetendarum: Ac seorsum rei Militaris datis generi Romano: iter prima uero agricollendi illius ævi confessione sine Aemulo Agricola optimus fuit:& quęstor fortissimus Iustissimus prętor: Tribunus militum pręcellens: Tres quoq; res in homine summas prędistisse legitur ut optimus scilicet Orator:optimus senator:& optimus imperator existimatus sit:Quas omnis & si non prius: Attamẽ clarius fulsisse in scipione Aemiliano non dubium est: summa etiam preter illa quę diximus uirtus Catonis Consulis in celtiberorũ bello fuit:Quippe qui plura se oppida cępisse:q̃ ĩ hispania dies egisse cõmemorat: eaq; haud sane iactantia est:si re uera Quadringenta fuere:Fuit & fertur summa quędã inter Cæsarem &.M. Antoniũ

Comparatio: Nam cum ludis relaxandi Animi gratia Ambo per-
ſæpe occuparentur: ut Aleis: Aut perdicum: uel gallorum certa
mine: & aliorum Animantium: ſemper ab Antonio abiiſſe victorẽ
eum conſtat: unde non ab re: Quidam ex conſuetis augurio ſæpe-
numero monuiſſe eũ his uerbis uſuesſt: Quid rei eſt tibi Antoni:
cum illo adoleſcente Cęſarem iudicans fuge ipſum clarior enim li-
cet ſis & ſeueriori dignitate plurium Domineris. Bellisq; magis in
ſudaueris & plurimarũ rerũ uſu excellas: Tuus tamen genius tuũq;
fatum huiuſce genium: fatumq; reformidat: tuaq; fortuna in ſe ipa
per magna: pręclara licet ſit: illius tamen fortunæ uſquequaq; blã-
ditur hęrent ĩ poſterioris affricani dicto vii C. Marii conſulatus: ĩ
mo re uera uon ſeptem: Sed unus: quum cæteros pręter unũ minus
acceperit: Sed rapuerit: Inherent & duo ſpecioſiſſimi triumphi
Nam quom apud numantiã ſub eo duce equeſtri ſtipẽdio mereret:
& forte ut fit: intercenandum quidam Scipionem interrogaſſet:
Siquid illi accidiſſet qui quęnã res pu. ęque magnũ habitura eſſet
imperatorem: Reſpiciens ſe ſupra ipsum mariũ cubantem: uel hũc
dixit: quo dicto: perfectiſſima uirtus maximam oriẽtẽ uirtutem ui-
derit: ne an certius acciderit perpendi uix poteſt. illa nimirũ cęna
militaris ſpecioſiſſimas tota in urbe futuras cęnas maior ominata
eſt: Quum enim poſt affricam Subactam iugurthamRegem ante
currum ductum: Theotonicorum exercitum deletum per Marium
conſtet ac porro. cc. M. Cymbrorũ cęſa. lxxx. M. per eum capta
cum duce Thermodo ĩ initio noctis nuntium retuliſſe: Nemo fuit q
non illi tanq; diis immortalibus apud ſacra menſę ſuæ libauerit:
ſubit in hac reputatiope. M. Claudius Marcellus: qui primus han-
nibalem uinci poſſe docuit ingentis ardentisq; animi uir bellator
acerrimus unus ex paucis: inq; omni clarus hyſtoria. ſed inprmis
uirgiliano carmine nobilis: Sic enĩ de hoc loquẽs ait: Aſpice ut in
ſignis ſpoliis Marcellus opimis ingreditur: uictorq; uiros ſupere-
minet omnes. Plura quidem uiri huius & Ducis in laudẽ dici po-
terant: plus autem hand quaq̃: Quid eſt enim homini: Et quid eſſe
poteſt amplius: q̃ omnes excellere: Quanq̃ id uirgilus non tã ueri
ſtudio dixerit: q̃ laudandi illum alterum grã qui hũc ibi ſequitur:
Marcellum Octauię ſororis Auguſti filium: multos enĩ iſte: Sed o-
mnes: haud dubie nou excellit: Non indignabũt ſuperiores Roma-
norum exterarum gentium præter hãnibalem duces: Si inter eorũ

eximiũ fulgorẽ. Q. Fabius. Max. Si iterum immiſcuerit: tũ q̃ romani generis prudentiſſimus habitus eſt: Nondum enĩ Cato cenſorius phamæ huius primũ locum p̃occupauerat; tum quod huic ipſi Cato idem apud Ciceronem clarum magnę Sapiẽtię ac uirtutis teſtimonium prębet: Apprime autem honeſtatus eſt illo Ennii carmine notiſſimo: Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem: nõ hic Rumores ponebat ãte ſalutẽ: Ergo poſtq; magisq; uiri nũc gloria claret: Nota ſũt Reliqua quibus hoc phamę decus maximiq; cognomẽ iure ſibi debitum etiam ſi ab eo ortum eſſe cenſeri poſſet: & quãq̃ huius uiri plura conſilia q̃ prędia memorentur non deſunt tamen prędia & ad ęquãdã aui gloriam Fabii maximi Rutiliani Qui haud dubio uictoriarũ numero & magnitudine prędiorum ſuperior fuit; Vnum hoſtem hannibalem: quem mora & Pacientia fregit ſatis eẽ uult: Liuius: inter Romani ducis laudes Magnum hoſtis & ſingulare prędonium Q. etiam catullum in hoc ſummorum imperatorũ numero & prędellentia po. Ro. uoce ſua ad Sydera uſq; prouexit; Nam quom ab eo pro roſtris interrogereẽ: ſi in uno Pompeio magno omnia Reponere perſeueraret: Aſſumpto illo ſubiti caſus in curſu: inquo ſpem eſſet habiturus: ſummo conſenſu acclamauit: in te iudicioq; tali magnum Pompeium cum omnibus ornamentis quæ Pauloante retulimus duarum Syllabarum ſpacio incluſũ Catullo ęquauit: Merito etiam horum cõmemorationi prędipuum. L. Mar. inuſitati decoris exemplum adiicitur; Quem equitem Romanum duo exercitus p. & CN. Scipionum interitu: uictoriaq; hannibalis lacerati ducem legerunt: Quo tempore ſalus eorum in ultimas anguſtias deductum: nulli ambitioni locum relinquebat Adiicietur & aliud plurimum maximarum optimarumq; rerum. L. Metelli unicum exemplum Pontificis inprimis bis: deinde conſulis: Dictatoris: Magiſtri equitum: Agris diuidendis: xii. uiri. ſũmi Senatoris; Oratoris optimi: Primarii bellatoris: imperatoris fortiſſimi. ſapientiſſimi: Deniq; & ditiſſimi clariſſimiq; in urbe ſua Ciuis: quæ ſibi ſimul ſoli contigiſſe nec ulli alteri ab urb. con. ſatis conſtans opinio eſt: Alterum. L. Syllam qui foelicitatis nomẽ aſſerendum ſibi putauit: neq; laudare: neque uituperare: quiſq̃ ſatis digne poteſt: Dũ enim quęrit uictorias ſcipionẽ ſe po. Ro. quũ exercet Seuiciam: Hannibalem repræſentat: Auguſtus etiam Rariſſimum uirtutis ornamentum ſe inter ſtrenuiſſimos: foeliciſſimosq;

duces & principes digne quidem enumerandum tradit:decimum enim & ſeptimum Annum Agens compatis exercitibus.hyrcio.& Panſa conſſ.Aduerſus.M.Antonium;& Decium Brutũ tunc mutinæ obſidentem: pro prætore miſſus;Primo licet conflictu Parũ proſpere geſto: interempto Panſa; Et ſecundo prelio exanimato hyrcio;Ferox iuuenis ſuperſtes deuictum fugauit Antoniũ;Romamq; reuerſus Senatui ſe inuiſum quom uideret: Aduerſus ingratiſſimos Ciues Cum lepido;& Antonio ſe coniunxit;Vbi cõſ. creatus;Relicto lepido.Cum.M.Antonio interfectores Cęſaris caſſium & brutum inſecutus in greciam:Tenuit Emathiam:Poſtremo vi.& Armis ſuperati paricide ĩter tres uitos tripartito: ĩpio Aſiã tenuit Antonius;lepidus Affricã Octauianus europam;Hæc inter .L.Antonius conſ.M. Antonii frater urbem hoſtiliter inuaſit: imperioſum iuuenem oppræſſurus;Quem prelio uictum ac fugatũ Peruſiæ obſeſſum inpellente fame uiribus ſuis Octauianus ſuccũbere coegit;inde ſextum pomp. Magni filiũ; qui infeſtatione Pyrathica;unde maria terrore compleuerat Trecentarum nauium claſſe toto mari diſperſa expugnatum reddidit in fugam uerſum eodemq; ſucceſſu cum lepido;qui ex affrica multudine Armatorum uenerat:Occaſione data;in Siciliam conflixere;ibiq; uictor miſere uitam imploranti remiſit; Ad adriaticum litus profectus;illiricos; liburnos;Dalmatas uincere maturauit Ad Actium deinde græcię promontorium; Vbi cum Regina cleopatra ducentarũ nauiũ claſſe.M. Antonius uenerat Armis petiturus italian;Ad ſummũ cladis terreſtri naualiq; prælio certatum eſt;Deniq; Auguſto uictore Antonius cum Regina infauſta uela in egyptum dedere;Octauianus eum inſecutus;penes ipſum farum deleuit;uictor ad italiam profectus;Bis ouans;poſt phillippenſe rurſus;poſt Siculum bellũ De dalmacia;ſiue illiria;Deq; ad actium uictoria;& Alexandrina; Triplici Curruli triumpho;Continuoq; triduo urbẽ introiit; clauſo iano pacis indicio;Cęterum diutius quieſcere non potuit;Rebellione gentium concitus; Recluſo igitur iano.ad hiſpanias;extremaq; occeani littora traductus;cantabros;& Aſtrues ſubiugo Romano ceruices reflectere coegit;Et totam peruagatus prouinciam;Terrore Armorum docuit ſeruare Mandata;ſarmathe ſimul & Parthi; qui intra ſeptentrionem & ortum ſolis terras incolunt Ad auguſtũ ſe ad obſequia paratos miſerunt;Tygranem ĩ Syria

Ac.C. Auguſti legato uictum: poeniturt defeciſſe: Ad orientem deinde per legatos omnibus pacatis ex occiduo littore & hiſpania Romam Reuectus Ianum de integro clauſit:Quem paulopoſt refe. rare opportunum fuit:inq; Articum polum ire coactus:ubi fero ciſſime gentes contrafacere auſæ erãt:ideoq; uindelicos.Sallaſſos: Germanos Marcomanos:Sueuos: Sicambros: Et quicquid citra ultraq; rhenum Danubiumue Barbaries effera ſpectat ſic perdo. muit ut enixe paterentur imperia:Ad meridiẽ conuerſus Getulos uicit Garamãtes:Et Marmaridas: Et quicquid ad auſtrũ paccãdũ reſtabat compoſuit: Nec eſt de reliquis prouinciis aliqua: prẹter Affricam:& Sardiniam: Quam non ille adierit ſine exemplo rerum potitus: totq; demum ſubactis: Romæ quom eſſet: tertia Mariq; pace parta:Ianum Quiritium tertio firmauit:Et perpetuus dicta. tor:Ac patriæ pater factus eſt: foeliciſſimus omnium principũ nec dum aliorum: ſed ſuo etiã iudicio habitus eſt: Nam quom nepotẽ in militiam deſtinaret:a diis optauit:ut illi fortitudinem Scipioñs: Beniuolentiam Pompei: Suiq; ipſius fortunam darent:ueluti ſibi ipſi per maximum opus fuiſſe fortunã diceret:Præter ipſius for. tunam:Similem ei deniq; Ducem:ut nulla unq̃ tempora tulerunt: Sic nulla ferent.po.Ro. ſententiæ ſi credimus:Grauiſſimiq; poetę Flacci dicentis:pręſenti tibi Maturos largimur honores: Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras: Nil oriturum alias nil ortum tale fatẽtes Sed tuus hic populus ſapiens:& iuſtus in uno:Te nr̃is duci. bus:te grais anteferendo: Hæc de ducum præſtantia: ſuperioris ęui pauca quędam Attigiſſe ſatis ſit:Nino:Libero: Caſtore:Pol. luce: Herculeq; de induſtria omiſſis:ea enim eos ſingula amplitu dine fuiſſe ſinguli fatentur: ut omniumque memoria hominum complexa eſt:res geſtas ſuperare uideantur:Quiſquis uero tantor̃ clariſſimorum quos diximus ducum & imperatorum rebus geſtis Acta recentia cõperanda contumaci ac proterua obſtinatione dux. erit a uetuſtatis ueritatisq; oĩsq; cognitione: Alienus ſit neceſſe ẽ: Ego enim hanc ducũ pręcellentiã noſtris & temporibus & ducibus deferendam maxime cuperem:ſed Vafra & Callida maiorũ noſtror̃ conſilia:admirabilemq; illam & incredibilem ac pene diuinam rerũ Mil.gloriam Animo mecum ipſe uoluens uelut ęquus arbiter omni utrinq; affectu uacuus cui iure quodam ſuo comparanda ſint:in. uenio neminem: Cęterum ſtrenuiſſime dux ſigiſmunde Pandulfe:

Quom fiat inter claros & illustres uiros ut persæpe solet:non iniocũda supstitum cõcertatio ducũ:Qui rei Mil.peritia: Qui Armoꝝ exercitatione: Qui pręliorum numero:Qui nationum ac hostium uarietate: Qui probitate: Qui prudentia:grauitate:Fide :constãtia: Animi magnitudine :celeritate:Cæterisq; præclaris monumentis& imperatoriis uirtutibus Digniores censeantur:Maioribusq; illis propius uideantur Accedere: Aliiq; alios quosq; nostrę ætatis in medium unumq; locum conferant;Semper cæteris te deniq; sine controuersia probabilibus Adducti rationibus non solũ prętulerũt: Sed summos quoq; & maximos :rerumq; huiuscemodi gnaros hoĩes ac aliorum omnium Mortalium phama celebres secum in eandem sententiã trahunt: Quanq̃ hoc minime dubiũ esse debeat:sed luce clarius: Cuiuis recte rerum tuarũ cumulum recensenti Quom solus laceram & infractam tot Bellorum incendiis hactenus Italiam Atq; ruinam extremam Minitãtem humeris tuis :uelut athlas cęlũ: ne in se ipsam funditus tota collaberetur :in auxilia hinc inde accitus ipse subsstuleris: Nota quin ita etiã sunt illa quę hoc aspero & difficili temporum curriculo :pro clarissimo imperatore Francisco sortia: in eius tutelam: aduersus Eugenium pontificem Maximum Quę pro Eugenio aduersus hunc ipsum strenuissimum ducem Quę pro illustrissimo Taraconensium rege Alfonso Quę p insubrium : Genuensiumq; Bellicosissimo duce Philippo maria: quę deniq; abutriusq; superi Atq; inferi maris littore Pro fluẽtinorum:Venetorumq;:ac senensium potentissimarum Rerum pu. amplitudine: splendore :ac gloria:uirtute Animi: Aut dextrę robore passim: Et ubiq; congrediendo: Audendo:Agendo:perpessus es:ut omnibus non solum nostris sed exteris nationibus & remotissimis populis ĩter excellentissimos ac probatissimos imp.qui Bellicosissimi & strenua manu docti sint Iuxta homerum tradere equos pugnę peditumq; furoribus uti ipe primus facile uideare.

N eos uero qui ducis aut legis minus obtemperassent arbitrio uaria dissimilisq; animaduersio ꝓcedebat. Nam alii in fortuna ĩfamia alii :atq; alii ĩ sanguĩe ledebãtur: Et quoniã Acerbitas ulciscendi plerumq; maleficii poenarũq; formido bene

atq; caute uiuendi disciplina est uiolatæ fidei quam semper maiores nrī maxī fecere sumemus ītia: historia de mecio suffecio albano nobis ignota non est; Quoniam pactum atq; condictū cum tullo rege po. Ro. perfide ruperat Binis quadrigis euīctus in diuersa intentibus laceratus est nouum sane atq; asperū supplicii genus; dissectum enim antea fuisse apud Romanos neminē equidē neq; legi neq; audiui; Et quoniā nihl uideri pōt efferacius nihil ab hominis ingeniis diuersius; q̄ q; menbra; & Artus breuissimo Laniatu Distrahantur. Restat ut quod de sectione partioneq; corporis; in humanissimum uisum est Rationem breuibus reddamus: omnibus q; dem uirtutum generibus exercendis colendisq; po. Ro. e parua origine; ad tantę amplitudinis instar emicuit; sed omnium maxime; atq; præcipue fidem coluit sanctamq; habuit tam priuatim q̄ publice; sic consules clarissimos uiros hostibus confirmandę fidei publice causa dedit; sic clientem in fidem Acceptum cariorē haberi q̄ propinquos: Tuendumq; esse contra cognatos censuit; neq; peius ullum facinus existimatum est q̄ si cui probaretur clientem diuilum habuisse hanc autem fidem Maiores in officiorum militariū uicibus usu atq; cōmertio maxime sanxerunt; q; aliter totius rei militaris disciplinæ neruos adimi putarent; si hominum perfidia sine immani; & horrenda poena eluderet; in aliis constat nulli gentium mitiores poenas placuisse sic Aurelius cocta cōs. quom ad opus equites necessitate cogente; iussisset Accedere; eorūq; pars detractasset imperium; Quęstus apud censores effecit ut a patribus notarentur: Deinde obtinuit ne eis propterea ęra procederent; Quos quia stipendium mēstruale uel animum ignominiæ causa ad imebatur: Dirrutos ære appellabāt antiqui q; ęs dirruebatur infscum; non in militis saculum; Arctoxerses: Arbacem quendam medum hominem; qui in prælio ad Cyrrum defecerat: Ac rursus eo mortuo rebellarat: Quom eum ignauię nō proditionis neq; simultatis Reum statuens condēnasset; iussit nudum scortum impositū ceruicibus diem totum in foro circūferre; Alterius uero quod ad defectionē duos quoq; ex hostibus se additurū pollicitus in mendatio deprehensus esset; linguam tribus clauis suffigi iussit: Quom hannibal poenus cū exercitu in italia esset. & aliquot pugnas po. Ro. aduersus pugnasset; primi totius italię Bruti ad hannibalem desciuerunt. id Romani egre passi; posteaq̄ hannibal italia decessit;

ſuperatiq; poeni ſunt: Brutios ignominiæ cã; non milites ſcribebãt nec pro ſotiis habebant; Sed magiſtratibus in prouincias eũtibus parere & præminiſtrare ſeruorum uice iuſſerunt; itaq; hi ſequebant magiſtratus Tãq; in ſenicis fabulis qui dicebãtur lorarii aut quos erant iuſſi uincebant aut uerberabant: Appii Claudii ſententia; Senatusq; conſultum Omnes qui a Pyrrho rege epirrotarum capti & poſtea ab eo ultro remiſſi erãt: Decreuit ut ex his qui equo meruiſſent peditum numero militarent: Qui pedites funditorum auxiliis tranſcriberentur neue eorum cuipiam ad priſtinum tandẽ militiæ ordinem liceret redire: niſi bina quiſq; ſpolia ex hoſtibus reportaret: Fuit & Antiquis quoq; animaduerſio militaris iubere ignominię cã militi uenam ſolui & ſanguine dimitti: Cuius rei rationem & ſi in ueterũ libris haud quaq; potuerunt inuenire: hoc tamen poſt factum opinantur in militibus ſtupentis animi & a naturali habitu declinantis ut non tam poena q̃ medicina uideret Poſtea tamen ob pleraq; alia delicta id factum eſſe credunt per cõſuetudinẽ quaſi minus ſani uiderentur omnes qui contra officium deliquiſſent: Craſſus is qui a ſempronio aſellione & a plerisq; aliis hiſtoriæ Romanæ ſcriptoribus traditur habuiſſe Quinq; rerum bonarum maxima & præcipua quod ditiſſimus quod eloquentiſſimus quod nobiliſſimus q; iureconſultiſſimus q; pontifex maximus eſſet cum conſulatu obtineret aſiam prouĩciam & circũſidre & oppugnare leucas pararet opusq; eſſet firma & procera trabe Qua arietem faceret quo oppidanorum muri quaterentur ſcripſit ad magiſtrum grẽcum Maiorem athenienſium ſotiorum Amicorum populi Romani ut ex malis duobus quos apud eos uiderat maiorem ei mittere procuraret; tunc Magiſter græcus comperto quãobrem malum deſideraret non uti iuſſerat maiorem: ſed quem magis eſſe idoneum Aptioremq; faciendo Arieti: Facilioremq; portatu exiſtimabat Minorem miſit. Craſſus eum uocari iuſſit & quom interrogaſſet cur nunquem iuſſerat miſiſſet; cauſis rationibusq; quas dictabat ſpretis: Veſtimẽta detrahi iuſſit uirgisq; cecidit corũpi atq; ſolui ratus oẽ officiũ ĩperãtis: Si qs ad id quod facere iuſſus ẽ: nõ opſequio debito: Sed conſilio non deſiderato reſponderit. L. papirius dictator Q. Fabium rutilianũ magiſtrum equitum q; aduerſus dictum eius q̃uis foelici pugna dimicaſſet. Sãnitibus fuſis: uirgis tamũ cęſus popoſcit ſecuri percuſſurus; & contentione aut

precibus exercitus occasionem fabio cōfugiendi in urbem dedit:
eumq; profugientem romam prosequutus est:ne ibi quidem remisso suplicii prius moetu q̄ ad genuacius & fabius cum patre ꝓuolueretur Et pariter Senatus ac. po.Ro. Rogarent testatus tandem eam poenam non fabio Sed populo & tribunorum concedere potestati.L.Calfurninus Piso cons.quom in Sicilia bellum aduersus fugitiuos gereret &.T. equitum præfectus:fugitiuorū multitudine hostiū circūuentus Arma tradidisset is præfectum ignominie generibus affici iussit eū toga laciniis abscissis amictū Decīctaq; tunica indutū nudis pedibus totū diem ad principia usq; per omne tempus militię quo ab eo meruerat adesse iubens;conuictu;& hominum Balneorū usu;Turmisq; equitū;ac equis quibus prefuerat ademptis in funditorū alas transcripsit.Q. etiam Fuluius. Flaccus censor fuluiū fratrem cohortem legionis in qua trib.Mil.erat; iniussu consulis domū dimittere Ausū senatū Amouit,T.Manlius torquatus filiū ꝙ is contra edictū cū hoste Gemino Metio tusculanoꝝ Duce inscio uel ignaro patre prouocatus pugnauerat: q̄ victorē in conspectu exercitus cęsū securi percussit Postumius tyburtus Dictator. A.Postumium & filium ꝙ non suo iussu sed sua sponte suis egressus hostes fuderat;victoriæ gloriam licet reportasset: Securi percuti iussit;Nec minus Animose.A.Fuluius senatorii ordinis euntem in Aciem filiū in iussu suo e uita sustulit q̄.T.Manlius Aut postumius dictator iuuenē nanq; ingenio litteris & forma inter æquales prestantem Prauo consilio Catilinæ Familiaritatem assecutum ; inque castra eius temerario impetu ruētē in medio itinere abstractum ultimæ pęnæ supplicio affecit;prefatus nō se catilinæ aduersus patriam sed patriæ aduersus Catilinam genuisse filium; Milites autē qui hostium castra in iussu principis aggredi essent ausi;exauctorauit omnes claudius secundus eius nomīs imperator: eosq; Romam ut digne punirentur misit;sicq; in bello Sępius seueriusq; uindicatū esse constat apud maiores nrōs ī eos qui contra imperium in hostem pugnauerunt;Quiq; tardius reuocari prælio excesserunt q̄ qui signa reliquere: aut pulsi loco cedere ausi erant.Q. Fabius Max. & si transfugarum dextras qui & p̄ fidiis Romanorum ad hostium stationes confugerant;ipse aliquādo præcidit ut defectionis metum reliquis iniceret;suapte tamen natura & clæmētia defectiōes prohibēdas placādasq; eē māsuetudīe

Ac miti oratione cenſuit: neq; omnem ſuſpicionem Accuſare atq; omnino omnibus ſuſpectis moleſtũ eſſe: Nam quũ aĩaduertiſſet militem quendam Marſum fortitudine: & genere inter ſotios primarium defectionis accuſari nullam in eum animadueꝛſionem egit ſed cum ſineret ſe præter dignitatem neglectum iri tunc inquit duces ad gratiam in eandem potius Accuſantur q̃ pro eorum uirtute honores impartiantur: Deinde illum Accuſauit: Qui nulla in re officium eius expoſcebat: Hęc enim cum dixiſſet Acerrimo equo aliisq; muneribus eum ornauit: Quare exinde uirum ſibi fideliſſimum ſtudioſiſſimumq; effecit: apud eundem fabiũ quom miles lucanus eſſet Accuſatus q; mulieris amore noctu ſępe a caſtris uagaretur: Ceterum mirabili Armorum uirtute uir eſſe narraretur quam depibat Comprendi ea clam iuſſit: & ad ſe adduci ut autem adducta eſt: Accerſito homine: q; pręter legem inquit pernoctares haud quaq̃ nos latuit ac ne prius quidem latuerat q; probitati ſtuderes: Quare fortiter ac recte factis errata condonent̃: Reliquũ nobiſcũ eris habeo enim ſponſorem: & adductam mulierculam ei commendauit: ac tradidit: Nõ ſinit nos. Q. Fabius Max. ĩter has rei militaris poenas hoc in loco de te ſilentiũ facere ſigiſmũde: q; militũ peccata more ſuo neq; obſerues omnia neq; meritis ac debitis eos poenis proſequaris: Verũ ex ĩduſtria permulta diſſimules ſciens genus hominũ ad peccandũ pronũ: nec facile naturam & conſuetudinem eorũ inueteratã exſtirpari poſſe: utq; laſciuię & læticię frena perſępe relaxas: ſic quũ hoſtis in propinquo eſt: ſegnes: contumaces: deſides negligentes: ſedicioſos: Ac deſertores ſeueriſſime punis q; hęc uirtutia non ad ſingulorũ mores tãtũ: ſed ad ſũmã rerũ & omniũ ſalutẽ pertinere intelligas: illud etiam ſemper tibi innatũ & ingenitum ĩtelleximuſ: ut uehementer uſq; Dolueris pro erratis militum. & aduerſum quẽq̃ Arma ſummi oportere: contra uero lætari admodum abſte plurimos ſeruatos & exornatos iri: & quod diuini muneris ẽ: hac ſua ſeueritate non hominum interitũ cupere: ſed ſalutẽ potius ſingulis pro uirili pręſtare uelle: admirantibus autem multis ac re præbẽdẽtibus: q; ut mitis nimium ſis ita & truculentus nimis & Atrox aliquando uideare reſpondere ſoles crudelitatem ſcilicet nemini minus q̃ principi conuenire: imperatoremq; exercitus ut uictoria potiatur. potius timendum eſſe q̃ hoſtem Iulius cæs. oborta ſedꝛtionem militum Paucis percuſſis Caſtra ſedaſſe legitur & fidẽ

militum reparaſſe: Vbi uero ſacrilegia cõmitterent Militie cingulo Milites ſuo fertur compeſcuiſſe: Maxime quando urbem ingreſſus non licuit homines ſpoliare aut templa deorum: quod eis poſtmodũ ingraueſcẽte ſeditione exprobrauit: Numinibus nãq; Romanis ciuibusq; iurati impugnare non poterant: Quos ſacramento militiae ſuſceperant defendendos: qui aũt tali ignominia notabantur mili tes nec æra percipere: nec militaribus gaudere priuilegiis: nec ha bere aliquid cũ gladio: teloq; commertium: neq; porro ad cingulum reſtitui faſerat niſi eos ante pręceteris uirtutum meritis inſignirẽt Auguſtus militarẽ diſciplinam ſeueriſſime rexit legiones contuma cius parentes Ac immodeſte miſſionem poſtulantes dimiſit exau ctorauitq;: Cẽturiones item ſtatione relicta itidem ut Manipulares Capitali animaduerſione punit: Pro cetero autem dilectorum ge nere uariis milites ignominiis affecit: ut ſtare per totũ diem iube ret ante prætorium: interdum tunicatos: diſcinctosq;: non nunq̃ ce ſpitem portantes. C. Curio bello Dardanico circa Dirachium Quũ unã de quinque legionibus ſeditioſam uidiſſet: eam procedere iuſſit inermem: diſcinctamq; in conſpectu armati exercitus: ſtramenta coegit ſecare: Poſtero autem die ſimiliter foſſam diſcinctos mili tes facere: nullisq; precibus legionis ab eo impetrare potuit ne ſi gna eius ſummiteret: nomen aboleret: Et milites in ſupplementum aliarum legionum diſtribueret. L. Domicius corbulo in Armænia Duas alas & tres cohortes quæ ſecum ad caſtellum initio hoſtibus ceſſerãt: extra uallũ iuſſit tendere donec aſſiduo labore & proſpe ris excurſionibus redimerent ignominiam. P. cor. naſcica. Decimo Iulio cõſſ. qui exercitum deſeruerant. Dãnati: uirgisq; cæſi publi ce uenierunt. M. Cato ab hoſtili littore in quo per aliquot dies mã ſerat cum tardo profectionis ſigno claſſẽ ſoluiſſet: & relictis emili tibus quidam acerrima uoce & geſtu expoſtularet uti tolleretur circũacta ad litus uniuerſa claſſe cõprehenſum ſupplicio affici iuſ ſit: & quem occiſuri per ignominiam hoſtes fuerant: exemplo poti us impendit. L. Paulus perſe rege ſuperato: externorum quosdã tranſfugarum elephantis conculcandos cenſuit: Affricanus item poſterior euerſo punico ĩperio eiusdẽ generis & culpę hoĩs in edẽ dis populo ſpectaculis feris beſtiis obiecit. Eundem cenſorem de claratum ferunt adoleſcentem priuaſſe equo animo quoniam ſum ptuoſe in cæna quo tempore carthago oppugnabatur placentam

Melle confectam quã in urbis ſimilitudinẽq; formaret; & hanc carthaginem appellarat; conuiuis præpoſuit Rapinæ perconctatiq; adoleſcenti quamobrem equum ſibi Abſtuliſſet: Prior q̃ ego carthaginem inquit dirripuiſti: Xerxes perſarum rex Phitio quinque filiorum patri unius uacationem petenti: quem uellet eligere permiſit: Deinde quem elegerat; in partes duas diſtractum: ab utroq; latere uię poſuit. Et hac uictima luſtrauit exercitũ: Actiſanes ethiopum rex Egyptiis in ditionem ſuam redactis ſumma eis equitate imperauit: Latrocinia enim nouo more compeſcuit. ſontes neque morte plectens neq; linquens impunitos iudicio conſtituto: reos oĩs in unum cogens miti ſententia dãnauit: Amputatis enim naribus in ultima deſerti ire eos compulit: ibiq; ciuitatem condidit: ab excisis naſis Rinoceram appellatam: Aſuerus quom cuperet phamam & ſermonem apud omnes gentes & nationes uulgari a ſe cyrrum interfectum eſſe Mitridatem: qui primum cyrro uulnus inflixerat chare deĩde a quo ſucciſa poplitis uena cyrrus cõciderat q̃ egre ferentibus ſe iniuſte ea gloria muneribus a rege miſſis ſpoliari his regi nuntiatis: uehementer ira incenſus: caput Charis a ceruicibus abſcidi iuſſit. Hisq; quũ ineſſet mater ne tu inquit rex ita hunc charem capitalem homĩem breui poena neces: a me enim ſibi eorumq; diu audet merces perſoluenda eſt: permittente autem Rege Matri ſupplicii ſummendi poteſtatem a tortoribus ſuis hominem comprehendi iuſſit: Decemq; dies intortura haberi: tum oculos effodit & in aures liquefactum es infundi ſic omni ſupplicio excruciatum necari: pauloq; poſt ob eandem cauſam Mitridatem q̃ aperte profitebatur Manu ſua cyrrum concidiſſe: Nec ut Arctoxerxes uanum neq; irritum telum adieciſſe: ſed tranfixo tempore hominẽ ſtrauiſſe eoq; uulnere tandem interiiſſe: Scaphis necari iuſſit: Genus autem mortis ac ſupplicii huiuſmodi fuit: Duabus exedificatis ſcaphis interſe congruentibus in altera hominem Qui ad ſupplicium datur reſupinant: Alteram deſuper imponentes: ſic ambas coniungunt ut caput manus ac pedes foris excludantur Reliquum uero corpus totum intus claudatur præbent homini cibum ſtimulisq; oculos fodientes ueſci ad inuitum cogunt: ueſcenti autem potu lac melle mixum in os infundunt: Facieq; eodem conſpgunt ſic eius uerſantes ſcapham ſemp adureſo ſoli opponunt & muſcarũ inſidentium multitudine ora quottidie obtegunt: cuniq; intus ea

faciat Quæ edentes bibentesq; homines neceſſitas cogit: ex corruptione & putredine uarii pululant uermes: Quibus intra ueſtes penetrantibus corpus abrodatur Quom enim profuncto uita homine ſuperior Ammouetur ſcapha: exeſa caro aſpicitur: & circa uiſcera talium ferarum aliarumq; quottidie ſubcreſcentium multitudo apparet: Huiuſmodi ſuppliciis Mitridates excruciatus: ad decimum uſq; diem calamitoſam uitam perduxit: Atq; ſic demum extinctus eſt. Auidius Caſſius: Qui ſe marium dici uoluit: milites qui prouĩcialibus per uim aliquid ſurripuiſſent: His in quibus peccauerant locis in crucem ſubſtulit: Primus etiam id crudelitatis potiusq̃ ſeueritatis ſupplicii genus excogitaſſe fertur ut pergrandi & procero ſtipite terre affixo a ſummo ad Imum uſq; damnatos ligaret: ab imoq; ignem adiiciens: incenſis aliis: Alios fumo: Cruciatuq; ignis Alios metu: ac timore necaret: idem denos carbenis uinctos in profluentem mergi iuſſit: Multisq; deſertorum manus excidit: Aliis crura & poplites: Maius exẽplũ eſſe aſſerẽs inuentis miſerabiliter criminoſi q̃ occiſi: Idem cũ ipſo ĩſcio manus Auxiliaris triamilia ſarmatarũ negligẽtibus agẽtiũ ĩ danubii ripis occidiſſet: & cũ pmda ĩgẽti ad eũ redigiſſet ſperãtibus tribunis pmiũ quod q̃ pua manu tãtũ hoſtiũ occidiſſet: Rapi eos iuſſit & ĩ crucẽ tolli atq; ultimo ſupplicio affici: Dicẽs euenire potuiſſe ut eſſẽt ĩſidiæ ac piret Romani imperii reuerentia: Et quom ingens ſedicio in exercitu orta eſſet: Proceſſit nudus in mediũ campeſtribus ſolũ tectus & ait: percutite me ſi audietis: & corruptę diſciplinæ Facinus addite: Tunc quieſcentibus cunctis: timeri meruit Quia ipſe non timuit. Peſcennius niger: decem milites qui prouinciali ablatũ Gallinacium comediſſẽt: necari iuſſit: Exercitum autem qui ne occiderentur: non Armis ſed precibns impediret interdixit igni & cibo cocto nec reueſci alia ni aqua frigida & pane conceſſit: Decupli precio p uinciali primum redditoac ſoluto: Alexandri uero ſeueri uel aurelii ſententia Muliercule miles Carpentarius ad iudicatus eſt: ut qui conuicia dixerat ſeruili opere Annoſæ foeminæ nutrimenta præſtaret: Et quom egre hoc ferrent milites: perſuaſit omnibus ut modeſte ferrent Ac modeſte eos Terruit: Libidinis autem caſtigator Aurelianus Maxime fuit: nã & ſe ipſũ continuit & adulteros atroci poena coercuit milites: namq; qui hoſpitis uxorem uiolaſſent duabus ĩflexis arboribus fune Alligauit: Quo demiſſo reus eueſtigio

utrinque pendens laceratus occubuit: longe Aſperius Macrinus caſtigauit milites q cũ ancillã hoſpitis uiolaſſent: eos uiuos: duo namq; erant: Boũ in corio emiſſis modo capitibus ſepeliuit: ut uermium multitudine ſubcreſcentium Diutius torquerentur: inuenerunt alii crucibus non unius quidem generis capite conuerſos in terram ſuſpendere: Alii per obſcena ſtipitem immittere; Alii patulo Brachia explicare; Alii uiuentibus cadauera alligare; ut Opilius Macrinus: & Megentius: De quo Maro: Mortua quin etiam iungebant corpora uiuis: Componens manibusq; manus: atq; oribus ora: Tormenti genus: & ſanie: Taboq; fluentes: Complexu ĩ miſero: lõga ſic morte necabat: ſtatuerunt etiam in infligendis poenis aliquando maiores noſtri: ut ſi a multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum ſortitione in quoſdam animaduerteretur: ut Metus uidelicet ad omnes pæna ad Paucos perueniret: Nam miles qui locum nõ tenuit: qui hoſtium impetũ: uimq; pertimuit: Poteſt idem poſtea & miles eſſe melior; & ciuis utilis & uir Bonus: Circa ducum itaq; & imperatorum edicta: Boni milites parebunt & obſequẽtur: niſi forte quod precipitur; ſaluti Rei.pu. aduerſum inueniatur: In eo enĩ haud quaq; obtemperat; niſi perfidus & impius miles; Quid enim ĩiquius: Quid deteſtabilius: q̃ ſine diſcrimĩe aggredi Quęcũq; dictauerit imperator; Nonne apud omnes uox iſta quondã in caſtris forſã probata Funeſta eſt: & crudelis plenaq; perfidię habita: pectore ſi fratris gladium: iugulоq; parẽtes: Condere me iubeas plenoq; in uiſcera partu: Coniugis inuita peragam tamen omnia dextra: ſi ſpoliare deos: ignemq; immittere templis: Numina miſcebit caſtrenſis flamma monetę: Caſtra ſup Tuſci ſi ponere Tybridis undiſ: Heſperioſ audax ueniam metator ĩ agroſ: Tu quoſcũq; uoles in planum effudere muros: His aries aptus diſpergit ſaxa lacertis illa licet penitus tolli quam iuſſeriſ urbem: Roma ſit: Et quanq; hoc nequius dici ab homine potuerit nihil & unde magis deberet ſi fideliſ eſſet Romanuſ imperator offendi in eo tamen ſceleratuſ mileſ officii ſui fidem his uerbiſ Facere ſtuduit: Vnde ſe ipſũ circũſcripta militari obedientia maxime in fidelem: & perfidũ eſſe cõuincit: Hęc contra eoſ qui militaria ſegnius ac negligentius: uel aliter ac diſciplĩa coĩſ exigit Tractanteſ ignomĩiæ ac dedecoriſ notã ſnbiere dicta ſit & exẽplis plurimiſ cofirmata: ut ex alieno militeſ malo; ſuũ diſcãt p̃cauere: aut aliena uirtutiſ exẽplis ꝓuocentur

VSTO Denicꝫ Ac debito narrationis noſtræ ordine Sigiſmũde pã-dulfe operi conſumationem triumphis imponemus: Quom hi bellorũ ſint finis; uictoribus decus & gloria; Eſt enim triumphus omnium militarium rerum honos ſupremus; maximaqꝫ omnis utriuſqꝫ ſexus ætatis uniuerſę urbis exultatio; & occurſus quidã; qui fiebat honorifica hoſtium clade: Duci & uictrici Turbę redeunti: Rerumqꝫ fortiter ac foeliciter geſtarum ſpeciem præ ſe ferenti. ſic dictus: ut perhibent a græco quod latine exultationem ſignificat; Credunt hoc alii a gręcis nomen in conſuetudinem deriuatum; Simulqꝫ huius honoris quicq̃ ad liberum patrem; primum eius Auctorem pertinere: Quem triambũ nominãt: Quod & ſi haud quãq̃ uerum eſſe: Plutarcho auctore conſtet. Vir tamen omnium undecũqꝫ doctiſſimus atqꝫ accutiſſimus. M. Varro id inde aſſerit inclinatum: tranquillus autẽ triumphum latine dicit potius appellatum: ꝙ is qui triumphans urbẽ ingrederetur tripartito iudicio honoraretur: Prius autẽ de triumpho duci concedendo exercitum iudicare ſolitũ erat: ſecundo ſenatũ; tertio populum. Atqui deeo maxime. Qui uel dictator; uel conſul. ſiue prætor res geſſiſſe triumpho dignas: Liuius omnibus locis re benegeſta de hoc iudicabat exercitus: Senatusconſulto; Iuſſuqꝫ populi triumphans: Dictator in urbem rediit; I dẽ xxxi. l. cor. Lentulus ꝓcõſ. ex hiſpania redit; qui quũ ī ſenatu res ab ſe ꝑ multos Annos fortiter foeliciterqꝫ geſtas expoſuiſſet poſtulaſſetqꝫ ut triũphanti ſibi inuehi liceret urbem. Res triumpho dignas eſſe cenſebat ſed exemplum a maioribus non accepiſſe. ut qui neqꝫ dictator neqꝫ conſ. neqꝫ pretor; res geſſiſſet;

Triumpharet:Proconſulem illum hiſpaniam prouinciam:non cõ-
ſulem:aut prætorem obtinuiſſe decernebatur tamen ut eo ouans
urbem iniret:intercedente etiam ſempronio longo Tribuno pleb.
Qui nihilominus more maiorum:haud ullo exemplum futurum di
cebat:Poſtremo uictus cooſenſu patrũ::Tribunus ceſſit; Et ex ſe-
natusconſultõ.L.Lentulus ouans:urbem eſt ingreſſus.

Illud etiam Animaduertendum ne quod de triumpho & Tro
pheo male accipiunt;nos quoq; confundat opinantes: unã
rem duobus nominibus appellari debere; ut enĩ re uera qui
Martiam & terrificam hoſtium cæde pompam:lege triumphali a-
gebat;triumphans dicebatur:ſic qui hoſtes fugaſſet tropheũ ap-
pellabat:non ab rea gręco; hoc eſt ab hoſtiũ conuerſione dictũ:
uocabant etiam ueteres tropheum ſtipitem:ſiue truncum monta
næ quercus abſciſſũ inſtar ſuperati hominis fabricatum & ueluti
ſpoliis & armis eiuſdem indutum;Affixa enim quaq; uerſum ſpo-
lia;impendebant ornatu plurimo ac decore diſpoſita;neq; hoc niſi
in eminentioribuſ locis figebatur.Vnde Criſpuſ de pompeio de-
uictis hiſpanis:Trophea in phireneis conſtituit;Ex quo more in
urbibus trophea figebantur in arcubus exedificatis:Vnde poeta
noſter elegantiſſimus;Ingentem quercũ deciſis undiq; ramis: Cõ
ſtituit tumulo:fulgentiaq; induit arma Megẽti ducis exuuias tibi
magne tropheum.Bellipotens aptat rotantes ſanguine criſtas:Te-
laq; trunca uiri;& bis ſex toraca petitum;Perfoſſũq; locis clipeũq;
ex aere ſiniſtræ ſubligat:Atq; enſem collo ſuſpendit eburnũ;Alio
idem in loco;indutosq; iubet truncos hoſtilibus Armis;Ipſos fer-
re duces;inimicaq; nomina figi; pro inimicorum: Dicit autem affi-
xos tropheis titulos cum nominibus occiſorũ:Ad hęc Iunius iuue
nalis Aquinas: Bellorum exuuię truncis affixa tropheis Lorica &
fracta de caſſide buccula pendens:Et curuum temone iugũ uictęq;
triremis:Apluſtre & ſũmo triſtis captiuus in arcu.Illud quoq; nec
prætermittendum triumphi genus;nõ ab ouatione;hoc eſt clamo-
re Bacchico:ſicuti multi putauere ouationẽ appellari;tam & ſi O-
uantes illam canentesq; tranſmittant;ut plutarcus inquit:At quũ

milites in magno triumpho:& plena uictoria bouem:in hoc īmolare ouem consueuerūt:Vnde huic triūphi generi nomen extat;utq; qui de pugna uenientes;cum multitudine obuiam ad numina Minora ibant:& ibi fugatis hostibus;oues diis immolabant: Ouantes dicebantur sic:& ouatio proprie minor triumphus:& qui ouationē meretur & uno equo utit̄:& a plebeis uel equitibus Romanis deducitur ad capitolium:& de ouibus sacrificat Vnde & ut dictum est ouatio:Qui autem triūphat equis albis utitur quattuor;Et senatu pręeunte in capitolium de tauris in eo sacrificat;In quo nec illiud silentio obuoluendū quod ad minores triumphos & ad ouationes attinet: Super quo dissensisse Veteres scriptores inuenio;Partim enim scripserunt qui ouaret introire solitū equo deuectum: Et Sabinis massurius pedibus ingredi ouantes dicit: non Sequentibus eos militibus;Sed uniuerso senatu Dignum & opportunum etiam Arbitror Sparthanorum legislatorem contemplari: qui aliquando aliter ac Romanorum more sacrificandum instituit: Nam siquis lacedęmoniorum dux quod uelit dolo aut persuasione confecerit;bouem mactat: si in bello res gesta fuerit Gallum Hi enim & si Bellacissimum genus sint;& apud omnes habeantur; Ampliora tamen magisq; homine digna;quæ ratione ac prudentia;q̄ quę ui aut fortitudine facta sint iudicabant.

Tque non idem in triumphorum sacrificiis apud omnis seruatę Religionis exemplum extat: sic uarium apud diuersas nationes triumphandi morem fuisse constat;& ut triumphi primum omniū repetamus auctorem Dionysiū qui latine liber pater dicitur; india subacta multarū gentiū spoliis triūphantem uinęti primū Elephanti subiisse currum eius memorantur: Apud ægyptios sosestris eorū rex:tā ellato tā īmani animo fuisse fertur: ut quot annis non elephantos;sed forte reges singulos esubuīctis iungere ad currum solitum erat;sicq; triumphasse; nullo maiorum fretus exemplo;quod equidem inuenerim tantū licentię dabat gloria immanitas & intolleranda superbia; Erictonius etiam uictor quadrigā & equos quattuor primus iunxit in græcia;Apud nr̄os

cossus & Marcellus opima spolia ferentes:quatriiugo similiter curru inuecti sunt:Romulum uero non recte Dionysius ait:cutru eé usum:Erant enim Romæ in promptuq; omnibus:ut memoriæ proditum est:Romuli pedestres statuę spolia ferentes:Ex quo pedestres quoq; eius fuisse triũphos non obscurum est:Tarquinũ priscum deinde:Deinde Damarati filium in decoram huiusmodi currus & equorum quattuor formam & magnificentiam Triumpho statuisse memorant:Ab hetruscis tamen prius sumptam & in usu habitam affirment:Licet alii publicolam primum in curru tali põpa Triumphasse:Quam & ipsam ut maiorum legibus plurimis:& maximis ducibus concessam; Sic non nullis adeptã denegatamq;: non sine maximis rationibus inuenio.

VM enim eo triũphandi honos peruenisset ut posset maius quicq̃ neq; imperatori senatus; populusq; Ro. ac exercitus dare:nec ab his imperator accipere:Deuictis hostibus Amplissimo pro honore & gloria uideret; Proindeq; ob exigua queq; prælia læuesq; conflictus:honorũ maximũ sibi decerni dux quisq; triumphum expostceret:lege fuit occursum:ut ei soli liceret urbem triumpho inuehi Qui rebus fortiter strenueq; gestis clarus esset imperator & hostilis exercitus ad quinq; milium usq; numerum fundendo Profligandoq; una dimicatione cecidisset:Poena deinde per.L.marium.M.q; Catonem trib.pleb.ducibus iniecta;Qui falso uel peremptorum hostium: uel desyderatorum ciuium numerũ Senatui per litteras rettulissent:iubenteq; pręterea ingredientibus urbem:Quęstorum officium his de rebus iureiurando adigi:uana scilicet ea nequaq̃ fuisse;quę senatui nuntiassent tribuni pl.itidem ut ante solebant triũphum postulantibus aduersari ita non nunq̃ uiros fortes ac strenuos impedientes aliorum triumphos deterrebãt utq; triumpharent;sicut de Manlio proditum est efficiebant.Moris etiam erat:ut imperii auctione:nõ pro restitutis:quę aliquando eius fuissent;lauream decerni ius esset;sicq; ab.Q.Fulvio campano populo subacto.L.opimio Flagellanis in ditionem redactis:triumphandi potestatem a Senatu petentibus illis triumphus minime decretus est minimeq; obtentus semper enim existimationem

Arbitriūq; huius honoris penes ſenatum fuiſſe: & Valerio licet & Oratio conſſ.quod antea nunq; actum;Tum primum ſit; ſine auctoritate Senatus populi iuſſu triūphatum; inſtituti etiam huius pō-pę ueteris fuiſſe comperio:ut illis haud quaq; triumphi deberentur: Qui ad res quanq; maximas atq; clariſſimas Bello cōficiendas abſq; ulla magiſtratus Auctoritate trāſmiſſi fuiſſent:Vnde nec.M.Marcellus:nec.P.Scipio curru triumphali inuecti ſunt: Quom Syracuſas alter;Alter hiſpanias:ſine magiſtratu; in poteſtatem Romanam redigiſſēt:ita etiam more maiorum compatum erat:ne quis qui exercitum non deportaſſet: triumpharet niſi perdomitā pacatāq; prouinciam tradidiſſet ſucceſſori;ſic.L Mālio proconſuli ex hiſpania redeunti;poſtulantiq; ab ſenatu in ede Bellonæ triumphū rerū geſtarum magnitudo impetrabilem faciebat: exemplum aliorum obſtabat:Medius tamen honos Manlio habitus: ut ouans non triumphans urbem iniret:Ad hęc ſimili modo triumphum ita decerni a ſenatu ſolitum;ut nullius ipſe:nihil eius qui triumphaturus eſſet & eorum qui Bello interfuiſſent uerba audiret:Inſtitutūq; ideo ut legati Tribuni;Centuriones;Milites deniq; triumpho adeſſent:ut uirtus rerum geſtarum eius cui tantus honos haberetur publice uideretur;Veteri etiam Romanorum more nunq; triumphus lachrymis ac ciuium cruore quærebat: nec admittebatur oblatus M.n. Fabius conſ.inclyta hetruſcis a uehientibus ſuperatis pugna: oblatū ſibi ſūmo Senatus populiq; ſtudio triūphū Ducere renuit;q; eo prelio. Q.Fabius frater atq; cōſ.fortiſſime dimicans cecidiſſet inquiens Quia tantis Rei.pu.detrimentis luctus potius deberetur q; triūphus;triūphi negandi cauſa ſenatui uel ab eo aliis oblatū renuendi etiam fuit ei: qui alieno auſpicio & in aliena prouincia pugnaſſet;ut Elius primo;& GN.quoq; claudius Nero Deinde qui Liuii;licet Salinatoris in haſdrubale opprimendo glorię particeps fuiſſe: tamen triumphantem eū equo ſequi q; triūpho.quem ei ſenatus eque decreuerat uti maluit:Et qa resī ꝓuīcia fuerat Salinatoris geſta ſine curru triumphauit:ei ſimiliter triumphus adimebatur qui alieno exercitu rem geſſiſſet Prouinciamq; reliquiſſet utilitate rapiendi ut.L.furio prætori pene contigit; cui nullo licet exemplo id ipſe feciſſet;Amplitudine tamen rerum geſtarum gratia & Amicorum orationibus & conſulis abſentia de gallis præter morem triumphum decreuerunt;Militaris etiā licentiæ ſuperioris

ætatis currũ triũphalẽ proſequẽtibus fuiſſe legimus:ut triũphãs per iocũ plurimis ea die:in pune ſalibus & carminibus aſpergeret: Ea tamen a militibus in imperatorem ita dicebantur: ut facile appareret inducem indulgentem Ambitioſumq; ea dici Citeriam inſuper:hoc eſt effigiem quandam argutam & loquacem Ridicul gratia ĩ pompa uehi ſolitam accepimus cũ populo Colloquentẽ: Vnde.M.Cato in.M. Cecilium; Quid ego dixerim amplius:quẽ ego deniq; credo in pompa uectitatũ ire ludis pro citheria:atq; cũ ſpectatoribus ſermocinaturũ: ſanctiſſimum deniq; ac omni laude inter cętera digniſſimũ urbis inſtitutũ: Quę ideo cõmunibus inci piendis: gerendisq; Deos adhiberet:Quia nullius calũnie ſubiici ebat ea:quæ dii comprobaſſent; & in ſolennibus uerbis haberet cum ſupplicationem: aut triumphum decerneret:q; bene ac foeli citer rempublicam adminiſtrarit

Vlta quin etiam triumphantium erant inſignia: Aurea co rona ſiue laurea:Aurea patera:& ſacrificalis ferreus anulus: toga picta & palmata: Scipio eburneus; ſiue Iouis optimi maximiq; ſceptrum:Facies pręter hęc minio illita coloris inſtar æ therei:Vtq; iouis ſimulacri faciem diebus feſtis minio illiri ſolitã: Maximi non ſolum ſed ſacri auctores teſtantur:ſic triumphantiũ corpora:ſicq; camillum hac religione triumphaſſe: Bulla etiam ut prętextatorum puerorum ita & triumphantium erat inſigne a pectore cordetenus dependens; cordisq; figuram habens:& ea in tra ſe remedia; quę aduerſus liuoris ſtimulos & inuidię morſus ar bitrarent maxime profutura:Hancq; ideo cordetenus geſtaſſe tri umphantes conſtat;ut intuentes eã;ita deniq; ſe hominum appel latione dignos putarent ſi ea corporis parte cęteros antecellerent: ſicq; proinde Bulla a græco ſermone dicta: Qui conſilium latine dicitur: uel q; eam partem corporis Bulla contingat in qua na turale manet cõſiliũ;ho ĩes quoq; ſe eſſe in illo ſublimiſſimo curru triumphantes Admonebant a tergo:ſuggerebat enĩ Reſpice poſt te hominem te memento;& utique hoc maxime gaudebant;tanta ſe gloria coruſcare;ut illis admonitio ſuę conditionis eſſet oppor tuna;Cum enĩ corona ſuſtineret a tergo Anulusq; digito ferreus

eſſet;eque fortuna triumphantis;& ſui coronam retinentiſ Anno-
tabatur;indui porro. ſolenni geſtamine ac cultu triumphantes ius
erat;& quem ſingulis uſurpare fas non eſſet;Ex uirtute namque
petita;non omnibus eadē ueſtis ipſa;& materia & colore;& forma
plurimum differebat;Purpuræ uſum ſemper Romę fuiſſe uideo;
ſed Romulo in trabea;Tullus hoſtilius hetruſcis deuictis e Regi-
bus primus uſus inuenitur toga prætexta;& latiore clauo;Tarqui
nium priſcum deinde tunica aurea triumphaſſe uerius docet;hāc
Palmatam auctores uocant;uel ꝙ ueſtis ea ſit;quam qui palmam
meruerunt uterentur;uel ꝙ palmę i ea expreſſe uiderēr; Palmę
enim arboremnon ab re inter uictorię & triumphantium inſignia
cōnumerari teſtis eſt Ariſtoteles;vi.probleumatum;& Plut.i viii.
Simp.ſi enim ſuper huiuſce arboris lignum magna ſuperimponas
pondera; ac tam grauiter urgeas; oneresq; ut oneris magnitudo
ſuſtineri non queat;non cedit palma deorſū; nec in terra flectitur
ſed aduerſus pondus reſurgit;& ſurſum nititur recuruaturq; Pro-
pterea inquit Plutarcus in certaminibus; Palma ſignum placet eē
uictoriæ; & quoniam ingenuum huiuſmodi lignum eſt & urgen-
tibus opprimentibusq; non cedat; Hinc palmarum Ramos trium-
phantes geſtaſſe proditum eſt; Ex lauro etiā coronam portari mos
inoleuit;& ramum manu teneri.non quia ut quidam perhibent in-
ter Armatos hoſtes quietis indicium Romanis pręcipuæ leticiæ
uictoriarumq; nūtia fuiſſet nec quia perpetuo uireat.nec quia pa
cifera.nec quia ī gremio Iouis optimi maximiq; deponeretur.quo
tiens leticiam noua uictoria attuliſſet.pręferenda enim utroq; olea
ſed quia ſpectatiſſima in monte parnaſo.ideoq; & grata Apollini
aſſuetis eo dona mittere iam & regibus & Romanis.teſte.L.Bruto
fortaſſis etiam in Argumentum.quia ibi libertatem publicā is me
ruiſſet.Laurifeam tellurē illā oſculatus ex Reſponſo;& quia ma-
nu Satarum receptarum in domos fulmine ſola non iacitur ob has
cās equidem crediderim honorem habitum in triumphis potius;q̄
quia ſuffimentum ſit cędis hoſtium;& purgatio;ut tradit maſuri-
us;Fuerunt & arboris huius circa auguſtum euenta digna memo-
ratu;ob quę etiam in tiūphis uſurpatam arbitror;Namq; liuię dru-
ſillæ quę poſtea Auguſta matrimonii nomen Accepit Ac ſedenti
galinam conſpicui candoris aquila ex alto obiecit; illeſam intrepi
de miranti Acceſſit miraculum; Quoniam teneret roſtro laureū

Ramum Baccis ſuis honuſtum aſſeruari: Hanc alitem & Sobolem iuſſere auriſpices Ramumq; ſeri Acrite cuſtodiri: Quod & factum in uilla cæſarum: Fluuio tiberi impoſita iuxta nouum lapidem uia Flaminia: quę ob id uocatur ad galinas candidas; mireq; Syluo prouenit: Exea triumphans poſtea cęſar: laurum in manu tenuit coronamq; capite geſſit: Ac deinde imperatores cuncti tradituſq; mos eſt: Ramos quos tenuerint ſerendi Durabantq; ſyluę nominibus Suis diſcretæ.

Pſum autem triumphantium morem proſequemur Romanū in his ordiuem exprimentes die; itaq; quo futura erat pompa populi Romani multitudo uiſendi ſtudio ad ſpectaculum triumphi effuſa confluebat omnis: pulcherrimis & nitidis: ut quibat quiſque: ueſtibus ornatus: Nemoq; ex multitudine tota ciuium Domi remanebat: ſed ſinguli nocteq; triumphi diem preceſſura erat: loca pręueniebāt in equeſtribus theatris: quos circos appellant: in locisq; circa forum ad hoc ipſum ligno exedeficatis: in templis: in porticibus: in uiis patentibus & publicis: in feneſtris ac domorum tectis: & in aliis quibuſcūq; urbis partibus: per quas tranſitus erat ſeſe ad ſpectandum comparabant: imperatori neceſſario tranſitu prętermiſſo: inſtratoq; paſſim floribus: ſertisq; odoriferis uerbenis: ac herbis aliis ſuauitatem odoris affatim redolentibus: Multitudo deinde miniſtrorum haſtilia manibus geſtantium: ex medio confluentem Dimouebat turbam: & uias puras: apertasq; pręſtabāt: Pars uero militaris ante lucem per turmas: atq; ordines cū rectoribus progrediebatur: & iuxta iſidis templū ibi enim principes illa nocte quieſcebant conſtituebatur: ubi uero illuceſcebat aurato ſublimiſſimoq; curru inuecti: ut conſpici poſſēt eburnea curruliq; Sella in maieſtate ſedentes: purpuram auro contextam induti: Et lauri ramum dextra gerentes ferrebant: hos peditatus omnis ſub ſignis: ac tribunis anteibat: Ferebātur poſt hęc hoſtium ſpolia: Coronę aureę: Dona ſotiarum ciuitatum trāſlatę Tubarū deīde clāgor ſequebatur: ac obſidū Captiuorūq; nobilitas omnis uultu & Amictu ſubtriſti: & qui hoſtium dux fuiſſet: ſi captus aderat. Captiuis poſterior omnibus cathenis uinctus ante

currum ducedatur: Quadrigam equi pulcherrimi niueiq; ac falera-
ti quattuor Trahebant; Poſt uero captiui; qui ꝑ prouīciā uenierāt
uniuerſi: Raſis capitibus ob deterſam ſeruitutem uel pileo capiti
impoſito: Qui donati libertatis ſignum erat currum triumphan-
tis ſequebantur: hunc etiam milites & equites currum imperatorū
ſecundum legiones; cohortes; & Manipulos; lauro manibus ſequē-
tes; Partim carmina patria ſalibus per mixta; & iocis. Partiū tri-
umphantium laudes cantantes; Ad urbiſ ambulationeſ tranſibant;
Vbi ſenatuſ & omneſ ordineſ obuiam effuſi eorum prę ſtolabantur
aduentū: Qui erat fiebatq; non niſi per portam ſiue uiam trū phalē
iuxta uaticanū; Quæ abeo q; per illam ſēp triūphorū pompa du-
cebaſ nomen Accepit; ibi uotiſ priuſ Diiſ ſolutiſ cibū capiebant
& Magnificis ac triumphalibus ueſtibus Amicti; Diis ad portā
Collocatis; cæſa hoſtia inter ſpectacula tranſeuntes triumphū du-
cebant; ut multitudini facilior prębereſ aſpectus; promerito autē
narrari multitudo illorū ſpectaculorum & magnificentia nō pōt;
in omnibusq; quiq; cogitauere uel artium uel diuitiarum; uel na-
turę nouitate; Nam peneque cum hominibus qui uſq; ſunt fortuna-
tis; Aliis alia mirabilia magis atq; magnifica quæſita ſunt; Et
enim argenti; auriq; facti & īfecti; atq; ſignati; nec non eboris; Ac
gēmarū clariſſimarū etiā Rariſſimi generis ueſtium infinita mul
titudo ſequabatur; Crateras alii; & fialas; Caliceſq; ornatiſſimos &
ingentis; & alii uaſa permulta ex auro; & gemmis eximie artis &
magni ponderis; Torques deinde & Montes aureos cum ceruis; &
leonibus; & pomis omniſ generiſ circūdati; certo ordine deferebāt;
ferebant ſimulacroum ſigilla; Deosq; quos illi habebant & Ma-
gnitudine mirabili; & arte; nō defunctione facta; ſigna deinde æ-
nea; marmoreaq; Tabule & coloſi uehiculis portabantur Ad hęc
tela; & cętera hoſtium ſpolia; Cathapultę; Baliſtę; Tormēta quęq;
& Arma porro ornatiſſima atq; pulcherrima ſplendentia ære &
ferro abſterſo atq; ita Diſpoſito; ut caſu maxime cecidiſſe ui-
derētur; Galeæ. Scuta. Thoraces; ocreæ; pelthe; geſa. coriti; eqno-
rum frena; & enſes ſtricti; per hęc iacentes; & fariſſe infixe; ita ut
nec uictoꝝ quidem abſq; metu aſpectus eſſet; Maxime autem ſtu-
por erat. Machinarum quę portabantur; pro cuius magnitudine ti
mendum uiribus portantium occurrentes putabant; Ferebantur
in triumpho ſigna militaria; urbes. & oppidorū ſimulacra. Quin

etiam equorum caPtorum greges: & Animalium diuerſa genera. elephantorum: & leonum producebantur propriis ornamentis in duta:ducebantur & boues poſt auratis cornibus uitiſ ornati & ſertis: Ducebant eos adoleſcentes ſuccincti ad imolandum; & pueri Aureas;& Argenteas pateras:ſacrificii gratia deferebant: Atq; hęc eadem deniq; prę multitudine rerum & copia:ſi non una die trāſuehi poterant;in alteram non nunq̄ tranſuehebantur;atq; alteram Belli poſt hęc facies pręferri videLatur; Ex ludis eratq; cernere: uaſtari fortiſſimas terras:interfici acies hoſtium:Alios cedi;Alios fugere;Alios captiuos duci:Murosq; excellentes magnitudine Machinis dirui:caſtella exſcindi;ciuitates populoſas diſturbari; Exercitum intra muros fundi; cædisq; omnia loca plena;& eorum qui manu reſiſtere non poterant; preces: ignemq; templis immiſſum; Ediumq; ſuper dominos ſubuerſionē: Ars autem & operū magnitudo neſcientibus adhuc illa fieri;tanq̄ uera pręſentibus oſtendebant:ī ponto etiam dicente naſone;Oppida turritis cingāt̄ eburnea muris:Fictaq; res uero more putet̄ agi:huius autem pompę finis:Iouis capitolini templū erat: ubi poſtq̄ eo peruentum erat more uetere uictores operiebātur; Donec mortē ducis hoſtium quiſpiā nuntiaret:Nam hoſtium rex Dux ue qui fuiſſent;aut publicæ cuſto die perpetuo Damnabatur; Aut traductus;laqueoue circundatus per publicū ad necē trahebat̄:Poſtq̄ igitur eum finem uitæ habere nuntiabatur:omniumq; fauor ſecutus erat;uotis ſecundo celebratis:;peractisq; ſolenniter in palacium recedebant: & alios quidem epulis excipientes conſules;de more inuitari faciebant; ut coenę adeſſent; deinde rogari;quominus uenirent;ne celebritatis illius diei maiore quiſpiam imperio fructū ſiue locum ſibi pręocuparet: Aliis autem omnibus domi conuiuiorum inſtructi erant apparatus ſicq; omnium plauſu;ultra omnem conſuetum honorandi modum: hunc fauſtum;& foelicem diem ob rempu.auctam;imperiumq; populi Romani propagatum;& malorum ciuilium finem; urbs Romana celebrabat.

Ntereſt coronarũ quoq; maieſtatem ſpeciali conſyderatione metiri: ut pote quibus ingens dignitas inſit & ĩgẽtiſſimum ad fortitudinem calcar Morem namq; hunc a ueteribus traditum incitandos ad animos Romana prudentia tenuit: Quod imperator re Bene fauſte ac foeliciter geſta tribunal aſcẽderet: Contionemq; aduocaret milites; ut operam quam nauaſſet quiſq; laudaret uirtutis quoq; ad teſtimoniũ ut eſſet fauoris qualitas de re. pu. bene meritos corona donaret: utq; ab ipſis ꝓpemodũ in cunabulis ordiar Tenuiores ĩ uſu antiqui habebant ſtrophios appellantes; unde nata & ſtrophiola: Quin etiam uocabulum ipſũ tandem communicatum eſt inter ſacra & Bellicos honores; coronis ſibi nomen ſuum uindicantibus: Quom uero e floribus fierent ſerta a ſerendo: ſeruię Appellatę ſunt ſuaria eadem ob ſimilitudinẽ ſuarii cuiuſdã negotiatoris cognomĩata: Quod apud grẽcos quoq; non adeo antiquitus placuit: Arborum enim Ramis coronati in ſacris certaminibus mos erat: Primum in caſtriſq; Romanis aliq; diu obſeruatus: Sic Romulus frondea coronauit; Hoſtilium tulli hoſtilii regis Auum q; fidenas primus irrupiſſet; ſic pub. Decium patrem tribunum militum frondea donauit exercitus ab eo imperatore Cornelio coſſo cons. Samnitum bellum ſeruatus: Poſtea uariari coeptum mixtura uerſicoloris florumq; inuicem odores coloresq; acceſſere: Nec impromiſcuum quorũcũq; uſum ſed ingenti ſeueritate admiſſi: horum enim licentię exemplum Apud maiores non eſt aliud; q̃ in filia Diui Auguſti; cuius luxuria noctibus coronatum Marſiam littere illius iudicant Florum quidem populus Romanus honorem Sciopini tantũ adhibuit. P. enĩ Mutianus quũ demptam Martię coronam e floribus capiti ſuo impoſuiſſet: atq; ob id duci cum in uincula Trib. pleb. iuſſiſſet appellauit: Tribunos pleb. nec interceſſere. L. etiam fuluius Argentarius in bello carthaginenſi ſecundo; cum corona roſacea interdiu ĩ foro proſpectus eſſet Auctoritate ſenatus in carcerẽ adductus: non ante finẽ belli emiſſus ẽ; ſic coronis eiuſmodi receptis paulo mox ſubiere: quę uocantur ægyptiæ: ac deinde hybernę; cũ terra flores negat Ramẽto e cornibus tincto; ac eius quę ab homero ſtephane dicta: paulatim Romę ſubrepſit; a lucillo appellatio corolle ĩter initia propter gracilitatem nominatę: mox & corolarię; poſtq̃ maxime ellamina aurea tenui & ea inaurata; aut inargentata dabat Coronandi aut

morem gentilium primo deorum fuiſſe conſtat Feruntq; alii Dionyſiũ: auctore Diodoro: ſi quãdo ex potu bibentis caput Agitaretur: Mitra id illigare: unde & mitrophoros dictus eſt: Regesq; deinde promitra caput diademate uinciri ſolitos: ſicq; proĩde primũ omnium liberum patrem impoſuiſſe capiti ſuo: quom ex indis triumphaſſet ex hedera: Alii Saturnum: ut ferecides ante omnes coronatum referunt: Iouem non nulli quoq; poſt deuictos Titanas: hoc munere pręcęteris honoratum Romulo inſuper: qui Aruorum ſacerdotes inprimis inſtituerat: ſeq; duodecimum fratrem inter ipſos appellauerat: ſpicea corona: quę uitta alba colligaretur in ſacerdotio pro religioſiſſimo inſigni data: Quę prima apud Romanos corona fuit honosq; his nonniſi uita finitur poſtea uero q̃ deorum honori cępere uictimis ſimul coronatis ſacris deinde certaminibus uſurpatę ſunt Coronare namq; apio uictores ſacri certaminis Nemeę honos maximus habebatur ĩachia: ſicut Ambroſia: Quę a quibuſdam Botris uocatur: Ab aliis arthemiſia: coronantur illa cappadoces: Nec his uictotes donari tantum: ſed patriam quoq; coronari pronuntiabant: inde natum: ut triumphaturis conferentur in templis dicandę: Mox ut & ludis darẽtur: Quę donaticę dictę ſũt: q̃ his uictores in ludis donabantur: Nec aliter minoribus triũphis ouantes: Athenas uictores quoq; ſolum ſed uirtute pręſtantes ciues primum oleę uſum introduxiſſe: clariſſimum periclis caput Ambiendo: Grecos autem oleaſtro olympię unde hercules nunc oleaſtri nunc populi: nunc apii frõde redimitum caput pręferebat: Nunc athenienſes quidem ſoli: & grecorum plurimi coronæ oleaginæ: cęterum Romane quoq; maieſtas honorem magnum præbuit: Turmas equitum coronando: Hęc corona apud noſtros: nec peruetuſta eſt: nec priſcis illis tẽporibus: ſed. Q. Fabii Rutilani temporibus collata: hic enim primus inſtituit: uti equites Romani idibus Quintilibus: ab ęde honoris equis inſidentes in capitolium tranſirent: oleę ſertis de more redimite: inde poſtea increbuit: ut eo genere frondis coronentur in equeſtri ordine admittendi: Quaſi tunc primum trã ſuehebantur ad eum dignitatem additi: Hac & corona: non qui p̃liis interfuiſſent: ſed qui triumphum procuraſſent decorari ſolitos legimus: cur autem ex olea fuerit ea corona: q̃ ex alia fronde: non facile dixerim: nec apud alios ſcriptores: quom curioſe legiſſem queriſſe memini me: & ſi minus ignorem: ad diuerſas ſignificationes

ac potius ineptias quaſdam: & deliramenta pertrahi poſſe. ſed quĩ hanc apud gentem unam terrarum: urbiumq; principem plura ſint coronarum genera: q̃ cunctis: quę magno interuallo: magnaq; diſferẽtia fuere: ut Aureę: uallares: Murales rostrate: ciuice: profecto corona quidem nulla fuit graminea nobilior: Hanc ſtatuit in triumphis ſenatus cura Belli ſolutus: & otioſus populus nũq̃ ĩ deſpiratione ſuprema nulli contingere: nec niſi ab uniuerſo exercitu ſeruato decerni: Coronas cæteras imperatores dedere: hanc ſolam miles imperatori: eadẽ uocatur obſidionalis: q̃ hi qui obſidione liberati ſint ei dant duci: qui liberauit: huic ſũmus honos: ſummaq; gloria: Nam ſi ciuice honos uno aliquo: uel humillimo ciue ſeruatur: prę clarus: facerq; habetur: Quid tandem exiſtimari debet unius uirtute ſeruatus uniuerſus exercitus: donabatur hęc uiridi e gramine decerpto: inde ubi obſeſſos ſeruaſſet Aliquis nanq; ſũmum apud antiquos ſignum uictorię erat: Herbam porrigere uictos: hoc eſt terra & altrice humo: & humanitate cedere: Qui mos diu ualuit apud germanos: herbam enim ueteres palmam: uel uictoriam dici noluerunt Quod actius in meleagro plane oſtendit: Gaudent inquit: currunt celebrãt: herbam conferunt: Donãt: tenent pro ſe: quiſq; cũ corona clarum conſtat caput: Proinde quum herbam do: inquit plautus: ſignificat uictum me fateor: quod eſt antique & paſtoralis uitæ iudicium: Nam qui prato curſu: aut uiribus cõtendebant homĩes quũ ſuperati erant ex eo ſolo in quo certamẽ erat decerptã herbam aduerſario tradebãt: Hac corona donatus eſt. L. ſiccius dentatus: ſemel quom ciuicas quattuordecim meruiſſet: Quidam etiam hac corona imperatores & ſępius donati ſunt: ueluti decius una tribunus mil ab exercitu: Altera ab his: qui in prędidio obſeſſi fuerant Quãta eſſet honoris huiuſ Auctoritas confeſſus eſt religione ſi quidem donatus bouem album immolauit marti: & centum ſuluos. Qui ei uirtutis cauſa donati fuerant ſimul ab obſeſſis prę ter hos contigit coronę eius honor. M. calfurnio flamine trib. militum in ſicilia: Centurioni uero uni per id tempus Treio acinati cymbrico bello ſcripſit; Et ſylla dictator ab exercitu ſe quaq; donatum apud nollam legatum: bello marſico. idq; etiam in uilla tuſculana quę fuit poſtea Ciceronis: pinxit: Quod ſi uerum eſt hoc execrabiliorem eum dixerĩ quando quidem eam proſcriptione ſua ipſe detrahit: Tanto pau cioribus ciuiũ ſeruatis: q̃ poſtea ſeptẽ milibus trucidatis & occiſis

Hęc corona ſertorio.ceſſit & fabio illi.hannibale pulſu; Emilianũ quoq; Scipionem hac ipſa obſidionali corona donatum in affrica: Manilio conſule; cohortibus ſeruatis:Totidem aãq; ſeruãdas eas eductis.M.Varro meminit; Ipſum quoq; Auguſtum idibus ſeptembribus a ſenatu obſidionali etiam donatum memoriæ proditũ eſt;& quanq̃ ea conſuetudo ſicut & pleraq; alia Maiorum noſtroꝝ delata eſt;Hac tamen corona noſtris temporibus; Sigiſmunde populonea expiditione unoomnium ore donata eſt;pręcellens Animi Magnitudo tui;ab uniuerſo nanq; & unaĩmi primum hetruſcorum exercitu abſte ſeruato;ab his deinde qui obſidebantur a ſenatu porro fluẽtinoq; populo;a tota hetruria; ab omni deniq; italia;ab exercitu & populo Barbaro per te liberata; Qua claritate nihil pfecto humanis in rebus ſublimius duco: Quom Tarracon. Rege maximo Sicilię citra & ultra Farum ualentię;hieruſalem;Vngarię;Maioricarumq; Sardinię;Corſicæ;Comite Bachinone duce athenarum;& Neopatrię;Ac etiam comite Roſilenis;& Ceritaniæ; per te ex hetruria pulſo;Iam iã plures ſuis qui extremę expeditiõis illius muros aſcenderãt militibus Murales coronæ decernerentur; Tam parua manu tantis periculis;te illi obiiciendo; remq; omnem hetruſcam labantem iam ac pene prolapſam reſtituendo;fulminis ĩ ſtar eius Caſtra per uaſeris;Ad cuius reſtituentis redeuntisq; exercitus ſpeciem atq; pompam effuſa omnis incolarum & oppidarum multitudo obuiam proceſſit;Et uniuerſi quidẽ milites tuos tãtũq; te unum inter tot tribunos & clariſſimos eorum duces ſigiſmundũ admirabantur; inte oculos uniuerſa fluentiæ ciuitas;inte omnium ora pendebant;teq; tanq̃ diuinum hominem cęlitus miſſum;ut ipſam uictoriã contuenbãt;laudabantq; te ſinguli pro eorũ prię tutela;nec minus admirabantur tantũ inte uno principe fuiſſe momenti;ut antiquiſſime ditionis libertatisq; ſuę pene per regem reſtincte;& rurſũ per te receptę auctor eſſet Et unde ſtetiſſet iam eo ſe uictoria tranſferret; Fieretq; cum eo mira quędam regiæ gloriæ inclinatio; Adde quod hetruria relicta ex his rebus ſtrenuę in ea geſtis tui nominis gloria increbeſcente;ueneti Cẽturiatis comitiis ex ſenatus conſulto omnibus non humanis tantum;uerum etiam diuinis te honoribus proſequuntur;Te tollunt in eorum tutelam cõtra Franciſcũſſortiã in ſubrũ agro apparatu maximo;maximusq; impenſis;eorũ te gentibus Ducẽ pręficiunt;te inquam ſuis primũ

per eum ex ſuperioris prelii dimicatione infauſte & infoeliciter ge
ſta :confectis:fuſis:fugatis:captisq; q̃ plurimis fugatis terris:ex
poſitisq; predę:& exponendis in cunctisq; Quę ſiue ingenio:ſiue
Aſtu:ſiue locorum pręocupatione pręuentione hoſtilium uigiliis:
mora celeritate:falaciis:circũuentionibus:& dolis confinẽda: quã
do & quotiens opus erit aduerſis in rebus & ſecundis in ſubitis im
prouiſisq;: tanq̃ profundiſſimum artificem obiiciunt quo res ſuas
omnes tueantur & foueant:Neq; q̃diu monitis uſi ſunt tuis optate
inte ſpei defuit euentus :ſimili enim modo nec aliter ac per hetru-
riam phama tui galliæ ciſelpinę terras peruagante ſumma rerum
merito prętęris in te collata:non multo poſt Cremam fortiſſimum
oppidum ac inexpugnabile cum uniuerſo exercitu traiiciens Sata
exurens dirruens tecta:prędas hominum pecorumq; agens ſigula
quæq; & uniuerſa Agri illius populatione ſternendo:ſiccatis dein
de paludibus: Moenia non ſolũ quę nunq̃ antea cuiuſq̃ ductu uel
imperio obſidionẽ paſſa erant: Aliquandiu expugnata uictori tibi
paruere cęterum alia plurima loca:& ardua quidem & ineunda co-
natibus tuis: ceruicem flexere:Quid q; Anno ſequenti in hetruriã
per.S.C.Inter tot clariſſimos duces Tertio imperator deſſignatus
& Accitus:Ferdinandum regis Tarracon. filium:cum omni exer-
citu regio ad mare uſq; Tyrenum repuliſti: Et Folianum primum
pręter plurima loca Maximum & Ampliſſimum oppidum gẽtibus
regiis occupatum omni commeatu: Armorumq; genere munitum:
quom fluentini ad priſtinam ſui Ditionem redigere cuperent:atq;
id exequendum ualidiſſimo ĩſtructus exercitu profectus es:obſeſ-
ſos per te illius loci homĩe:plurimis uigiliis & Aſſiduis laboribus
pręliis diurnis: & nocturnis dimicationibus feſſos:nõ ſine maximo
tui tuorumq; diſcrimine:atq; cæde in poteſtatem eorum redactos fu
iſſe conſtat. VADA deinde Maritimum & uetuſta nobilitate in
clytum oppidum:horreumq; quaſi Belli ad palmam regiam in he
truſcos:quanq̃ maxima in mari claſſe immenſoq; terra uallũ ſpa-
cio portuſq; uicinitate ĩexpugnabili loco ſitum:ac tanta ui Anno
ne:& Armatorum ſelectorum copia refectum: Quattuor enĩ Mi-
lia erant:ut ne ſpes ulla eẽt cuipiã potiũdi loci Turribus:Moeni
bus:uallo:foſſa:Aggeribusq; muniti: Hæc tamen uelocitas Saga-
citatis tuæ ualentiorem Armis excogitauit rationem: Quia præter
omnium iudicium:& opinionem interceptum exitio multorum:ac

fuga demolitione loci cui deſtinatū fuerat:Fluentinorum imperio adiiceretu : Hiisatq; aliis uirtutibus tuis quom dignitatem laudē immortale nomen: & ſempiternam gloriam;non ſolum tibi;& nobiliſſime malateſtarum familiæ:Sed toti etiam italię comparaueris: ſummis tibi cędit honos & gloria:Quom tuę laudes non modo noſtris;Sed hetruſcorum; Gallorum: Hybernorum;Ac reliquarum; quæ uſq; ſunt gentium linguis celebratę ſint; Ac futuris ſeculis celebrandę: Corona ciuica: ciuicumq; ciuem ex nece ſeruaſſe contigerat ex lege dabatur ilignea quę prima fuit.id autem Arboris eſt genus:Frondem habens perennem: Vnde cecilius;Aduehunt cum ilignea corona .& clamide;in noſtram fidē: Poſtea magis placuit ;eadem ex heſculo Iouis ara uariatumq;:& cum quęrcu eſt ſiue propter Archadas is prędipue quęrcui reddatur honos: Quos glādifagos uocauere; Diuinum oraculum, ſolebat; ſiue propterea q; ea Arbor inter Syluęſtres fructu longe Belliſſima;atq; fertiliſſima;inter mitigatas autē ualidiſſima; Ab ea enī cibus & opes multarum;& etiam pace gaudentium erant glandes: Paſtæq; ex ea ferę atq; alites;inde magnum quoq; uenatoribus inſtrumentum uiſcus erat: ſiue q; facilem militi fructum;tum otius tum paſſim quercus exhibebat;ſiue id cōueniens ſeruati ciuis exiſtat premiū; Quoniā Ioui in cuius tutela ſunt ciuitates ſacra quercus eſt: Vnde poeta nobilis claudianus; Mos erat in ueterum caſtris ut tempora quęrcu;uallaret ualidis fuſum qui uiribus hoſtem caſurum potuit morti ſubducere ciuem ;ſunt ergo ex glandiferis ciuicę corone militū uirtutis inſigne clariſſimū:Cedunt his murales uallaresq;:& Auree:quanq; precio antecedētes ſint .Cedunt & roſtratæ;q̄uis in duobus maxime fuerint celebratę.M.ſcilicet Varrone epiraticis bellis dante Pompeio Magno;Item.M.Agrippa:Tribuēte Cæſare e ſiculis quę & ipſe pyratice fuere ante roſtra nauiū tribunali prędfixa fori decus erant ueluti po.Romano ipſa corona impoſita uidere tur:Poſtq̄ uero Tribunitiis ſeditionibus calcari ac pollui cępe runt:Poſtq̄ uires ex publco in priuatum magis ſingulisq; ciuium queri; Ac ſacroſancta omnia profana fieri; tunc a pedibus eorum ſubiiere in capita ciuium roſtra.dedit hanc auguſtus coronam agrippe;Hac & Iullius cæſar a thermo inexpugnatione mitilenarum donatus eſt;Huius quoq; honore Donari contigit a Romano populo latini parentem eloquii.M Tul.Ciceronē.L. Gellio

uiro Censorio in senatu fauente q huius amplissimi oratoris industria & eloquentię neruis esset truculentissima Catilinę coniuratio detecta uindicataq; Sabinus autē Massurius libro memorabilium xi. Teste Gellio: Ciuicam hanc coronam ei dari solitum dicit; qui eodem tempore & ciuem seruasset: & hostem peremisset; atq; eum locum in quo esset actum certamen obtinuisset; Tyberiū tamen Cęsarem consultum: hoc ne honoris insigne sūmere quiret; Qui ciuem in pugna seruasset; & hostes inhibi duos de medio substulisset; Verum locum in quo certamen esset actū amisisset; eūq; locum amoto eo hostes potius occepisset; Respondisse ait ei; huius coronæ decus & honorē iure negari non debere; quom tam iniquo loco dimicatum esset; ut neque a quouis fortissime pugnāti seruari potuisset: Addunt alii pręter hæc quę a Sabino massurio ad ciuicam coronam spectare dicta sunt conuenire maxime senatus. ut eo die fateatur alias testes nihil prodesse; ut ciues fuerint auxilio; q̄is rege seruato Decus non dant; nec crescit honos idem imperator seruato. Quoniam conditores inquocūq; ciuem summum esse uoluerunt Accepta licet uti perpetuo ludos ineunti semper assurgi etiam ab senatu in more est sedendi ius ī proximo senatu; Vacatio munerum omnium ipsi patriq; & auo paterno; Coronę triumphales sūt illę quę īperatori uictori Aureę pręferuntur; Equidem quis corona ex auro donatus sit non inuenio: Quis autē primum donauerit a. L. pisone traditur. A. Postumius dictator apud lacū Regillum; expugnatis latinorum castris; eum cuius maxime opera capta essent; donauit ex pręda: hęc quę laurea; ueterum tē poribus aurea postea facta; idq; aurū coronarū uulgo dictū; lauream coronam Pī darus atq; calimachus memorant Apollinem interfecto Draconę induisse hęsculeam alii uero laureā: Ouidius; Ne ue operis phamā posset delere uetustas: Instituit Sacros celebri certamine ludos: Phitea perdomitę serpentis nomine dictos; Hic Iuuenum quicūq; manu pedibusue Rotaue Vicerat; hęsculeę capiebat frondis honorem; Nondum laurus erat longoq; decentia crine; Tē pora cīgebat de qualibet arbore phoebus; laurea etiā liber pater īcessit cīctus quom ex indis triumphauit; cui hędera etiam sacrata eart ex qua coronam alii perhibent primum omniū capiti suo imposuisse Cęsar Augustus triumphans laurum in manu tenuit; Coronamq; capite gessit ex lauro: Quę quanq̄ triumphis proprie dicata sit gra-

tissima tamen mulcis uariisq; rationibus domibus Ianitrix cęsaꝛ
Ouidius tu ducibus lętis aderis: quom lęta triumphos uox canet:
Et uisent longas capitolia pompas:Postibus Augustis eadem fi-
dissima custos:Ante fores stabis mediamq; tuebere quęrcum:Alio
idem in loco:cur tamen Apposita uellatur ianua lauro:cingit & Au
gustas arbor opaca fores:anquia perpetuos meruit domus ista
triumphos:Anquia leucadio semper amata deo:Ipsa ne q̄ festa est
an q̄ facit omnia festa: Quam tribuit terris:pacis an ista nota est
Vtq; uiret laurus semper nec fronde caduca carpitur ęternum sic
habet ille decus:Causa superpositę scripto testante coronę:seruatos ciues indicat huius ope:Hęc deniq; ut cæsarum pontificumq;:
sic poetarum quoq; Domos exornabat & tempora: quibus coronā-
dis apud ueteres obseruatum legimus: cōsueuisse greços singulis
lustris triplex certamen celebrare: Musicum:Cymnicū;æquestrę
Quę Nero claudius Romam primus omnium inuexit; Neronianaq;
a nomine suo appellauit:Postea & Domitianus eum sequutus cele-
brauit:ut igitur athletarum:sic cōmunıū scriptorum; & maxime
poetarum uictoribus premia & honores constituebantur Deligebanturq; ex omni numero litteratorum doctissimi aliquot:ut eorū
iudicio qui carminibus decertaturi pręçęteris laudarentur:Coronis & honoribus meritis instar militum inter se pugnantium illustrarentur; nec id quidem ab re: eadem enim utriusq; propemodū
gloriam idem utriusq; pene honos debetur:& his qui gesserūt:& his
qui rerum gestarum:& litterarum:& ingenii sui monumentis posteris demandando immortalitatem sint nominis Assequuti:Qualis
corona bellicis etiam se rebus inserit:leniter tamen & sine cruore
deditione hostium e uestigio subsecuta:huic lenitati maxime con
uenire ueneris uictricis frondem prodiderunt: Quod non Martius
Sed quasi uenereus quidem triumphus foret:eam coronam non in
curru:nec currum clangentibus tubis ad pedes patriciis in calceis
Modulantibus tibiis quisq; gestabat:Ducendo peanis cantu pompam; Tibia enim pacis est ueneriscq; Arbuscula Myrtus:quę uim
maxime bellumq; perosa est: hac fronde Myrthea triūphans de Sabinis Postumius libertus in consulatu:qui primus omniū ouans urbem ingressus est; coronatus incessit; optabilemq; arborem fecit
hęc omnium postea ouantium corona fuit:uno excepto.M.Crasso
qui cum bello fugitiuorum confecto ouans rediret: Senatus con.

facto per gratiam Myrthum paruifaciẽs lauro coronatus inuectus est:maximus Auctor ẽ curru quoq; triumphantes Myrthea coronauſos.L. Piſo tradit; Papirium maſonem qui primus in monte Albano triumphauit de corſis: Myrtho coronatũ:ludos circẽſes ſpectare ſolitum; Auus maternus affricani ſequentis hic fuit.M. Valerius duabus coronis utebatur:laurea & Myrthea:qui & hoc nouerat:Corona muralis ẽ quæ donatur ab imperatore ei:qui primus murum ſubiit;inq; oppidum hoſtium per uim aſcẽdit idcirco ut inquit Liuius: Pręcipuum muralis coronę decus eius eſſe qui primus murum aſcendiſſet.T.autem Romilius primus omniũ eques hanc accepiſſe coronam dicitur; Hac quoq;.Q.Trebellius & ſextus:digitius pariter in murũ aſcendentes uirtutis cauſa ambo a Scipione donati ſunt Caſtrẽſis corona ea eſt:qua qui primus hoſtiũ caſtra pugnando uallo introiiſſet donabatur;& cui inſigne erat ex auro uallũ:Corona naualis eſt; quæ ſolet donari maritima pugna Qui ui primum in hoſtium nauem Armatus tranſilierit: At qui hanc:& Muralem & uallarem ex auro fere donari conſueuiſſe:longũ eſſet & operoſum nimis externa Domeſticaq; oratione complecti:Quis quanq; primus inuenerit:Quiſue primus acceperit: innumerę enim ſunt:& pene infinite ac multiplices de his libri a diuerſis Auctoribus conſcripti In uniuerſum autem de his coronis apud grecos quidẽ priuatim ſcripſere:Mneſteus atq; callimachus medici:& theophraſtus ex noſtris autẽ ĩſcripſere aliqui libros: flores uero proſecutus eſt nemo quem equidem inueniam: Deorũ autem gentilium coronas perſtrinxit li.de ipſo edito Comentator claudius ſaturnius:in quo ita exarauit cauſas:& origines:ſpecies:& ſolennitates:ut nulla gratia floris:nulla lętitia frondis.nullus ceſpes:aut palmes ſit:qui non alicuius capiti inueniat conſacratus:Et hęc de coronis hactenus dicta ſint:

Lia ſubeunt in pręſentiarum bellicę uirtutis inſignia quę imperatores certe ſoli non uſurpabant:Verum his potius cõmunicabant:Quibus Certaminum labores participarent:nõ enim ab re Dauid in militem ſuum poſuit inquit cruorem prælii in baltheo:qui erat circa lumbos eius:& in calciamento:quod erat

in pedibus eius:nisi quia & inhabitu ipso priuatorum quędam ĩ-
signia uirtutum sunt; est enim baltheus non tantũ quo cingimur
sed etiam a quo arma dependent & signa legionis & summa inter-
nosci possunt:Romanos etiam auxilia externosq; torquibus aureis
donasse ciues nõ nisi argẽteis constat:iidẽq; armillas dedere:quas
non haberent externi Donabantur ob uirtutem phaleris quoq; &
hastis antiqui.L.enim sicius dentatus;qui Trib.Mil.fuit:duo de
uiginti faleris & hastis clx.eoq; amplius donatus est:Armorum
nanq; & imperii sũma erat hasta quã ob causam uiri ea forte Do-
nabantur: Et captiui sub ea ueniebãt:sicq; tempore regum Roma-
norum:ipsi Reges pro diademate hastas habebant:quas greci sce-
ptra dixere; Nam ab origine rerum: pro diis ĩmortalibus ueteres
hastas coluere; ob cuius religionis memoriã posteasimulacris ha-
stę addebantur:Nec faleris solum & hastis ob uirtutis merita ue-
teres constat esse donatos:sed & bullis Tarquinio.n.prisco omniũ
primo;filium quom prrtexte annis occidisset hostem:Bulla aurea
Donatum legimus:Vnde Bullę usus postea successit:adeo ut eoq;
qui equo meruisset insigne id haberet;Quo & nobilium quoq; filii
a plebeis secernerẽt;Erat & exteris gentibus & nostris hominibus
Auctoritatis & amplę dignitatis Ornatus Anulus aureus.Cuius fa
bulę primordiũ auruspices ex asia traddiere:uinculorum potiusĩ-
terpretatione fatali q̃ gestaminis:De promotheo nanq; fabulosum
reor; q̃ illi Anulum primum & ferreum dederit antiquitas Mide
autem Anulum quo circunacto habentem nemo cerneret;quanq̃ fi
eri id quidem possit.ut inquit Cicero: Quis non etiam alienum a
uero magis abhorrentem quoq; dixerit;Phama est etiam Pyrrho-
gi qui bellum aduersus Romanos gessit Achatem fuisse lapidẽ nõ
fabulosum:sed pręciosissimũ inquo quidem rerum diuersarum:iu-
mentoq;:fluminum:nemoq;:uolucrum;Ferarq;:nulla penitus manu
Artificis: sed naturæ spectarentur imagines; non impræssis:sed in-
genitis figuris:tam sparsis: tamq; nexis inuicem notis ut tot ima-
ginum in tam paruo spatio unaquęq; suis digno discerneretur in
signibus:Est etiã policratis Anuli phama uetustior Cuius sardo-
nix ille indeliciis habitus; Abiectus ĩ mare:Capto;relatus est:pi-
sce ipo circiter cc.xxx.Anno urbis nostræ ĩterfecto:Et quãq̃ illiacis
temporibus;nullos fuisse Anulos apud homerum legimus;tum &
codicillos epistolarq;gratia iusitatos nodi nõ Anuli nota colligatos

fuiſſe non dubium ſit: Apud Carthaginenſes tamen ferunt Anu
lorum ornatum Accepi ſolere pro numero expeditionum ĩ quibus
militaſſent. Jacedęmonii ferreis uſi feruntur: Apud Romanoseque-
ſtris ordinis Anulos quõdam fuit ornatus; equites a plebe ſecer-
nẽs: nec ſimul cum equeſtri ſenatorioq; ordine cępit: Verum aliq̃-
diu poſt Anulus habuiſſe Aureos eos manifeſtum eſt: Siquidem
his tantum qui legati Ad exteras gentes ituri eſſent aurei publice
Donabãt: Quibus quũ ĩtra domos ferreos geſtarent ĩ puplico tãtũ
uterentur: Credo quoniam ita exterorum ornatiſſimi intelligebant
neq; aliis uti mos fuit: q̃ qui ex ea cauſa publica Accepiſſent: uul-
goq; ſic triumphabant: & cum corona hetruſca Aurea ſuſtineret
a tergo Anulus tamen in digito ferreus erat ſic triũphauit. C. Ma-
rius de Iugurtha: Aureumq; tertio conſulatu ſumpſiſſe traditur:
Sicq; Romę quidem non fuit Aurum: niſi admodum exiguum lõ
go tempore: certe a gallis capta urbe: ut pax emeretur non plusq̃
pondo. M. ſoluere potuere: ſecundo etiam Punico Bello Anulo-
perq̃ rarius erat uſus: Nam quom ad cannenſis maxime cladis põ
pã: hannibalis iuſſu: inueſtibulo curię Anulos Aureos efuſos cõ-
ſtet: eorum tantus aceruus fuit: ut Metientibus: dimidium ſuper
tres modios. Quidã autẽ tres: quidã duos ĩtegroſ carthaginẽ miſ-
ſos aſſerant: quanq̃ phama tenuit: ut liuio placet: quę proprior ue
ra eſt: haud plus fuiſſe modio: Adiecitque deinde uerbis quo ma
ioris cladis indicium eſſet: neminem niſi equitem aut eorum ipo-
primores id geſſiſſe inſigne: Multi etiam equitum & qui prętura
functi ſint: e numero infereo cenſuerunt Anulorũ huiuſmodi au
reorum uſum ſpernati: ut Manilius. L. ſuffidius: Calfurniusq; &
Alii pleriq; fortiſſimi Romanorum tanq̃ probroſum muliebre &
nota dignum id eſſet: unde adhuc illud graecchi ĩNeuiũ celebre
memoratur; Conſyderate inquit: Quirites: ſiniſtram eius en cuius
Auctoritatem ſequimini: qui propter mulierũ cupiditatẽ: ut mu-
lier eſt ornatus: qui primus itaq; anulũ inſtituit; non ab re leuis
manilius atq; latẽtibus ĩduit quaſi nõ ſecurus dextre fuerit oſtẽ-
tande: Craſſus imperator max. in ſenectute duos habuit Anulos;
cauſam pręferẽs: quia pecunia ei immenſa Creuiſſet; utq; ſeueri-
tatis illius priſce; non nullius anuli omnino nulli ſic pręcipuis ẽt
uiris quibuſdam; laſciuiente tunc ętate geminati: ſculptiq; fuere:
ad id auiditatis ſtudiũ ꝓgreſſus eſt ſilla; ut anuli gemmę ĩſculptã

eius rei geſtę cirũferret imaginem;eaq; continue uteretur:Erat aũt ſculptura Bocchus:is ſuperioris mauritaniæ rex erat;qui uiuũ Iugurtham generũ traderet Sylla qui manibus ſuſciperet;quod ĩter Syllam & mariũ inſanabilis eius Diſcordię cauſa fuit:Quę fere rẽ Romanam euertit;quom multi qui inuidia in marium flagrarent;id fuiſſe opus Syllæ inuulgarent; Pompei quoq; anulum gemmam legimus habuiſſe:enſiferi leonis celaturam habentem: Verum etiã non ornatus tantum:Sed ſignandi cauſa Anulũ geſtare moris erat Vnde neq; plures: q̃ unum;neq; Singulis niſi liberis quos ſolos fides decerneret;Quę ſculptura aſſeruabaṫ habere licebat ideo geſtandi huius Anuli uis famulis non erat:Anulos etiam quidã mortis gratia in cerauneis & iacinctis;& ſmaralgdis: aliisq; gẽmis ſub quibus uenena includebantur parauere ſic Demoſthenes Belli dux & ſummus oratorum gręcię;ſic poenorum Dux hannibal:Sic elio gabalus:ut hauſto quod ſub gemma Anuli habebãt ueneno; quũ opus eſſet:hoc eſt ſi quando uis aliqua urgeret;illico aſſummerẽt Aureorum itaq; anulorum uſus equites: ut diximus a plebe ſecernebat: quom eos qui equites non eſſent:ferreos habere mos eſſet: nec aliud quicq̃ pacis tempore: nam in preliis auro quidam Arma decorare mos etiã fuit;preſertĩ apud gallos:De qbus nõ ab re extat adhuc homericum illud;Aurea cęſareis ollis:atq; aurea ueſtis Virgatis lucent ſagulis;tum lactea colla auro innectũtur; Similimodo Alexandri quoq; Regis exercitus: Argiraſpides nõ nullos ob arma argentea Appellatos legimus;ſicut noſtri temporis duces equitesq; lofos habent & galleas ac lacernas Auro plurimo Argẽtoq; Redimitas.

Ed præter dictarum cumulum rerum cognomina; ſiue prę nomina etiam his qui meruiſlẽt ex rebus clariſſime geſtis ad nominis diuturnitatem addebantur:ueluti Romulo a uirtute hoc eſt Robore dicto:quem Quirinum ueteres cognominauere: tanq̃ id cognomen:Martium quippiam & bellicoſum prę ſe ferret Veteres enim lanceam quirim nocauere ſolitos legimus; eã quoq; in regia poſitam Martem appellare; lancea quoq; donari conſueſce illos;qui in bellis q̃ acriter ſtrenuæq; pugnantes fortitudinis

laudem meruiſſent;Proinde effectum eſſe ut Romulus;ueluti martiusquidam deos & pugnax Quirinus diceretur;quanq̃ nec clari deſint Auctores;qui id cognomen ex eo ductũ aſſerant; Quod ciues quirites appellarentur; qui Regi ſuo nomen impoſuere;ſiue q̃ cures rex ipſe Romanus uinxerit; Camillus dictator recuperata ex hoſtibus patria;ac in urbem triumpho inuectus rediens iocis militaribus; quos de more inconditos iaciebant; Romulus;ac parens patrię conditorq; alter urbis;haud uanis laudibus appellatus eſt;nec aliter.M.Claudium quinquies conſ.Marciq; filium cognominatum perhibent;Quom enim eſſet exercitatione bellicoſus; Manu ac toto copore potens;& uir ſuapte natura ad dimicãdum ardens;ei ſicuti poſſidonius inquit; cognomen;quod martiũ eſt primum ex familia fuiſſe Marcellos atq; ut eodem poſſidonio Auctore;Fabium clipeum;Sic hunc a Romanis gladium uocitatũ conſtat.Sic.M.Manilio; quia gallos primus ab arce depulit quom per noctem inuaſere capitoliũ;Capitolino ei cognomen eſt inditũ Affricani autem militaris ne prius fauor an popularis aure celebrauerit;An ſicuti foelicis Syllę Magniq; pompei;patrum memoria cæptum ab aſſentatione familiari ſit;nõ ſatis compertũ habeo; Primus certe hic imperator nomine uictę a ſe gentis;ut inquit Liuius;eſt nobilitatis;Quod equidem profiteor apud tantum Auctorem me non parum admirari; Quom GN ante Martius captis coriolis urbe uolſcorũ;Coriolanus ob egregia militię facinora dictus ſit;Quid Cato ille primus Nõ ne Cenſorius a ſeueritate cẽſoria quom priſcus antea uocaretnr;Poſtea Cato uirtutis & ſapientię quaſi cognomentum ei eſt additum; Siue ut Cęſarienſi placet a catus; quod non ut Aiunt Sapientem; ſed acutum ſonat;ut elius ſextus;& Varro tradunt; ſiue q̃ quũ plutarcho Auctore;Romani in quo multarum rerum uſus & experientia uigeret Catonem nominauere;Fabius itẽ Rutilianus ſimul concordiæ cauſa; ne humilimorum manu commitia eſſent;omnem forenſem turbam excretam in quattuor tantũmodo tribus conjecit;Vrbanasq; eas appellauit; Adeoq; eam rem Acceptam gratis animis ferunt;ut Maximi q̃ tot uictoriis non poterat nomen hac ſibi ordinum temperatione pararet.Q. quoque Fabius cnnctatoris ſibi cognominationẽ aſciuit ſiueq̃ ingenio & ſuapte natura Remiſſior eſſet;quippe qui armoq̃ clemẽtia ouicula iudicaretur;ſiue q̃ de induſtria; nouã uictoriã Ac

Salutarem cunctando nec cum hoſte confligendo Romanam.R.p. Reſtituerit;Alter quidam q̄ paucis poſt patris obitū diebus funebribus ludis gladiatoꝝ munus exhibuerit.Celerem uocauerunt: celeritatem ac apparatus maturitatē admirati;Sicut appiū claudiū victis uulſinenſibus Audatię cognomento nominatum in Annalibus etiam ſcriptum eſſe inuenio.L.Siccium trib.pleb.plusq̄ credi debeat;ſtrenuum bellatorem fuiſſe;nomenq̄ ei factum obingētem fortitudinem Appellatumq̄ Romanum Achillē;nec aliter hac .L.Siccius.Q. Cotius propter fortitudinem cognominatus eſt: .T.Manilio ſummo loco nato;cognomentum eſt Torquatus: cauſamq̄ cognomenti fuiſſe Accepimus; Torquis ex auro induuias: quam ex hoſte quem ceciderat Detractā induit:Quo ex facto ipē poſteriq̄ eius torquati ſūt cognominati: Valerius autē Max.adoleſcens ac tribunus militaris.ſua etiā uirtute nixus & opera;corui alitis repente diuina quadam ui aduolantis; & aduerſarii oculos; & proſpectum alis & unguibus prepedientis quia ducem gallorū uicit interfecitq̄;ob hanc cauſam cognomen ſibi coruini uendicaſſe haud quaq̄ eſt nobilium ſcriptorum: qui ſecus dixerit.Idem ob uictam meſſanam nobiliſſimam Sicilię urbem primum honoris cauſa meſſana;deinde paulatim uulgo litteram permutante meſſalla nūcupatus;Cornelius Ruffus eo decēuiro bello punico ſecundo ſuadente;ut libri apollinares ex libris ſybillinis inſtituerentur Sybilla ob eam rem poſtea uocatus eſt:Corrupto deinde uocabulo Sylla nominari cępit;Vnde & Sylla dictator Poſtea ſequitur; Qui foelix cognomento;ut apud latinos habitus eſt:Sic apud grecos ſe īſcripſit.L. Cornelium ſyllam uenereum;ut in cheronia plutarchi;qui hoc græce deſcripſit notū ē:Et ut de bello mitridatico trophea pariter inſcripta reperta ſunt;nec id inepte plurimum enim ueneris: non nox;ut inquit meneander:Sed fortuna ſortitur:Cui quū clariſſime rebus ipſius geſtis ſe ſe ipſe dicauit:Exclamans iuxta edipodem Sophocleum: ego me ipſum fortunę filiū fero; Iulius cęſar prenomen imperatoris & cognomen patris patrię inter alia per multa: nomen ſuum illuſtrantia decerni ſibi uoluit:Huius ſucceſſor Octauius quoq̄ cęſar Ampliore auguſti cognomine ductus ē uel q̄ magnos ſanctos foelicesq̄ auguſti uocant:uel q̄ loco religioſa;& inquibus quid Augurato conſecraretur; Auguſta dicerent ab auctu uel ab auiū geſtu;guſtuq̄ idem ſicut.Q. Fabius

maximus gallica uictoria cognomen alobrogis ſibi met ac poſteris peperit ſic a deuictis hoſtibus bello germanici ſibi cognomẽ meruit:Hæc ita cognominationẽ:ſiue prẽnominationem aſſummunt apud noſtros: quemadmodum apud grẽcos huiuſcemodi indici ſolebant prẽnomina ſiue cognomina: ſic dionyſio plurima ab rebus: quas egit ſunt ab hominibus indita:Nam alii baccum a mulieribus: quæ bacchantes illũ ſequebantur dixere:alii a torculari:quo uinum exprimitur leneum: Quidam bromiũ a tonitu qui in eius ortu contigit.Pingenius inſuper ex eadem appellatur cauſa :Quĩ etiam triumphator dicitur: ꝙ primus omnium de indis multis cũ ſpoliis in patriam reuerſus triumpharit: Liberum alii Appellatũ putant:non ob licentiam linguę:ſed quia liberat animum a ſeruitio curarum:efficiat uigorem:& audatiorem in omnes conatus reddat:Patrem ꝓinde ꝙ de ludis uictoria potitus thebani ſe ſe liberos ipſo uiuente & quaſi ſub optimi patris tutela ſeruatos arbitrarentur: a rebus geſtis inſuper alia ſicuti ſothera & callimeon a uirtute ut euergetem:& philadelphon:tam excellentẽ uirtute abſtinentię Ariſtidem fuiſſe aſſerunt:tanta uitæ integritate photionem:ut cognomine ille iuſtus: hic bonus ſit appellatus:a uirtutis quoq; prẽſtantia prudentięq; ac uirium Iouis filios appellauerũt: ut eacum: Minoa:& Sarpedona ferociſſimos & immanes & alienos ab omni humanitate: tanq̃ e mari genitos neptuni filios dixerunt: cyclopa:Certiona:&leſtrigonas:a fortunę foelicitate:ut eudemona:Sicut baſſum ſecundum uocatum legimus:ab exitio uero urbium ſiue peritia diſciplinaq; obſidionis faciendę machinarumq; ſolertia & ad expugnanda oppida inuentione polioncetes cognomẽtum fuit demetrio Antigoni filio rege duci illius temporis inclyto Nonnullos adhuc e naſcendi ſorte nuncupamus: ut proculos qui foris procul abſentibus parentibus nati ſunt Poſtumium:qui patre mortuo:Vopiſcum:quom ex gemellis alteri ſuperſtitẽ eſſe contigerit.Cęſarem quom ene ćta parẽte:exciſo utero gignitur:Sic Scipio affricanus prior natus:primusq; Romanorum ob cęſum matris uterum cęſar dictus eſt: Seruium:qui mortua matre:in utero ſeruetur: nonnullos corporeum etiam prẽnomen:ſiue cognomen habuiſſe legimus:Horatius enim cocles:quom alterũ oculũ antea bello Amiſiſſet:cognomentum admiſit:quaſi luſci & uno lumine tãtũ cernentis:luſcos enim & unoculos coclites diverunt ueteres:Sicq;

Cyclopas coclites legimus dictos: ꝙ oculum unum habuiſſe memorantur:Quidam tamen id ex ſũmitate naſi tractum Autumãt: qui ſub ipa fronte ita deꝑſſus demiſſusꝙ erat .ut nullum fere inter oculos diſcrimen extaret:ipſaꝙ ſnpercilia commixta inuicem cõfuſaꝙ forent:idcirco uolentibus eũ multis cyclopẽ noiare delapſa loquẽdi cõſuetudo obtinuit:nt iã cocles a plurimis appellaret; M.quoꝙ Tul.in extrema naſi parte eminens quoddam in figuram ciceris habuit:a quo ciceronis cognomentum ſibi inditũ eſt.Q. etiam Fabiuscunctator a ueruca in labiis uerucoſus:& Gneus obſigne Neui appellatus.M.Curius:&.Gn.Papirius carbo:quia cũ dentibus eos naſci contigit:ob id Dentati cognominati ſũt;Neoptholomus a Cappillorum qualitate Pyrrhus a quo & pyrrathica primum ars perhibetur inuenta:Aſchanius a prima Barbe lanugine:quę ei tempore uictoriæ naſcebatur Iulius Arctoxerſes a dextra manu illius leua longiore longimanus Ancum pronomen Varro ex Sabinis tranſlatũ putat;Valerius ancias ſcribit ꝙ cubitũ uicioſum habuerit;quod gręce.G.uocant Papirius a pręcipua peditum pernicitate curſor Quorum uero in naſcendo non caput ſed pedes primi extiterant;qui partus difficillimus & egerrimus habet: Agrippe appellati uocabulo ab egritudine & pedibus cõficto: a cognatione alios dictos legimus: ut Manlios:&cornelios;& põpeios:quos quia Auctor ex hiſpania pompeius boum pompã duxerat:alii cognominatos perhibent;Sic apud gręcos Heraclides & pellopidas a morum imitatione:& quadam quaſi ſimilitudine aliis plurima contigerunt:uiuentium gloriam prorogantia:Quum alii fulmina:ut geminos duo fulmina belli Scipiadas cladem lybie:alii uictrices aquilas:& Accipitres inuictos: Alii & diuos:Deoꝙ genitos;ut Alexander ille macedo:& pręter eum ducem:pleriꝙ alii cognominari ſe ingenti cum uoluptate uoluerint;

T quoniam eo impedi labor ac periculũ perſępe ſolet unde emolumẽtũ atꝙ honos ſperetur; nec diſcriminis quippiam agreſſuros homines;ſi magnis conatibus magna ꝑmia haud pręponantur;Fuerunt pręter hęc quę modo dixmus alia ob ſtrenue geſta fortiſſimis ducibus auxiliaribus & legionibus;Tum ex

Senatusconſulto: tum ex maiorum liberalitate conceſſa: quę plu
rima quidem & uaria produntur: decreuerunt enim ad premia ſu-
periori affricano paribus ornamentis exoluenda ſtatuas plurimas
& triumphali etiam habitu uiſendas in plurimis & celeberrimis ur
bis partibus: in comitio: in Roſtris: in curia: in capitolio: ponere de
creuerunt. Continuum per omnes uitę Annos conſulatum: perpe-
tuamq; dictaturam tribuere decreuerunt. ut imago eius triumphali
ornatu e tẽplo Iouis optimi maximi exiret: & quę ſibi neq; plebe-
ſcito dari: neq; ſenatusconſulto illius magnitudo Animi ac ſpecta-
ta modeſtia paſſa eſt: poſt obitum recuſare nõ potuit: liberalis etiã
Po. Ro. magnitudine munerũ quod attalo regi Aſiam dono dedit
Sed attalus teſtamenti aequitate accepti muneris haud immemor
qui eandem Aſiam moriens populo Ro. legauit; Eumenes atthali
regis frater: & qui auxilio aduerſus Anthiocum Macedonem fuit:
omnibus Aſie ciuitatibus quas anthiocus bello ammiſerat a ſena
tu donatus eſt: Pompeius deiotaro Gallacię regi: Armoeniam mi-
norem contulit q; Sotius bello mitridatico fuerit: Numidarum
item rex maſſiniſſa in Amicitiam receptus a. p. Scipione Affricano
multa & pręclara rei militaris facinora quom feciſſet: ob quę victis
carthaginenſibus & capto Syphace: cuius in Affrica Magnũ atq;
latum imperium: Magnam gloriam noſtris hominibus peperit Po-
pulus Ro. quaſcũq; urbes & agros quos manuceperat ſibi dono de
dit. M. Curius quum italia pyrrhum regem exegiſſet: decretis a
ſenatu ſeptenius iugeribus agri populo ſibi autẽ. L. popularis aſ-
ſignationis modum non exceſſit: parum idoneum rei. pu. ciuem ex-
iſtimans qui eo quod reliquis tribueretur contentus non eſſet. P.
Cornelii quoq; Scipionis cõſulis Decretum de agris militum eius
fuit: ut quot quiſq; eorum Annos ĩ hiſpania aut Affrica militaſſet
in ſingulos annos bina iugera acciperet: Scipionem item poſterio-
rẽ Dona militaria his q ſtrenuã opã ediderãt diuidẽtẽ. T. Labieũs
ut forti eqti Aureas Armillas tribueret Admonuit eoq; ſe negan
te id facturũ: ne caſtrẽſis honos ĩ eo qui pauloante ſeruiuiſſet uiola
reẽ ipſa ex pręda Gallica: aurũ equiti largitus eſt. nec Tacite id
Scipio tulit nãq; eqti habebis ĩquit donũ uiri diuitis: Quod ubi il-
le accepit: proiecto ante pedes labieni auro uultum Demiſit: idem
ut audiuit Scipionem dicentem: imperator te argẽteis armis donat
alacer gaudensq; abiit. C. etiam Marii pręcipuus non ſolũ Cęterũ

prepotens gratę mentis fuit Affectus. Duas enim Camertium cohortes mira uirtute uim cymbrorum ſubſtinentes: in ipſa acie adverſus conditionem foederis pręter omnis leges ciuitate donauit Quod quidem factum quom a nonnullis Accuſaretur: Aiebat verba legū ꝓpter Armorū ſtrepitū exaudire nequiuiſſe; inſuper quom C. Lucius ſororis filius atq; præfectus in eius ſecundo conſulatu militi cuidam præſtanti forma trebonio nomine ſub ſe militanti uim afferret & ab adoleſcente occiſus eſſet: Multis trebonium Accuſantibus Ac nullis patrocinantibus; Trebonius a ſe illum occiſum qui in magiſtratu eſſet non negauit; ſed hanc necis cām dixit atq; probauit quod Lucius ſe ſolicitanti obſtitiſſet; Et q̄uis multa darentur ſuū tamen corpus nunq̄ proſtituere uoluiſſe; itaq; Marius quę pro pręclaris militię facinoribus Corona dari conſueuerat ferri ad ſe iuſſit Trebonioq; impoſuit: Bandius quom aliquā do Marcellum ſalutaſſet: Quis nā ſit homo Marcellus rogat: q̄uis illum probe norat antea eo autem reſpondente. L. Bandius quaſi lætatus magnopere: admiratusq; Marcellus: Tu ille Banbius es inquit: Cuius maxima inter cānarum bellatores fama eſt: q. P. Emilium conſulem ſolus ne deſerueris: in quem cum denſiſſima coniicerentur miſſilia; ea corpore ſubiiciens excępiſti: aſſentiente bandio: & uulnera quędā oſtentāte: talia inquit quom in nos Amicitiæ ſigna proferres; Ad nos cur non confeſtim ibas An nos ad retribuenda amicorum uirtutis premia; Quibus & penes hoſtes tātus habetur honos: iniquos cenſuiſti: Hęc Benigne loquutus. Comprębenſum dextra iuuenē: eximio ad pugnam equo: & Quingentis Argenti Drachmis donat: Hannibal militibus ſuis quoq; inſubriū Agro in contionem uocatis; ampliſſima & certiſſima premia pronuntiat: Agrum enim ſe ſe daturum in italia; Affrica: hiſpania: & ubi quisq; uelit immunem ipſi qui accepiſſet liberisq; Qui pecuniam: q̄ agrum maluiſſet eius ſe uoto ſatisfacturum; Qui carthaginenſes ciues fieri uellent; poteſtatem facturum; Qui domos redire malent; daturum ſe operam ne cuius suorum popularium immutatum ſecum fortunā eſſe uellent; ſeruis quoq; dominos proſequntis libertatem proponit; Binaq; pro his mancipia dominis se redditurum; eaq; ut Scirent Rata fore Agnum leua manu Dextra Silicē retinens; ſi falleret Iouem Cęterosq; pręcatus deos ita sem acta, rent. quemadmodum ipse agnū mactaſſet; Et secundū pręcationē;

pecudis caput elisit:& ne sua deessent premia claris gestorum Titulis eminentibus:Cæsar grauioribus pręliis singulis legionibus quęstores pręficiebat:qui fortiter agentes agnoscerent:Et remuneratione dignos efficerent: diuitias idem ac pecunias non uoluptatis aut suarum gratia Deliciarum ex bellis cumulasse:sed cõmunia potius uirorum fortium premia apud se conseruata iacere uoluit:seq; maxima ex parte locupletari putãs quotiẽs illa benemeritis uiris militibusq; impartisset: Aurũ nanq; & argentum.Cæterasq; diuitias ex hostibus partas:quanta horum aderat copia magno ĩ numero Romam mittebat:Edilibusq; ad spectacula tribuẽs prętoribus quoq; atq; consulibus:eorumq; donans uxoribus multos sibi allexit:aliosq; omni spe:Donisq; dimisit:illud inter cuncta nec silentio prętereundum q; ęrarium populi Ro.Quod tot reges uicti:tot Asię populi tot nationes:tot Bella:tot triumphi compleuerant:& tot annis intactum Manserat: primo introitu in ciuili bello suo uno die solus exhausit:interq; alia ut scriptum est:protulit ex eo laterum Aureorũ xxxvi Milia:& in numero pondo triũ milium:siue ut alibi quattuormilium centum triginta & quinq;:argenti uero noningentorum prope milium Nec aliam ob rem ut diximus:q̃ cupiditate largiendi: Nam ut alter ait: nemo liberalius uictoria usus est:nihil enim sibi retinuit:nisi dispensandi libertatem:inde Magnifica & probanda omnibus Titi uox & exhortatio illa hierosolimarum:obsidione me pudeat inquit:nisi eũ qui prius murũ ascenderat remuneratione inuidendum fecero:ut si quidem uixerit similibus pręsit:nec pollicitus mior inuentus: Qui incon tione ea deuicta dixit illis:Qui maiore ui decertassent:pręclaris facinorum titulis:& naturam suam rebus bene ac fortiter gestis nobiliorem reddidissent premia & honores redditurum: Nec eorũ ullũ qui plus alio laborasset: iusta necessitudine cariturum:confestim itaq; iussit eos:Quorum partes erant indicare Quosnã scirent oẽs fortiter gessisse & nominibus suis quosq; interpellans presentes collaudabat quasi qui domesticis recte gestis:Satis superq; lętarẽtur:& coronas eis Aureas imponebat:& torques:longasq; hastas: & signa ex argento facta donabat:& uniuscuiusque ordinem mutabat in melius.Quin etiam ex manibus: aurũ & argentum: uestes item Aliamq; prędam summa quadam liberalitate distribuens.

Vnc memorię ne dum ſuperſtitum:ſed defunctorum ducũ prorogare celebres titulos referamus: Ac primũ Iouis qui ut cęteris deitatis nomine: ita & rebus geſtis multorũ opĩone ſuperior fuit:Et enim ut Euemerus qui res geſtas eius & cętero rum:qui dii putantur colligens: hiſtoriamq; contextus ex Titulis & inſcriptionibus ſacris:quę in antiquiſſimis templis habebant Auctor eſt:infano Iouis trifilii auream colũnam eſſe poſitam ab ipſo Ioue conſtat:in qua titulo monſtrante ſua geſta perſcripſit ut monumentum eſſet poſteris rerum ſuarum: ſeſoosis finem expeditionis in thracia ſtatuens:multis ĩ locis ab ſe deuictis:colũnas erexit:inquis ęgyptiis quas ſacras dicunt litteris ſcriptum extat: hanc prouinciam Armis ſubegit Rex Regum Princeps principũ ſeſoosis:Quid alexander ille Macedo;non ne in ſogdianorũ finibus Alexandriam cõdidit ad conteſtandos itineris ſui terminos:Quo in loco ab hercule primum: a libero deinde patre;a cyrro item:& Semyramide:Ab ipſo atq; Alexandro deniq; Arę ſũt conſtitutę: quod proximum glorie omnium duxerint illousq; prędmonuiſſe itineris ſui metas ab illa parte terrarum: fluuio fines ſecante:Quem Bactri ſoli laxatem uocant: Scite ſilin nominant: hunc eundem eſſe thanaim exercitus Alexandri magni crediderũt:Verum ubi do modamas ſeleuci.& Anthichi regum dux ſatis idoneus uero Auctor trangreſſus amnẽ iſtum: Titulos omnes ſupergreſſus:Alium eſſe q̃ thanaim depræhendit:ob cuius glorię inſigne dedit nomini ſuo:ut Altaria ibi ſtrueret Apollini dindimo hoc eſt colimino:q̃ limes perſicus una cum Scithis lungeretur:idem Alexander Triũphorum ſuorum Auſpiciis condidit in ęgyptii maris littore urbẽ Aliam ſui nominis:quam metatus eſt Dinochares ſiue Dimocrates Architectus:memorabili ingenio xvM.paſſuum laſſitate complexus:ad effigiem Macedonię clamidis:hoc eſt urbe girato:lacunoſa dextra:leuaq; Anguloſo procurſu: iam tum tamen quinta ſitus parte rgi dicata:In diuerſis inſuper Aſię regionibus xii.inuenit condidiſſe muros:eorum inſignens grecorum quibusdã elemẽtoꝝ

caracteribus:uti legeretur in eis:Alexãder rex filius Iouis Fecit: idem herculis & liberi patris:laboribus ſnperatis.prȩcepit ei quẽ perſidi prefecerat: ut pilas ſolidas Auripedum uicenum quinum Errigeret:& in his omnia facta eius ſcriberet:Ponereteꝙ in ultima india ultra liberi patris & herculis trophea: Vnde ad prȩceptorẽ ſuum Ariſtotelem ſcribens:Et ego inquit mea quinqꝫ Aurea trophea prioribus Altiora denis pedibus ſtatui atqꝫ imperaui:quȩ miraculo ſint futura Cariſſime præceptor poſteris ſcilicet non parua admiratione nouum perpetuumqꝫ uirtutibus monumentum:nõ inuidendum mortalibus perpetuæ de nobis opĩonis & Animi induſtriȩ:huius regis gloriam emulati ſunt Romani ſed non diuitias adȩquarunt:ſtatuerunt enim colũnas & ipſi: quæ rerum geſtarum referrent memoriam:ſed æreas atqꝫ marmoreas:Auguſtus nanqꝫ victor totius ęgypti:quẽ cęſar pro parte ſuperauerat multa de nauali certamĩe ſubſtulit roſtra Quibus conflatis:quattuor fecit colũnas Quæ poſtea a Domiciano in capitolio ſunt collocatę:nã roſtratas Iulius poſuit victis poenis nauali certamine e quibus unam in roſtris:Alteram ante currum poſitam conſtat: Fuerunt & Marmoreę colũnę:quibus apud maiores nobiles:aut ſub montibus;aut in montibus ſepeliebantur:unde natũ eſt:ut supra cadauera aut pyramides fierent moles ab imo latiſſimę: in summitates acutiſſimas deſinentes:sic dictę:q; ignis speciem in conum tenuantur:Aut ingentes collocarentur colũnę:Verum quanq; de pyramidum mole ac forma scripserint herodotus:& homerus: Duriſianus: Ariſtagoras Dionyſius: Artheĩdorus:Alexãder:Polihiſtor:Buthoriades Anthiſthenes:Demetrius:Inter omnes eos tamen non conſtat a quibus cępte ſint Auctoribus:Erigendarum autem Dicãdarũqꝫ pyramidum cauſa in ęgypto Regum pecuniȩ ociosa & ſtulta oſtentatio a pleriſqꝫ traditur:ne pecuniam ſucceſſoribus aut emulis inſidiantibus prȩberent:Aut ne plebs ocioſa langueret:Colũnarũ uero uſus in Romanis cępit a Cornelio Menio qui priſcos deuicerat anno urbis conditę cccc xvi.Erat & in foro Traiani colũna ſub qua oſſa eius poſita in uruam auream collocata fuiſſe conſtat:Permanentqꝫ Duę adhuc Romæ Hadriani &.M.Antonini suis nominibus celebres:harũ autẽ Ratio ẽ quibus dicatę fuerũt attolli ſupceteros mortales Quemadmodum in urbe Roma inter diuerſas moles obeliſcos uidemus plures:aliosqꝫ Iacentes;alios erectos quos

ĩpatores maximi bello domitis gẽtibus & pſperitatibus clariſſiarꝫ rerum geſtarum elati diis ſuperis in religione dicauerunt; Sic Se ſooſis ęgypti rex obeliſcos ex lapide duro duos errexit; utrũqꝫ al tum cubitis centumuiginti; in quibus tum imperii Magnitudinẽ tum quas ſubegit nationes deſcripſit Sic apud hyberos pugnacẽ gentem tot obeliſcos errigere circa cuiuſqꝫ ſepulchrum moris erat quot homines ex numero hoſtium ille neceſſet: Erant & triumpha les Arcus; ſuntqꝫ adhuc Romę ſuo loco: ĩ primis imp. Cæſaris. L. Septimii; & imp. Cæs. M. Aurelii Antonini pii rerum ſuarũ in ſigni marmore & claro Artificio; ut impreſſa docet inſcriptio: Et Arcus etiam triũpho inſignis conſtãtini: quẽ ĩciſe litteræ; liberatorem urbis: fundatorem quietis indicant: Eſt & nobilis atqꝫ triũphalis hieruſalem hunc titulũ habens: Diuo ueſpaſiano; & Diuo .T. filio. S. P. Q. R. Pauca reliquorum deinde ueſtigia supersunt Quanq̃ Trecentos & uiginti triumphos ab urb cond. ad hæc ipsa quæ modo diximus tempora numerent: Nec etiam dubium eſt ob uirtutis miraculum: quin maiores noſtri reges ipſos uita functos iactare Summis laudibus ac nouis & exquisitis honoribus cęperint: Siue ut fieri solet in adulationẽ eorum; Siue ob beneficia; quibus erant humanitate compositi ipsi reges: Deinde tum cariſſimi fuiſſẽt his quorum uitam composuerant: multisqꝫ honoribus referxerant: non paruum deniqꝫ sui desyderium de medio ſublati reliquerunt; sicqꝫ homines ætatis illius; ſiue samii; ſiue corinthii; ſiue Aſſirii; ſiue ægyptii; siue alterius gentis fuerĩt simulacro fixerũt & ſtatuas ut haberent quo aliquam uoluptatem ex imaginum talium prospectione reciperent; progreſſiqꝫ longius; per amorem; memoriam cęperunt colere defunctorum: Vt & gratiam referre benemeritis uiderentur: & succeſſores eoꝫ alliceret ad bene imperãdi cupiditatem; Quod orator eximius in natura deorum monet dicens suscepit autem uita hominis consuetudoqꝫ communis: ut beneficiis excellentes uiros in cęlũ phama ac uoluptate tollerent; Hinc hercules; hinc caſtor; hinc pollux hinc Eſculapius; hĩc liber; Et alio loco atqꝫ alio; & inpleriſqꝫ ciuitatibus ĩtelligi poteſt; Accuendæ uirtutis gratia; Aut quo libentius reipu. gratia periculũ adiret: optimus quiſqꝫ uirorum fortium memoriam honore deorum immortalium conſecratã; Hac ratione mauri proprios reges; Romani ſuos cæſares; & qui uiri fortitudine inſignes erant conſecrauere inde

per gentes & prouincias ſingulas uaria deorum religio mutatur: Dum non unus ab omnibus deus colitur: Sed propria cuiq; maior ſuorum cultura ſeruatur; hoc ita eſſe Alexander magnus inſigni uolumine ad matrem ſuam ſcribit: Metu ſuę poteſtatis proditum ſibi a diis hominibus a ſacerdote ſecretum; quod maiorum & regū memoria ſeruata ſit; inde paulatim cultu in metum uerſo ſuperſtitionem mortiferam irrepſiſſe: Verūq; eſſe poeticum illud: Primus in urbe deos fecit timor: Quo autem tempore huiuſmodi diuini honores mortalibus eſſe cęperint Non eſt obſcurum prętertim quū nulli reges ante ſaturnum uel uranum fuerint; & Iouis temporibus ab initio templa conſtituta eſſent: & noui deorum cultus inuenti: Sic hominum effigies: quom non ſolerent exprimi cępere nec niſi ab aliqua inſigni eorum qui diuturnitatem nominis meruiſſent: Primoq; ſacrorum certaminū uictorię: Maximęq; olympię; ubi oēs qui uictores fuiſſent; ſimulacra effingi ſolere Moriserat eorū; qui ter huiuſmodi in certamine ſuperiores Euaſiſſent ex uniuerſo corpore lineamentis ad ipſorum ſimilitudinē expræſſis: Primus tamē hic ſtatuarum honos; ut uidere uideor græcis debet; Nulliq; apud eos reor plures dicatas: q̄ Demetrio phanoſtrati filio falerio; qui quom apud athenienses concionaretur; urbi prętuit Annos decem ęreisq; ſtatuis honoratus ē trecentis sexaginta: Quarum plures equeſtres erant & in curribus seu bigis ſtabant; summoq; ſtudio ferme ītra quadrīgētos dies cōsumate erāt: Nā quū apud atheniēses clariſſīos eēt; Sic quoq; ipse ab ea quę cūcta cōsumit īuidia tentatus; quippe insidias paſſus a quibusdā mortis sentētiam absens excępit; non tamen eius corpore potiti sunt; Verum ipsius deiicientes ımagines; Erugine de īduſtria foedatas; alias quidē uendiderunt: Alias ſubmerſerunt; Alias infruſtra concid erunt; una autem in arce ſeruata; atq; hoc intuliſſe atheniēſes huic Demetrio iubente rege proditum eſt; apud Romanos etiam & pedeſtres & equeſtres ſtatuas proculdubio aliq̄diu in ſumma uenerationē & Auctoritate habitas conſtat: equeſtrium tamen origo perquam uetus ē & cū foeminis etiam honore cōmunicato exemplo clodiæ: Cuius ſtatua equeſtris erat ceu parū eſſet toga eam cīgi; quū nec lucretiæ; nec bruto; qui expulerant reges: propter quos; Clodia inter obſidis fuerat Decerneretur; & quanq̄ Catonis incēſura uociferationis eſſent mulieribus Romanis in prouinciis ſtatuas poni

non tamen potuit inhibere quominus Romę quoq; ponerentur: ſicuti cornelię graccorũ matri quæ fuit Africani prioris filia: Togatæ Antiquitus ſtatue dicebantur: Deinde nudę haſtam tenẽtes Græca enim res erat: ſtatuas nudas dicare: nihilq; in eis occulere; Econtrario uero Romana Togas: & militares toracas ſuperaddere Cæſar quidem dictator loricatam ſibi in foro dicari paſſus eſt ſtatuam: Fuit. M. Tremelii equeſtris toga: qui Sannites bisdeuicerat Captaq; Anania: populum ſtipendio deliberauerat; Fuit etiã Scipionis qui bellum in Aſia geſſit Anthiocũq; deuicit: non ſolum cum clamide: ſed etiam cum crepidis in capitolio ſita: Dicabãtur quibuſdam argenteæ: quibuſdam Aureæ: Pompeius nanq; intriumpho pharnacis: qui primus regnum tenuit in ponto: Argenteã ſtatuam tranſtulit: Mitridates item currus Aureos & Argenteos: quanq; nec deſint: qui argenti uſum primum Diuo Auguſto dicatũ in ſtatuis Falſo arbitrentur: Aurea autem ſtatua Ac omnium prima nulla inanitate in templo Anetidis numine gentibus illis ſacratiſſimo poſita ẽ: Antonii deinde parthicis rebus dirrepta ſtatua quoq; regis Aſſarii: quã non adoraſſare capitale erat: ex auro fuit: Sexagintaq; cubitorum proceritate: Domitianus etiã apud noſtros: quom de dacis germanisq; triumphaſſet: Tantę fuit inſolentię atq; ſuperbię: ut Aureas atq; Argenteas ſtatuas ſibi in capitolio poni iuſſerit: ex ęre etiam primam Romæ ſtatuam conflatã & Ceteri primum dicatam: Et ſpurii caſſii peculio: quem regnum appetentem: pater eius occiderat iuenio: ſtatua quoq; horatii: qui & Cocles cognominatus ẽ ænea fuit: & in ęde Vulcani poſita ẽ: quæ detrimentum corporis Acceptum: Claudus enim teſte Plutarcho poſtea fuit: q; Armatus in tyberim deſiliens: Tyrrheno telo ſaucius ille admiſerat oſtendit: Liuius licet obſtet multis ſuper incidentibus telis in columen ad ſuos tranſnatauiſſe aſſerat: Cęſar dictator: non solum sibi i foro dicari ſtatuas paſſus ẽ: Sed diſiectas põpeii ſtatuas reposuit: ex hoc etiam Auguſti cæsaris morẽ probãdum censeo: q; illuſtrandis ducibus Antiquis qui Romanũ impetium Auxiſſent: exactiſſimam diligentiam impendit: opera cuius reintegrans ac titulos: Dedicatis omnium ſtatuis triumphali habitu in porticibus ſui fori factum placet: nec minus ratio: Si quidem edicto prefatus ẽ: eoſe propoſito id agere: ut eſſent Quorũ ad exẽpla & ipſius & ſuperioris tẽporis clarorũ uirorũ formarẽt

mores ad quorunq; ueluti pręſentem Regulam inſtitutos prīcipes ſuos po.Ro.errigeret ſapienter undiq;:Nam quum aliquādo ſtatuę fuiſſent inſignia uirtutum;& hiſ ponerentur:qui ingenio & doctrina pręſtarent;quiq; magna geſſiſſent: Aut mortē pro R p.obiiſſent: Quales decretas legatis a Rege uehientum interfectum legimus:nullum mortuo:Ciceronis ſententia:ab homine mortali uel Carius;uel diuturnius premiū; uel gratia maior nulli pręſtari pōt: q̄ ſtatuę uel ſepulchri harum rerum geſtarum & gloriæ memoria: q̄ ex his plurimi quos diximus Bellorum duces æternitati cōmēdari poſſe exiſtimantes Ardenter affectarunt: q̄ Tanq̄ plus premii de urnis & figmentis huiuſmodi ſenſu carentibus adepturi:q̄ ex cō ſcientia honeſte rectęq; factorum:q̄ autem ſit pulchrum:ueluti exigua hęc & minima ſpernere ad aſcenſum uerę gloriæ tendentem Cato cenſorius monſtrauit:Qui interrogatus quāobrē inter multos præclaros ſtatuam non haberet:Malo īquit Ambigere bonos quāobrem id non merucrim:q̄ quodē grauius cur impetrauerim muſitare:Militari etiam glorię Clipei ſe ingerunt:quos in ſacro uel in publico:priuatim dicari inſtituti ueteris fuiſſe comperio:Primus qui hoc egerit Appius claudius fertur. is dico.qui cum seruilio cons.fuit;Anno urbis cclxx.posuit enim in bellone æde Maiores ſuos;uoluitq; in ſublimi uideri & clariſſime geſtorum titulos legi.M.Emilius īconſulatu collega.Q.luctatii:poſt eum nō in Baſilica modo ęmilia;Verum & domi ſuę posuit:Placuitq; pleram uirtutis imaginem reddi:Clipeo cuiusq; qui fuerit illo usus: hos poeni ex Auro factitauere;ſic clipeos & imagines ſecumq; in caſtris uexere:eiuſmodi quoq; ſcutis apud troiam pugnatum eſt: expreſſis quoq; imaginibus;& clipeus ſupra fores capitolinę ędis usq; ad incendium primum fuit;Tantaq; maiorū quidem noſtrorū Auctoritas in ea re Annotatur;Vt.L.Manilio Fuluio cōs.Anno urbis Dlxxv.M.Aufidius tutelæ Capitolii redēptor docuerit patres argēteos eſſe clipeos; qui p æreis p aliquot iā luſtra aſſignabant tabulis ſimiliter pictis sūt;qui rerū suarū memoriam excolluerint: ut.L.Emilius paulus.L.q; Scipio; Ac meſſalla prinpces; horum enim primus de liguribus triumphans.geſtorum ordinem in tabula pictum publice reliquit ſecundus tabulā uictoriæ ſuæ aſiaticę in capitolio poſuit;Tertiam tabulam pictam prælii quo carthaginenſes & gerionem in ſicilia uicerat in latere curię hoſtilię affixit

Anno ab urb.cond.cccexl. Arator autem ille Arpinas:& Manipularis imp.C.Marius cum clipeis pendentibus:non pictis tabulis non toreumate signoue:non statuis marmore aut aere;non obelisco non triumphali Arcu; non pyramide:non columna:non pila aurea:ędificioue quopiam tantum; Sed cantharo res suas clarissime gestas illustrauit:Post Iugurthinum enim & Cymbricum:thеothonicumq; triumphum Cantaris potasse; liberi patris exemplo traditur:Quo interbibendum indice illius uictoriæ ex asia ductę suam compararet ac similimam redderet.

Ost hęc insuper ludorum celebrationes si quidem ad natales eorum uel templorum nouorum dedicationes; uel uota ducum persoluenda ingenti confluentis multitudinis copia sunt constitutę; Et primitus quidem uenationes;quæ uocantur Munera:saturno sunt attributę; siue q̄ ad expeditiones ituri debeant:pugnas:& coeuntes inter se acies spectarene ī bello Armatos hostes; uel munera; uel sanguinem perhorrescant; siue ut non nulli perhibent; Hanc apud ueteres deuotionem factam;ut cōtra hostes ciuium sāguine primum tali deo litaretur: Pescenius enim festus in libris historiarū refert; Carthaginēses saturno humanas hostias solitos immolare;& quom uicti essent ab agatocle siculoq; rege iratum sibi deum putauisse;itaq; ut diligentius piaculum soluerent; Ducentas nobilium filios; īmolasse; Tantū religio potuit suadere malorum; tantam ciuitatis partem occiderent: Quantam fortasse nec agatocles uictor occiderat; Idem in latio quoq; eodem genere sacrificii cultus est Non quidem ut homo ad aram īmolaretur;sed ut in tyberim de ponte Miluio mitteretur;Verum id genus sacrificii ab hercule fuit postea cum gerionis pecore ex hispania per italiam reuerteretur sublatum:Persuasissetq; illorum posteris;ut faustis sacrifiis;in fausta mutarent; Ritu tamen permanente;ut pro ueris hominibus imagines iacerentur e scirpo.ut Ouidius in fastis docet. donec in hæc uenit tyrinthius arua quot annis;Tristia leucadio sacra parata deo;Illum stramineos in aquā misisse quirites; Herculis exemplo corpora falsa iace ; hęc sacra

ueſtales etiam uirgines feciſſe his uerbis idem poeta meminit: Tũ quoq; priſcorum uirgo ſimulacra uirorum: Mittere Roboreo ſcirpea ponte ſolet: ex his cauſis quæ de origine huius feſti relatę ſũt Apparet; ſaturnalia uetuſtiora eſſe urbe Romana; Adeo ut ante Romã in græcia hoc ſolenne coepiſſet. L. Accius in Annalibus ſuis refert his uerſibus. Maxima pars graium ſaturno. & Maxime Athenæ: Conficiunt ſacra quę cronia eſſe iterantur abillis: Quonq; diem celebrant per agros urbesq; fere omnes exercent epulis lęti famulos quę procurant Quiſq; ſuos noſtrisq; itidem etiam mos traditus illinc iſte: ut cum dominis famuli epulẽtur; ibidem eodẽ quoq; tempore: quom diu etiam humanis Capitibus Ditẽ placare ſe crederent: eundem ferunt herculem ſimili modo redeuntem per italiam gentibus ſuaſiſſe; ut ſacrificia mutarent inferentes diti non hominum capita ſed oſcilla ad unam effigiem arte ſimulata: inuenio poſtea quom ludi per urbem in compitis agitabantur reſtitui .ſ. a Tarquinio ſuperbo laribus; Ac Manię ex reſponſo apollinis Quo pręceptum eſt: ut capitibus pro capitibus ſupplicaretur; idq; ꝯ diu obſeruatum: ut pro familiarum ſoſpitate. pueri mactarentur Maniæ deę matri larium ideſt deorum inferorũ: Quod ſacrificii genus Iunius brutus cõs. Pulſo Tarquinio aliter conſtituit celebrãdum; Nam capitibus alii: & Papaueris ſacrificari iuſſit: ut reſpõſo apollinis ſatiſfieret de numero capitum; Remoto .ſ. ſcelere infauſtę ſacrificationis factumq; eſt ut pile & effigies uiriles & mulieres ex lana cõpitalibus ſuſpenderentur Totq; his pilę quot capita ſeruorum: tot effigies: quot eſſent liberi ponerentur; Quæ deniq; effigies Manię ſuſpenſo pro ſingulorum foribus periculum ſi quod ĩminuret; Familius expirarẽt: Ac dea uiuis parcere: his pilis & ſimulacris contẽta: ludos autẽ ipſos ex uiis compitorũ in quibus agitabantur compitalia appellitauerunt; Deinde quoniam fuiſſe pani: liceo rem diuinam: & cum hac lupercalia feſta quodam celebrata primũ fuiſſe apud uetuſtatis aſſertores cõſtat. de his nobis tertio loco diſſerẽdũ uideť: ea itaq; ſacrorũ genera: ut elegãtiſſimis rerũ geſtarum ſcriptoribus uiſũ eſt: ab his qui ex Archadia cum Euandro in ęum locum qui nunc Romanæ urbis eſt profecti ſunt; Ad noſtros primum delata fuiſſe ferunt ac ritu ſuo celebrata; Ouidius in faſtis: Pana deos pecoris ueteres coluiſſe queruntur: Archades archadiis plurimis ille iugis Pan erat Arméti: pan illic numẽ

aquarum:Munus ob incolumes ille ferebat oues:Transtulit euã-
der ſyluestria numina secũ hic ubi nunc urbs est:tunc locus or
bis erat: in qua quidem urbe constat euandrum constituisse:ut
diuisa pastorali turba:Nudi iuuenes ac pellibus īmolatarꝫ hostiarꝫ
inuoluti:liceum pana uenerantes per luxum atꝫ lasciuiam ex epu
larum hilaritate profusioreꝫ uino prouecti:personati currerent
loraꝫ manu ferentes obuios quosꝫ ac mulieres maxime adultas;
his ultro manuũ palmas cedendas porrigentes uerberarent: Existi
mantes id sibi foelicem pariundi facultatem præstare posse:eodē
postea poeta dicente: Nupta quid expectas non tu pallentibus
herbis:Nec prece:nec magico carmine matereris:Excipe foecũdę
patienter uerbera dextre. Iam socer optatum nomen habebit Aui
Cur autem nudi currentes hunc deum coluerint pleraqꝫ curricula
uetustatis ad nos usqꝫ delapsa indicant:siue ꝙ ipsi deo:qui nudus
est:celeritati suę eo pacto longe aptius nudos ministros habere ui-
sum sit: siue ꝙ Archades omnium populorum qui grętiam colue
rint uetustissimi feris similem adhuc syluis & montibus uitam a-
gentes expertas legis artisqꝫ primum hunc deum uenerari prio
cultu coeperiut:idem auctor in fastis:cur igitur curant:& cur sic
curiere mos ē Nuda:ferāt posita corpora uestę rogas:ipē deus ue
lox discurrere gaudet ī altis Mōtibus & subitas cōcipit ille feras:
ipse deus nudus:nudos iubet esse ministros:Nec satis ad cursus
eōmoda uestis erat. C. uero Actacilius:ut refert Plutarchus:scribit
Romulum quom ante conditam urbē eius pecora a latronibus ra-
pta fuissent:lupercalium solennitatem in honorem Fauno suppli
cem primo excoluisse:nudū deinde ne sudore prepediretur. omīs
saltus currendo syluasqꝫ lustrasse: ideo nudatos lupercales hęc lu
dicra celebrasse:lupercos alii nudos fieri solitos aiunt ꝙ Faunus
uestę delusus a suis:eam sacris procul arcuerit: Ouidius idem in fa
stis:Vestę deus lusus fallentes lumina uestes Non amat:& nudos
ad sua sacra uocat: Iustinus quoqꝫ magis ex habitu dei:cui ea
sacra fiebant: q̄ ex alio nuditatis causam refert: Quom post hunc
Tertio loco regnasse faunum ferunt:sub quo Euander ab archadie
urbe palanteo in italiam cum mediocri turba popularium uenit:
Cui faunus & agros & montem: quē ille postea palantem appel
lauit benigne assignauit ī huius radicibus templū lyceo:quē grę
ci pana:Romani lupercal appellant:cōstituit ipsum dei simulacrū

nudum;caprina pelle amictum ē: Quo habitu post etiam Romæ lupercalibus decurrebatur;ut cumq; res se habeat;in tēpora tamē usq;.C. Cęsaris huiusmodi obseruationem fuisse compertum est: ea nanq; sacra;quē sedens Cęsar spectaret;Et inter eos qui solē nia celebrarent.M. Antonius cōs.qui triumuir postea fuit adesset Aiunt eum diadema capiti cęsaris imponere conatum; Quod quū cæsar Ammoto capite Ac simul manibus reiecisset. Iouis capitolini statuę illico iussit imponendum; De nomine lupercalium non una etiam ratio sed uaria proditur; Alii nanq; locum deo pani sacratum Archadię ferunt; Quom etiam mons in archadia lyceus consecratus est; & dictus gręce idest lupus;q; lupos haud sinat in oues desęuire;ideo & euander deo gentis sux sacrificauit locum;& nominauit lupercal;q; prędidio ipsius lupi a pecudibus Arcerētur Alii referente plutarcho putant a lupa quę Romulum educauit potius emanasse;quom ut ait luperchales ludichrum inchoent;Vbi expositum Romulum fuisse phama est; tam & si quæ ad sacra pertinēt minus ei conueniant rei; dū de lupa Romuli nutrice loquitur idem poeta his uerbis fidem facit;Illa loco nomen fecit deus ille luperchal;magna dati nutrix premia lactis habet;Quis uetat Archadio dictos de monte lupercos;Phaunus in arcadia templa lyceus habet;inueniunt etiam; Auctore Quintiliano qui luperchalia ęquę tres partes orationis esse contendant;quasi ludere per caprū ob temporis deniq; obseruationem; ludichrum hoc; ut inquit plutarchus ad expiandos manes constitutum creditur;Fiebat enim ut ille inquit;ne fastis diebus mensis februarii; quem piacularem interpretantur eodem poeta in fastis dicente;Tertia post idus nudos aurora lupercos;Aspicit;& phauni sacra Bicornis eunt;consualia ludi dicebantur quos in honorem consi faciebant;quem deum cōsilii putabāt Circensęs uero quos primus Romnlus raptis Sabinis consualiū nomine celebrauit; Neptuno dicabant;hi in littore olim fluminis agabant ab alio latere positis ensibus siue gladiis; ut ab utraq; parte eēt ignauię;presens peericulum unde & circēses dicti sūt quod exhibebantur in circuitu positis ēsibus licet alii a circueūdo ab astercienſibus; Alii circenses dicant uocari solitos horū ratio ludorū Quid aliud habeant nisi leuitatem & uanitatem & insaniā non uideo; Tanto nanq; impetu concitabantur Animi in furorem;quāto illic impetu currebatur; ut iā plus spectaculi

exhibent q̃ ſpectãdi gratia cõueniſſent;cum exclamari;& efferri;& exilire coepiſſent;Equiria ludi ſunt;quos Romulus idem marti inſtituit per equorum curſum qui in cãpo Martio exercebantur;Gladiatorum quoq; munus dictum;quod populo tanq̃ munus donat & qui donat munerarius;& qui familiam gladiatorum habet;Gladiatoresq; domi in diſciplina & in ludo exercet;ac poſtea uendit: laniſta uocatur;Gladiatorumq; ideo dictum q̃ mos erat in ſepulchris Mortuorum uirorum fortiũ captiuos necari; Quod quia poſtea in mane uiſũ eſt;placuit dimicare gladiatores ante ſepulchra Quem morem homerus noſter Mantuanus his uerbis expreſſit;Viuentes rapit inferias; quos ĩmolet umbris;Captiuoq; regi perfundat ſanguine flammas;Nec abnuit illa teſte floro de ſtipendiario Trace miles de milite deſertor;inde latro.Deinde in honore uiriũ gladiator. qui defunctorum quoq; prelio ducum imperatoris celebrauit exequiis;captiuosq; circa regum iuſſit armis depugnare: Quaſi plane expiaturus omne preteritũ dedecus Si de gladiatore munerator fuiſſet;Liuius ab urb.cond.xxix.Scipio carthagine ad uota ſoluenda;diis munusq; gladiatorum quod mortis cauſa patris patruiq; parauerat edendum redit gladiatorum ſpectaculum fuit; non ex eo genere hominũ;ex quo laniſtis comparare mos eſt: ſeruorumq; uenalem ſanguinem habent;uoluntaria omnis & gratuita opera pugnantium fuit; Nam alii miſſi ab regulis ſunt ad ſpecimẽ inſite genti uirtutis oſtendendũ alii ipſi profeſſi ſe pugnaturos in gratiam ducis;Alios emulatio;& certamen;ut prouocarent prouocatiue haud abnuerent traxit; Quid enim miretur quiſque in hoc primum inuentorem An inuentum Artificem An auctorem Auſum aliquem hoc excogitare;An ſuſcipere: An iubere;Ac ſuper omnia populi furorem;Quam uille enim nephas animarũ iſtarum;quãtum inde querelarum; Quantũ mali potuit hauriri Quis non uidet; Nouendiales ludi ſunt;qui in honorem mortuorum celebrãtur;Proinde apud Maiores ubi quis fuiſſet extinctus ad domum ſuam referebatur. Vnde eſt ſedibus hunc refer ante ſuis.& illis ſeptem erat diebus Octauo incendebatur;Nono ſepeliebatur domi etiam ſuę;Vnde orta eſt conſuetudo;ut dii penates colantur ĩ doĩbus ſimiliter funebres plebeios megalẽſes, Apollinares.quos omnis curales edilis munere publico curabant Magno plauſu celebratos inuenio funebres ad attinendum populum inſtituti.dũ

pompa funeri decreta in honorem patrii uiri plene instruit. Plebei qui pro salute plebis eduntur exactis regibus ꝓ libertate: aut pro reconciliatione plebis post secessionem in auentinum: Magni ludi Romani ludi appellabantur: quos in honore Iouis: quem principem deorum putantes faciebant: uel Romani regii ludi. Q. Asconio teste sub regibus istituti sunt: Magniq; Appellati ꝙ magnis impensis dati cum primum ludis impensa sunt Ducentamilia numũ adeo magnos ludos factos putant ꝙ consiliorum secretorum deo ideſt neptuno lari cum rei & rerum aulicarum & deis magnis ideſt laribus urbis Romę dati sunt Quibus aiunt Raptas sabinas eẽ ut uideatur propter hoc dicere pręclarus poeta uirgilius: Et magnis circensibus actis Megalenses uero nobilium ludi & Magnis diis consecrati a loco inuentionis suę sic dicti: His prętorum erat ludis interesse: & lusores conducere Iuuenalis in satyris: interea Megales iece spectacula mappe ideum solenne colunt: similisq; triũpho: Prędo caballorum prętor sedet: Ac mihi pace immensę nimięq; licet si dicere plebis: Totam hodie Romam circus capit: & fragor aurem Percutit euentum uiridis quo colligo panni: Nam si deficeret moestã Attonitamq; uideres hanc urbem ueluti cannarum in puluere uictis Consulibus spectent iuuenes: quos clamor & audax sponsio: quos cultę decet assedisse puellę: ludos senicos: Valerius ancias Auctor est: Megalesia appellatos: & si Firmiano credimus: libero attributos: Cui ex indis thebas redeũti: a Triennio bis peregrinationis exacto: grecos instituisse triatheridas tradunt: Ludorum apollinarium origo: uictorię nõ ualitudinis: ergo ut quidam Annalium scriptores produt ex duobus Martii uatis carminibus cuius duo in senatu uolumina illata erant Memoratur: priore carmine cãnensis prędicta clades in hęc prope modo uerba erat: Ammine cãnensis prędicta clades in hęc prope modo uerba erat: Amnem Troigenam Romane fuge cannam: Ne te Alienigene cogãt in campo diomedis conserere manus: sed neq; credes tu mihi donec sanguine campum: Multaq; milia occisa tua deferet Amnis: in põtum magnũ extra frugifera piscibus: atq; auibus: feris quoq; quę incolunt terras: his fluat esca caro tua: Nam mihi ita iupiter fatus est Diomedis Argui campum: & cannam flumẽ qui militauerat in his locis iuxta atq; ipsam cladem agnoscebant: tum alterum deĩde carmen inuentum est ita scriptum: Hostem Romani si ex agro expellere uultis uomicamq; gentium uenit longe apollini uouendos

censeo ludos. Qui quotannis cõmittere apollini fiant: His ludis faciendis prærit prętor; qui ius populo plebiq; dabit: Sũmum diẽ uiri gręco ritu hostiis sacra faciant: hoc si recte facietis gaudebitis semper: fietq; respu. uestra melior: Nam is dies extĩguet produ elles uestros: qui uestros campos pascunt placide. ex hoc carmine quom procurãdi gratia dies unus ebus diuinis impensus esset: Postridie senatusconsultum factum est uti decemuiri; quo magis instruerentur de ludis apollini agendis; req; Diuina recte facienda libros Sybilinos adirent; in quibus quom eadem reperta nuntiatũ esset; censuerunt patres apollini ludos uouendos faciendosq; in eam rem duodecim milia ęris prętori; & duas hostias maiores dari decemuirisq; pręceptum ut gręco ritu idest capite operti hisce hostiis sacrum facerent apollini boue aurato & capris duabus albis auratis latonæ boue foemĩa aurata; hos ludos id circo populus coronatus spectare iussus erat: Matronę supplicare uulgus aptis Ianuis in propatulis epulabatur: celebreq; dies is omni cerimoniarum genere habebat; sicq; paulatim cęteris diis huiusmodi tudorũ honos tribuni coepit; singuliq; ludi: sicut Sisinius capito in libris spectaculorum describit nominibus eorum consecrati sunt.

Nsuprema demum nostri laboris parte summam reponemus prĩcipũ ex bellis diis oblata in mediũ relaturi Quis enĩ Bellorum turbinibus uictor egrediens Dominum exercituũ inhonorum dereliquit; quom illi etiam ipsi; qui ueri dei cognitionem minus haberent: quodcũq; illudesset numinis haud quaq̃ prętermitterent; Quin summa quadam ueneratione prosequẽrẽtur: De quibus ne forsam esitare quispiam possit: testes adsunt præcellẽtissimi duces. sed inprimis Dionysius qui & liber dictus est: Et Alexander Macedo; indiam enim ingressus ille; primitias deo Ioui in oriente a captiuis habitas primus obtulit; quod si non ab unde constaret: Ouidius in fastis testis ẽ opulẽtissimus dicẽs: Ante tuos ortus Are sine honore feruntur; liber & ĩ gelidis herba reperta focis; te memorant gange; totoq; oriente subacto. Primitias magno proposuisse Ioui. Cinnamatu primus captiuaq;

thura dediſti. Deq; triumphato uiſcera toſta Boue Nomine ab au-
ctoris dicunt libamina nomen Libaq; q̄ ſanctis pars datur inde fo-
cis. Huic a teneris: grę corum more: unguiculis ſine parſimonia
thura ingerenti aris. pedagogus leonidas eam thuris profuſionem
egre ferens; thusq; perſępe adimens inquit. Eus tu puer large ſic
odores offeres: quom regionis thurifere potiere; Qui Arabia tandē
potitus rex thure honuſtam naui m miſit ei; ac epiſtolam in hæc p
pe uerba: Miſi ad te thuris & caſſiæ talẽta; neq; Minima ſunt: Ma-
xime facias in diuinis rebus: ut pote qui non ſis neſcius nos pig-
mentiferi potitos ſoli: Eidem alexandro poſtea adulto placuere &
luchi penſiles in delubris arborum non mala ferentium lucentes
ut in templo quondam apollinis palatini; quem idem Alexander
thebarum expugnatione captum lucinię dicauerat; apud Iunois
quoq; lucinię templum in Brutiis ęſtatem agens hannibal: Aram
ibi condidit dedicauitq; cum ingenti rerum ab ſe geſtarum titu-
lo punicis greciſq; litteris inſcripto: idem pro tot tamq; foeliciter
in italia geſtis: Maxie poſt labefactā ex cannenſi clade rẽ Roma-
nam ad internitionẽ pene redactam: Diis immortalibus ſacrum
agi haberiq; iuſſit: Iouis autem templo: quod primum in urbe cō-
ſecratū eſt: Romulus primus ſpolia ab Acrone cenienſium rege
ab eo occiſio detracta rettulit: Cornelius deinde coſſus quom
colūnium hetruſcum fidenatum ducem obtrūcaſſet eidem deo ſpo
lia conſecrauit: Nec. M. Marcellus ſilentio inuoluendus: Qui apud
padum Briomatum gallorum regem ab eo ſuperatum & ceſum
armis exuit; inde procedens; & ad feretrii Iouis templum aſcen-
dit; ea illi ſolenni dedicatione ſuſpendit: neq; his contentus mar-
cellus eſt Captis nanq; Syracuſis ornamēta ſigna urbis tabulasq;
quibus ciuitas illa florebat Romam deuexit: Patriisq; diis ſuſpen-
dit: Viſebantur ea ad portam capenam in templo ab eo dedicatam
Ab eodem legimus uirtutis templum & honoris renouatum: quod
multis ante annis fuerat bello lyguſtico a Q. maximo dedicatum
Tullum hoſtilium quom bis de albanis: De Sabinis tertio trium
phaſſet; inuenio phanum Saturnio ex uoto conſecrauiſſe etiam ſa-
turnalia tunc primū Romę inſtituta: q̄uis Varro li. q eſt de ſacris
edibus wi. ſcribat; aedem ſaturni ad forum faciendum locaſſe. L.
Tarquiniū Regē. T. uero Lartiū dictatorē: Saturnalibus eā dedica
ſſe: Nec me fugit Gelliū ſcribere Senatū decreſſe ut ædes ſaturni

fieret: eiq; rei.L. furium trib. Militum pręfuiſſe:Tarquinius cui cognomen ſuperbo ex moribus datum: templum ex hoſtium ſpoliis errexit:quod quom inauraretur:cedentibus diis cęteris mirabile dictu reſtitere iumenta:& terminis tanq̃ numina hęc contumacia firma omnia & ęterna pollicerentur: Scipio numantinus uirtutis phanum errexit Deinde.C.Marius De Manubiis Cymbricis & theothonis ædem honori:& uirtuti uictor fecit: Poſt Scaurus Emilius:templum menti:quod circiter bellum cymbricum nactus cum.ſ.eloquentia:& eruditio urbem ingreſſę eam coeperunt ampliſſime exornare: Emilius conſ. quom gallos Acie uiciſſet: exipſis gallorum torquibus Aureum Ioui Tropheũ erexit:Quod deuouiſſent galli Si uiciſſẽt de Romanis ſpoliis Marti gallico torquem Auram conſecraturi at qui furius camillus quom gallorum extinxiſſet incendium;& Romam Auro liberandam e lance abſtuliſſet:non conſilii non fortitudinis: ſed famę. & uaticinii templum iuxta uiam nouam errexit: Pulcherrimum operum pantheon Ioui ultori ab agrippa factum ueterum monumenta produnt:Minerua Romę iuxta capitolium quondam ſita:quæ heuphranoris erat. Caſtuliana poſtea dicta a Q.Luctacio catullo dicata:Aliam mineruam Romæ ad ædem fortunæ Emilius paulus dedicauit,Fecit & ſpurius Clauilius Iouem in capitolio uictis ſamnitibus ſacra lege pugnantibus ex pectoralibus corium:ocreis:& galeis;Diuus Iullius thoracem quem ueneri genetrici in templo eius dicauit:& Brytannicis margaritis factũ uoluit intelligi: Pompeius magnus imperator uitem auream cum botro in templo Iouis capitolini ſacrauit:erat autem quingentorũ talentoꝝ auri titulum habens: Ariſtoboli filii alexandri Regis Aug.Caes.omnium templorum cõditor legitur: Aut Reſtitutor: Diuus ueſpaſianus concordię ſiue pacis templum edificauit effecitq; Ac ne iſta in re, uniuerſa perſequar.Quoniam longum nimis,& opoſum id quidem eſſet horum illuſtrium ducum.& Aliorum ſubſequentium imperatorum contextu certamine Religionis ac laudis emulatione nec inferior.Sigiſmonde ut aliquando ĩte iure ſuo noſtra deſinat Vnde cæpta eſt oratio:poſt conſumationem italici belli inuicta Animi tui uirtute Cunctis hoſtibus profligatis: proſtratisq; ab Armis ad negotia urbana mentẽ conuertens De manubiis obſeſſarum deditarũq; per te urbium ſumma ſacratiſſimi Diuumq; principis religione fretus

prẽter ędes ſacras extẽtertio ab urb.lapide ĩmõte marisq; pſpectu ſitas: Templũ illud percelebre:omniq; admiratione dignũ ac unicum deniq; monumentũ regni nominis tui intra moenia urbe media ac foro tenus a fundamentis extructum deo dicatum reliquiſti Tantaq; diuitiarum largitate: tam mirificis picturę toreumatunq; ornamentis:ut in hac celeberrima urbe plurima quom ſint cognitu;& memoratu digna: nihil antiquius ſit:nihil quod magis uiſendum putetur: Ampliſſimis prẽſertim parietibus:permultisq; altiſſimis arcubus peregrino marmore exedificatis:Quibus lapideę tabulę:Quibus ueſtiuntur pulcherrime ſculptę inſpiciuntur:unaq; ſanctorum patrum uirtutum quattuor:ac cęleſtis Zodiaci:ſignorum Errantiumq; ſyderum:ſybillarum deinde: Muſarumq; & aliarũ permultarum nobilium rerum imagines:quę nec dum prẽclaro lapicidę ac ſculptoris artificio:Sed etiam cognitione formarum liniamẽtis abſte acutiſſimo:& ſine ulla dubitatione clariſſimo huius ſeculi principe exabditis philoſophiæ penetralibus ſumptis intuentes litterarum peritos: Et a uulgi fece penitus alienos: maxĩe poſſint alłere:prẽcellentiſſimis Prẽterea loca hęc ſanctiſſima põtificis priuilegiis & muneris donis:ac ſanctorum reliquiis ornaſti: Quom ultra hęc: Maximum quotannis æris:& Aurum redditum per te his deo dicatum:Gemmas Margaritas.Pateras Aureas:Calices:Aceras:Thuribula:Cruces:Candelabra: Tabulas: Organa: Tunicas purpureas:& Trabeas:textili auro:plurima deniq; ſacrorum ethnicorumq; librorum: Ac omnium optimarum artium uolumina:una donatione contuleris:Nouitium ſane prẽclarum & ingens ad immortalitatem inuentum: quom non Auro:Argento: ære;uel marmore. Calce.uel lapidibus tantum.Verum in Bybliothecis ab illis dicari uolueris. Quorum immortales Animę ĩ locis hiſdem loquuntur.Cęterarum rerum tuarum Cumulũ referre haud facile dixerim. quom prẽter hæc tot claris opum monumentis adeo nomen tuũ paſſim illuſtretur.ut nulla unq̃ tam ſurda poſteritas.nulla tam ingrata fama futura ſit. quę non illud in cęlum tollat.ac debitis & optatis laudibus proſequatur. IDEOR Certiſſima ſalus Lumenq; ac patriæ decus,& pater.Sigiſmonde pandulfe malateſta optatum iuſſionis ſuę:meiq; operis rerum militariũ munus abſoluiſſe non neſcius potiora eſſe quę iubebantur q̃ ſuſtinere mediocre cuiuſpiam poſſet ingenium; proindeq; plurima me

incognita præteriſſe quæ commode potuiſſent his uoluminibus inſeri. Cęterum cũ communis humani ut ita dixerim animi morbus ſit: ut plura longe quisq; neſciat q̃ ſciat: nec ut Flaccus ĩquit Quiuis horrentia pilis agmina Nec fracta pereuntes cuſpide Gallos: aut labentis equo deſcribat uulnera parthi. Si quid his ĩ libris parum eſt: uel nimium ſi quidq; quod ex illo priſco & diſertiſſimo ueterum dicendi more; fluere ac retro ſublapſum referri uiſum ſit mihi ſuccenſeant ſoli rogo: ſiquid autem ſatis quod poſteritate dignum in arceq; poni queat quaſi minerua illa phidie uel ex ipſius minerux officina exiſſe uideatur non mihi ſed diuino numini tuoq; deinde gratias mecum magnas nedum agant: ſed ingentes & cumulatiſſimas referant: qui ad ſuſcepti laboris metam: in magnis bellorum eſtibus eſſes licet: ſtudia tamen noſtra ductu & auſpiciis tuis lucidiora: & alacriora fouens: calcar ſemper addidiſti: & currentem ut aiunt ad curſum aſſidue prouocaſti.

Valturri noſtrę princeps cultiſſime linguę
Cuiq; etiam graias donat apollo fides.
Te duce militiæ munus regumq; priorum
Venere in lucem fortiter acta manu.
Ipſe nouas belli leges preceptaq; pugnę
Scripſiſti: auſonię cenſor honeſtę lyrę.
Et per te uiuit pugnandi regula moris
Antiqui: & per te norma probata noui.
Sub te caſtra locat miles: metitur & idem
Lignatur tutus: uincit & arma refert.
Tela doces quibus omne ruat: quibus omne tueri
Poſſit opus: duce te Mars furit uſq; ferox.
Et modo falcatos currus: modo tecta uidemus
Vmbone & peltis agmina lęta uirum.
Ipſe genus uarium tormenti: & rara notaſti
Ornamenta grauis plurima militiæ.
Balliſtas: pluteosq; ſimul: ſcalasq; dediſti:
Et pontis uarium perpetuumq; genus.
Nunc ſolers foſſas imples ſubducitur unda
Arte tua: & uictor moenia miles habet.

Hæc Sigiſmundo foelix ſub principe ſcribis.
Cuiq; operis cauſas dat tibi ſępe tui.
Dumq; tharaconias etruſco ab littore gentes.
Vertit habes unde hæc ipſe notare queas.
Priſca hæc Valturri ſe tempora nacta fuiſſent
Militiæ ferres premia magna tuæ
Teq; Palatini coepiſſent culmina plebi
Roberte ętatis gloria prima tuæ.
Aeternos igitur uiues cultiſſimus annos
Militię uerus rexq; paterq; ſimul.
Nos ſub te pariter muſis armisq; uacamus
Teq; ſequi o ſcriptor nos iuuat uſq; grauis

Iohannes ex uerona oriundus: Nicolai cyrugię medici filius: Artis impręſſorię magiſter: hunc de re militari librum elegantiſſimum: litteris & figuratis ſignis ſua in patria primus impręſſit. An. M. CCCCLXXII.

262

B.E.

Notizie sul restauro effettuato nell'anno 1998
dal laboratorio di restauro "Frati & Livi s.n.c."
Viale della Repubblica 37 40127 BOLOGNA

Segnatura dell'opera: Alfa.D.8.8

Operazioni preliminari al restauro: controllo, scucitura e spolveratura.

Trattamenti a umido: lavaggio delle carte in acqua deionizzata.

Restauro delle carte: risarcimento con carta giapponese 561 e Tylose Mh300; imbrachettatura 80% carte con carta giapp.561 e Tylose Mh300; rinforzo e rammendo alla piega.
Ricostruzione del corpo del libro: cucitura su n.5 nervi su schermo in cotone; indorsatura in tela con tubo.
Legatura: nuova coperta in piena pelle di capra.

Collaudatore Silvana Gonzi

collaudo Data 3/12/1998

FRATI E LIVI
BOLOGNA 1998

